


95

Ms. V. 45.

~~collupt~~



Digitized by the Internet Archive  
in 2014

<https://archive.org/details/danielisludovici00ludw>







Cum moriturus eras, mater, Medicina, Salutis  
Non letho eripuit Te, Ludovice, tuo.  
Cum Vita aufugit, defuncta est munere demum,  
Et dedit egregius, ne moreretur, libris.  
Joh. Henr. Hess, Lyth.  
Smalcaldiae Rector.



DANIELIS LUDOVICI  
PHARMACIA

AMSTELÆD. A. M. I.  
Apud JOANNEM WOLTERS A. 1650



*N. S. Lügter 1707.*  
DANIELIS LUDOVICI

Medici Ducal. Saxo-Gothan.

D E

# PHARMACIA

## Moderno Seculo

applicanda;

## DISSERTATIONES III.

*Editio Secunda.*

Cum augmento & Indice locupletissimo.



AMSTELÆDAMI,  
Apud JOANNEM WOLTERS,  
1688.

100 AMERICAN  
WOMEN  
BY  
CHARLES  
LAWRENCE  
1122.74.2  
1900

# P R Æ F A T I O

Ad

## L E C T O R E M.

**S**Imul ac paulo contentius & ex  
conducto quasi Praxin medicam  
adoriremur ; præsertim iis tum  
in locis ; ubi Pharmacopolio-  
rum apparatu plerunque , Chirurgorum  
adminiculo per frequenter , frequentius  
autem adhuc sufficientibus Clinicorum im-  
pensis [pro curialium consueto cum com-  
plemento requisitis,] fere penitus destitue-  
bamur ; atque adeo s̄epissime , [quo in  
exemplum quædam referamus,] nec conti-  
nue Febricitantibus ; Pleuriticis , Apople-  
cticis , Puerperis in suppressionibus , &c.  
[etiam plethora præsente , & morbi tem-  
pore adhuc commodo] venam secare ; nec  
Colicis , Dysentericis , Apoplecticis , Ne-  
phriticis &c. Clysteres præscribere potera-  
mus : nec ob externos illos defectus facul-  
tas suppeditabat , ut clientes nostros in lan-  
guoribus querelisque suis , Extus quidem ,  
tot totiesque (pro fatagentium quorundam  
more) variatis Topicis hinc inde perunge-  
remus , aut involveremus : intus vero tot

## P R A E F A T I O

Remediorum generibus ac Formulis (etiam ad minoris momenti symptomata præter realem tamen necessitatem directis) quotidie tractaremus; aut ne nihil non egisse videremur, disposita saltem circa lectulum phalange minus morigeros obvallaremus: id est, quo [compendio methodiceque loquamur,] postquam hic non dabatur locus ut longas in præviis præparantibus, & (pro primarum viarum faburra) subsequis internis vel externis Laxativis aut Purgantibus, (pro disponendo scilicet subjecto) moras secundam consuetudinem magis, quam specialem affectus exigentiam neceremus: Aut post has vel illas venæsectiones; & inter unum alterumve Appropriatum, tot insuper exoterica ac (genuinarum indicationum respectu) revera supervacanea, sæpeque magis noxia, Julebos, Emulsiones, Condita, Mixturas, consimilesque Trageas, Morsulos, &c. seu libera-lloris alterationis, seu corroborationis aliarumque intentionum, (at directe hautquam tum necessariarum,) gratia, in aciem aut pro Colophone tandem produceremus: Vel demum in urgentiorum indicationum complementum diffusos in Solaria quoque Lunaria Bezoardica, Gemmea, aut in Ana-leptica Margaritis Gallia, Alchermes, præcio-

## Ad LECTOREM.

ciosioribusve oleis præter rem turgentia,  
fumtus faceremus : Breviter, postquam  
sic quamplurima, quæ vel nonnullarum  
singularitas extulit, vel Practicæ passim è  
Gallorum, Hispanorum, Italorum recen-  
sitis collatisque sententiis natæ, ) nobis Ger-  
manis imitanda imperant, insuper habere  
cogeremur, ex adverso vero magnum illud  
oportet, necessitas nos ad necessaria tan-  
tum atque paucissima quædam, præsentio-  
ra parabilioraque compelleret, identidem-  
que juberet, ut (siquidem officio pariter  
atque expectationi milerorum satisfacere  
vellemus,) non solum cito, tuto ac jucun-  
de, verum etiam parvo compendioseque  
curaremus : Atque viam hanc (quam ab  
initio tot externæ difficultates ingratiiis mu-  
niebant) incedentibus, & quæ necessitas (li-  
cet ob tot omissionis peccata trepidantes)  
docuerat, in regulas vertentibus, res nihil-  
lominus ex sententia, (divina benedictione)  
cederet, paucisque aliquot specificis, ac  
consimilibus affectus Mechanice quasi, de-  
bitoque tempore oppositis remediis, (etiam  
simplicissimis) idem efficeremus, quod ali-  
bi per multas circumitiones, aut varias phar-  
macorum accumulationes, (sæpe minus  
feliciter) quærebatur : Observavimus tum,  
& satis intelleximus, quamplurima in actio-

## P R A E F A T I O

nibus nostris ( varia quidem de causa vario-  
que prætextu ,) communiter imperari vel  
adhiberi, quæ tamen in rei veritate, plane  
sint frustranea vel superflua ; quoque na-  
tura tantum toleret, dum postmodum egre-  
gie contulisse creduntur , (ceu in permul-  
tis Venæsectionibus , Purgationibus , Al-  
terationibusque videmus ,) quæque cura-  
tionis felicitatem aut celeritatem potius  
protelent ; aut saltem instar Adiaphoro-  
rum semet habeant ; non noceant omissa ,  
non juvent adhibita. Hæc tamen omnia  
cum nihilominus multis impensis , majori-  
busque palati sanitatisve sæpe ( si ita loqui  
licet ,) Vexationibus redimi passim cer-  
neremus ; commode vero lustrari vel con-  
centrari posse , imo magno decumbentium  
emolumento debere viderentur : Conje-  
cimus tunc temporis observationes & cogi-  
tata nostra in chartas ; edituri fortasse ; ceu  
juvenes solemus. At cum eodem tem-  
pore Hermontii , (Desidum nunquam satis  
laudati flagelli vel suscitabuli ) lectio incre-  
besceret : Glauberus porro in prioribus  
suis de quibusdam similiter haut inconve-  
nienter moneret ; ac postmodum Zwelfe-  
rianæ animadversiones locupletissimæ in  
publico sequerentur ; abjecimus curam  
istam : donec paucis ab hinc annis nos  
non

## Ad LECTOREM.

non nemo denuo ad operis, (tanquam ex alio capite, aliumque in finem sua transi- gentis,) revisionem excitaret. Unde horis succeſſivis reaffumſimus laborem, & cum recentioribus ſcriptis amplius eadem opera conferendo, hoc quod inde (pro parte quidem Pharmaceutica) natum eſt, divulgari nunc paſſi ſumus: idque eo tandem lubentius, quod poſt laudati modo (& li- cet ſuppreſſis ſecretis ejus deſtituamur, in plerisque tamen consiliis ſuis practicis, ſub accuraſiore affectuum penſitatione nihilominus imitabilis) Helmontii, F. Sylvii, Knöfelii, aliorumque versatiorum moni- ta, ad compendiosiores curationes, aut image fundatam Praxin (quamvis diuerſi- mode pro locorum aut intentionum ratio- ne) ducentia, nihilominus videamus, di- fuſiſſimos illos in curationibus proceſſus, antiquarias ſine probabili ratione traditio- nes, & ambages ſæpe plus quam gladiato- rias adhuc dum hinc inde, non ſine mul- ta decumbentium maceratione obſervari: Dum interim Empiricus forte ſuperve- niens, ſimplici ſpecifico vel draſtico, (ceu ho- dieque Emetica & Opiata timidiuſculis adeo exofa ſunt,) affectum diu methodice- que ſed incaſſum tractatum tollit: aut eun- dem aliis Medicus, qui agendi modum,

## P R A E F A T I O

adhibendi tempus, &c. in remediis consideratius attendit, & naturam morborum curatricem, tunc tantum ubi deficit, juvat; neutquam vero accumulatis indies pharmacis in lucta sua turbat, vel impedit, paucissimis, & saepe vulgatissimis percurat; atque hinc Artis ignaris vel Tyronibus non nisi secretissimis sua perficere haut infre- quenter creditur: quod proculdubio an- sam postmodo dedit, ut isti (morbo hodie frequentissimo,) tunc deum se consumma- tos fore credant, si hujus vel illius famige- rationis Practici, (præterim suæ domi di- dentis) Spiritus, Tincturas, Pulveres, Pilulas, &c. formularum descriptiones, sub speciali singularitatum expectatione collegerint, & empiricas tantum, negle- cta consummatori Theoria, curationique methodo postmodum præscripserint. Sus- cepti laboris nos non pœnitentebit, si vel ho- rum saltem aliqui perniciosam istam persua- sionem inde exuant; & vel incidenter comprehendant morbos etiam simplicissi- mis ac vulgaribus, æque feliciter curari, dummodo cum judicio, secundum subjecti naturam atque conditionem adhibeantur. De quibus alibi, (quasi altera tractationis hujus parte,) in observationibus forte no- stris, si tempus & valetudo suppeditabit, diffu-

# Ad LECTOREM.

diffusius dicemus. De cætero, quæ in libello de volatilitate Salis Tartari, ante triennium publicato, in interlinearibus fortasse nonnullibi obscuriora visa sunt, dissertatio hæc hinc inde similiter dilucidabit. Quæ vero de Taxis & privata Dispensatione, (materia equidem odiosissima) ingenu tamen, & in nullius præjudicium hic proposuimus, obnixe rogamus, ne unquam à quoquam sinistre accipientur. Nemini suum invidemus commodum : nemini opinionem nostram obtrudimus. Nemo tamen nobis ex adverso exprobrabit, si Medici Medicis majus nonnullibi emolumentum ægrotisque levamen, (tanquam proximius nobis obstrictis,) hac tempestate overimus. Et bene sit omnibus, qui forsitan consiliis hisce non indigent; optime autem, qui singula dextre interpretabuntur. Nec enim cum ullo temere super hac re unquam litigabimus, bonas horas melius locare gnari, & sufficientium responsonum, (sub singularum pagellarum inter se, & cum instituto hic nostro collatione,) probe memores. Si quæ vero concisius dicta, vel invicem minus contexta videbuntur, attendere talia (speramus,) desinet, quicquid vix binas sæpe lineas citra interruptionem, (pro con-

## P R A E F A T I O.

ditionis nostræ ratione,) exaratas benevolē intelliget. Quod aliena quædam , sive ad singulas Classes directe profecto non pertinentia , in lustrationis decursu hinc inde inferuerimus , similiter ne Lectorem offendat , obnixe rogamus ; cum ob materiæ , laborum , processuumve convenientiam , vel ob polychrestas talium vires alter fere fieri non poterit. Principio totam materiæ medicæ considerationem per tria illa , vulgo sic dicta regna institueramus. Cum autem in Purgantium , censu cunctorum simultanea relatio , sub pagellarum harum recensione nuper bene succederet , in reliquis titulis idem , quamvis minori successu , tentantes , semel institutam translationem de novo revocare per temporis brevitatem noluimus. Si quædam prætermissa fuerint , uti non dubitamus , materiæ vastitas procul dubio excusabit , quod de singulis ex instituto dicturi , quorundam obliti simus. De cætero qui mediocriter tantum (ceū incipientem quoque Practicum decet) usitatoria Dispensatoria Pharmacopœias , Chymias , Tyrociniæ , Basilicas , Armamentaria , Antidotaria , &c. hactenus edita percurserit ; Taxas usitatores paulum lustrarit ; Manuali præterea exer-

## Ad LECTOREM.

exercitiq; singula vel potiora saltem, Vulcano experientiæque successive subjecerit, atque sic præter confusam notitiam, etiam Odorem, Saporem, Colorem, Pondus atque Molem, realem insuper (non accidentarium aut putatitium è libellis vel traditionibus,) effectum cuiuslibet sibi indies magis magisque familiarem reddiderit, defectus istos prompte supplebit, & simul sententiam nostram non solum in complicataribus haut difficulter assequetur, verum etiam in nonnullis forsitan, pro tractuum ac circumstantiarum ratione comprobabit. Nec enim opinionetenus, se diutina experientia (hic locorum alias liberiori,) forte satis (in tantum) confirmati, quicquid horum est, scripsimus. Gaudemusque hinc apprime quod in recentioribus quoque versatissimorum quorundam Virorum libellis haud pauca, (ceu in eandem observationem in Chimicis Anatomicis atque Mathematicis plures incidere posse, novum nunc non est,) similiter relata reperiantur : si quidem alias nocentius nil existimamus, quam ex unica tumultuaria vel accidentaria annotatione, citra repitu necessarias animadversiones & circumstantiarum pensationes quidpiam (à particulari quasi ad uni-

## P R A E F A T I O

versale) concludere : cum uni s<sup>e</sup>pe nullo-  
que id negotio succedere soleat , quod alte-  
ri nullatenus ; aut non nisi post complures  
repetitiones. Sed h<sup>a</sup>c de instituti nostri ra-  
tione ha<sup>c</sup>tenuis sufficient.



IN-

# INTRODUCTIO.



Uod per multa Pharmaceutices instituta  
medendique consuetudines , suis equidem  
de causis pedetentim superioribus seculis  
invectæ , moderno nunc Germaniæque  
nostræ quamplurimis , præsertim interio-  
ribus tractibus amplius haud admodum convenientia ,  
adeo quidem in propatulo est ; ut quotidiana Practico-  
rum , (eas vel ingratissimis interdum obseruantium , aut  
subductiori medendi ratione nonnullibi declinantium , )  
exempla , totiesque hactenus desuper quæsitas inter-  
polationes diffusius adducere , plane sit supervaca-  
neum.

Quod autem nec istæ immutationes sub diversis  
pharmacopœiarum , dispensatoriorum , &c. item con-  
stitutionum taxarumve titulis ac variationibus hinc  
inde usque dum propositæ , requisitis illis (præsertim  
nos, clientesque nostros intimius concernentibus,) adeo  
satisfaciant , aut tot desideria sufficienter undiquaque  
levent , similiter profecto diffiteri nequimus : & in  
proclivi , ni odiosissimum (adeoque præter institutum  
nostrum) foret , id per specialiorum quorundam re-  
censionem & collationem ostendere.

Breviter proinde solum & generaliori quasi in re li-  
quida pertractione , (de ætero ingenuæ ac citra cu-  
juspiam vellicationem) impræsentiarum perquiremus  
numne insuper alia quoque accessoria , cautelæ vel com-  
pendia dentur , quorum (ad prædicta exercitatissimo-  
rum Virorum consilia) accessu & observatione , totum  
hoc negotium cum traditionibus consuetudinibusque  
suis , hodierno rerum statui , quamplurium distri-  
ctuum exigentiæ , ac specialioribus proximius subter-  
versantium conditionibus ac commodis forsitan adhuc  
aliquanto magis atque penitus applicari , seu ita  
(quoad ejus fieri posset,) informari queat ; ut (si com-  
pendio singula conjunctim eloqui voluerimus) deinceps  
*non solis saltē urbium emporiorumque affluentis, aut con-*

## Introductio.

finiorum maritimorumque commoditatibus, vel aularum tantum opulentis, ditiorumve crumenis passim respondeat; sed minorum quoque gentium oppidis, interioribus (paucorumque hinc commerciorum reddituumque) tractibus, & gregariorum facultatibus (suo quodvis in genere) quadret. Ne porro adhuc dum tot antiquorum placita, modos ac media, (nostris nunc oppido inconvenientiora,) quasi præsupponere, aut tenebrarum superioris ævi reliquias, & qua amplius tunc, (è simplici quorundam assensu, vel invalescente postmodum componendi cacoëthe, ni miave Chymicorum laborum extensio) nata sunt, præter ullam necessitatem adhuc dum hinc inde retinere videatur; aut ex adverso Exterorum nunc consuetudines & topica adserta, in medium quoque Germaniam indifferenter, (quamvis more morbove multis hodieque sat frequenti,) simul introducat; vel correctiones (compluribus equidem necessarias,) ultra modum tamen, & ad minutissima quoque, non sine frustanea laborum sumptuumque multiplicatione, & sape gratiarum perditione, tantopere extendat; sicque vel accidentario in causa sit, ut per tot tadiosorum, cariorum, ingratiorum, languidorum, in summa, tot supervacanciorum coacervationem, his vel illis de causis institutam decubentium (alias satis affictorum,) fortuna vel palatum amplius præter rem affligantur; ipsæve curationes (magno Medicorum opprobrio & agrotorum damno,) haud raro hinc protractantur. Ne denique passim quorumlibet empiricorum abusibus indifferenter adeo pateat: ve exotericorum privatos solum reditus nequicquam augeat, aut præconceptis istorum opinionibus nimium favere vel inniti deprehendatur. Sed (sub salubri nonnullibique laudabiliter cœpta permutatione,) recentiorum potius observationibus, cultiori methodo contractiorique Medicationi imposterum aliquanto intimius respondeat: sobria & præterea, nec luxurianti Chimiæ, Polychrestorum & euporistorum sufficientia, nostrum denique constitutioni, specialioribusque eorum (pro territoriorum ratione) requisitis, ac teneriorum suffiriis, miserorum necessitatibus, professionisque nostra gratosissimis

pro-

## Introductio.

promissis proximi*m*us, & ita adaptetur, ut quod rei caput atque summa est, seculi moderni, & immediate magis hic implicitarum personarum (curantium aut curandarum) majorem aliquanto, quam alienigenarum hic consuetudinum vel persuasionum rationem habitam fuisse, indies magis magisque compareat.

Magna equidem ea sunt postulata : nec adeo absurdum, ut vota unquam perfecte consummari posse credamus ; tantum abest ut accessoriis hisce cogitationibus vel observationibus simpliciter sic & insolidum responsura putemus : qui probe gnari sumus desultoriarum vulgarium, vel terrenis nimis adhærentium animarum variationis seu circumuersitationis, & quomodo communiter partim eant, qua (vel cum dispendio bursæ sanitatisve) itur : partim vero salvatorem sibi unde unde querant, qui pro concepta opinione seu citius, seu jucundius, minutiori*e* precio curet, aut se curare posse strenue tantum mentiatur. Nec infrunitam ; & à nobis metiis s<sup>e</sup>pe per publicatos nostro idiomate libellos Practicos atque Chimicos, (egregio caritatis zelo) fomentatam licentiam, unquam (etiam ubi maxime cavitur,) insolidum cessaturam speramus. Sufficiet nobis, dum ad exhaustiendum tot requisitorum ambitum typus hic noster plenarie vix sufficiet, si aliqua saltem è residuis incommoda hinc nonnullibi amplius impedian*t*ur vel detruncentur ; & Medicis agrotisque tantum aliquot emolumentorum quasitorum manipuli ulterius accrescant : vel si tertius quispiam (uti dies diem docet, & qua nostro nunc quad*u*ant, sequiori forsan seculo haut adeo convenient,) instituta cujuslibet (publico bene volentis) cogitationum collatione, perfectius aut accommodatius quidpiam, pro temporum tractuum ratione, deinceps eruat : aut tandem si modo (ab una quidem parte) Incipientes solum aliqui (in vasta tot remediiorum confluence, hyperbolicaque complurium commendatione, circa potiorum aut contraria-

etiori

## Introductio.

Etiori praxi aptiorum delectum per frequenter hastantes,) modum hinc qualiter cunque saltem in tñenerint , qui per Euporista Polychresta debite securius ve incedere , vulgatissimas Secretorum jactitationes aut venturas contemnere , aut Myrothecium quoddam privatum , parvo constans , & compendiosum ac sufficien- tissimum tantisper ordinare , aliisque præterea Eu- praxias adminiculis actiones suas sapientis notatis distri- butum ac clientum circumstantiis aut desideriis paulo penitus applicare queant : sique demum (et ab al- tera parte) secus sentientes , & vulgaribus medicandi modis consuetudinibusque nimium fere adhuc dum nonnullib; dantes , inde quavis ratione videant , eam nondum esse , aut unquam fuisse rerum ac traditio- num Pharmaceuticarum perfectionem , aut absolutam quasi necessitatem , ut (licet istis hactenus autoritas pene authentica , cum ficta temporis præscriptione , non- nullibi , præsertim ab alterius ordinis aut professionis hominibus fuerit , attributa) immutari tamen inibi quidpiam , vel interpolari , detrahi . aut (speciosio- rum quoque) quadam penitus omittine queant , neve debeant.

Proinde , (quo opinionem nostram aut postulata ; ex- perientia diutina haud destituta , pro qualicunque po- tiorum adhuc desideriorum complemento quasi , tan- tisper prosequamur : ) si primo è vasta illa officinalium , per avorum aliquot decursus congestorum , aut hoc ipso se- culo , (variationis correctionisve causa Pharmacopoliis am- plius propositorum , & adhuc dum inde finitorum sylva , tantum paucā quādam , at in quavis classe potiora effica- cioraque , quousque licet gratiōra , & vernacula , aliasve parabiliōra simplicia , Simplicibusque propinquiora poly- chresta seligerentur : secundo , si (inter hæc) Composita , qua revera certos in affectus aut circumstantias necessaria videbuntur ,) ut numero haud adeo magna sunt , ita serio deinceps secundum compendiosiores nunc , & natura arti- que magis conformes modos atque processus , citra consue- tas

## Introductio.

ras ambages & vanas sumptuum profusiones prepararentur: ac tertio, cuncta hac tolerabiliori, quam hactenus passive factum est, Taxa seu precio venundarentur: sique quarto demum ista medicaminum, (proprie dictorum, & pro curationis decursu revera requisitorum) Preparatio ac Diffensatio, oculatis ipsius medici manibus ac presentanea pertractioni (ni forsitan vulgaribus prægnantiores ab utraque parte rationes alicubi obstant,) insolidum relinquetur: atque adeo in paucis tantum hisce quædam immutatio, (publico, tam proficia quam necessaria,) pro cuiuslibet territorii ratione institueretur: (aque ac tota nunc die Theoretica nostra, imo ipsa specialis Methodi medendi præcepta sub novis indies experimentis & observationibus,) interpolationi necdum finita similiter subjicimus; & Politica (Pharmaceuticis illis sane longe consummatores, antiquiores, sanctioresque) constitutiones tempori publicaque saluti, superioribus annis immane quantum cesserunt, ampliusque cedunt:) Omnino tum putamus, quod paucis hisce li, transactis, (simul tamen qua Medicum Christiano-Politicum decent, & ab aliis suis, præscrim de fugienda morositate, negligenter, avaritia, & jactantia, in fine claudicante, traduntur, observatis;) Totum hoc negotium cum difficultatibus suis, (adhuc dum per quasvis constitutiones passi inemendabilibus,) insigne plane sensurum sit levamen: quodque per isthoc medicandi genus quamplurimis; (hujuscemodi accommodationis per quam indigentibus) tractibus, plerisque similiter ac potioribus Temporum nunc; ac Clinicorum requisitis admodum hinc satisfieri queat. Nam, (quo potiora saltem expendenda proponamus,) principio agrotantibus (in notoria hodie Rei pecuniaria angustia ac tantum non omnium hinc plusquam quotidianis querolis,) complures excessiva supervacuaque expensæ reduci sic, seu compendi fieri, eademque simul ratione permulti Procrastinatores aut Medicorum aversatores, qui vel sola sumptuum communiter impendendorum, aut angustiorum facultatum

## Introductio.

causa, quidvis inde patiuntur, aut detensoris, pharmacopole, veterinarumve consilio experientur prius, quam Medicum (re non raro demum desperata) adeant haud infrequenter magis allici ac devinciri possent. Eximerentur porro miseri tot ac tantorum Amystidum, Embammatum, Cucullorumque turgentissimorum aliorumque (præter ullam necessitatem) ingratisorum concursu plusquam creditorio, è nimia præscriptionum antiquiorum observantia hodieque nonnullibi frequenti : quemadmodum & frustanea illa Maceratione, qua per curationem, (vulgationibusque formulis ac modis, ad renitentes quoque erraticos, complicatioresque saepe nunc affectus, secundum Practicorum decretat tractis,) ne quicquam attentatam, passim adhuc dum observatur, & decumbentibus tot nauseas, aversationes, planctus, aut plane conditionata (de non gravando) postulata exprimit ; vel admodum insuper cassa est ut Medicos modo penitus negligant, modo re demum desperata vocent, aut tumultuarie alternent ; vel in quevis Ciniflonum, Chimicastrorum Arælionumve consilia venaliave pharmaca, imo nonnunquam in remedia plane prohibita præcipitentur. Præcaverentur sic permulti, saepe sibi Pharmacopoliorum errores, per confusione, permutationem, aut insufficientem, inversam vel alias negligientiorem remediorum præparationem, &c. non solum agrotorum sanitatem, sed Medici quoque famam ut plurimum simul haud perfunctorie affingentes. Præcideretur admodum occasio qua Empirici, (alias minus plerisque in locis coerciti,) imprimis autem polipragmone Pharamacopæ, divulgatis & arreptis per vulgarem receptismum elegantioribus aut presentioribus specificis, polychrestis, eorumque formulis vel adhibendi modis, (quasi patentiores adhuc senestrarum nacti) colatiue ac impudentius, per exstimationis nostræ stragem, ad plebeiorum planus nummorumque capturas magis magisque impostorum, grassari possent, Pharmaceutici apparatus Possessores, Provisores, aut (qui qui tandem) Diffensatores, tot supervacanesis expensis atque laboribus, (quos tedium tandem, negligencia

## Introductio.

tia atque confusio, imo nonnunquam damnum non unum  
sestatur,) admodum sic eximerentur. Ipsi tandem Medici  
magnam antiqua autoritatis ac libertatis partem hinc recu-  
perarent: ac amplius adeo Dispensatoriorum arbitrio for-  
mulisque inibi authentisatis, (sape non sine multis cura-  
tionis incommodis) alligarentur; sed ad singularia quoque  
seu selectiora quadam (ex alio capite petita, nec exoterico-  
rum præjudiciis vel abusui indifferenter exponenda,) campo  
hic longe liberiori excurrere possent. Præterea patentissimam  
nanciserentur viam ulterius in comptiorem Methodum,  
convenientioresque remediorum modos inquirendi Propriis  
non alienis hactenus oculis viderent; & idque securius  
quam alienis manibus transigerent, quod caput rei inti-  
miorisque Practices, & (in præparatione sua) indicibili  
sape accessoriorum proportioni vel tractationi (non sine du-  
biis indoctorum aberrationibus) expositum est. Præterea  
haut adeo sic (vulgari exprobatione) luerent, tanquam  
acceptum aut paratum, quod cum vix obulos aliquod inde  
babuere,) Pharmacopolia absumperunt, aut peccarunt,  
Medicis itidem tum insontibus. Nec opus foret per multis,  
doctissimis quoque, (quod non sine cordolio scribimus,) ut  
dum sostra hodie quasi nulla vel parcissima, stipendia vero  
raro (quo antiqua autoritatis tantum quandam quasi um-  
bram tueantur,) sufficientia sunt; de privatis interdum  
quotiscum iis, qui olim pro Servis, nunc pro dextra ha-  
bentur, indecenter transigerent; aut (contra propria  
conscientia testimonium,) e maledicta illa Uromantia lu-  
cellum querere, vel quo nihil non egisse, videantur, ad-  
huc inconvenientiora nonnullibi tractare, de misso sanguine  
quidpiam prædicere, aut supervacaneis visitationibus se-  
met, & agrotos aggravare cogerentur, ni forte Dos, pa-  
terna hereditas, aut exoterica rei familiaris ratio professio-  
nis substantationem levet, &c. Quæ tertia dissertatione  
fusius expendemus.

Sunt equidem nonnulla, quæ nobis quæ sitoque hic  
nostro compendio opponi queant: sed istis seu Exem-  
plis, seu minoris momenti inconvenientiis, in speciali

nunc

## *Introductio.*

nunc singulorum Postulatorum pertractione convenientius respondebimus. *De cetero*, quantum ea Medicos quidem concernunt, *is qui gratiōsi* saltem titulum expendit, *sic in omnibus* prompte sē gerit geretque semper, ne dissentientes quādōcunque tandem inveniant, de quo in uno forsan alterove commate, *qua* magno numero vulgaris in consuetudinibus merito taxavimus, *jure & citra* columniam conqueri possint. Persequamur itaque institutum nostrum, & quid circa singula hactenus observaverimus aut opinemur, ingenue, proponemus. Hauriat inde suo vase quilibet, quantum placuerit, aut ex usu conditioni Districtuque suo fore putarit: nam ut Theologi (sed alio in sensu) loquuntur.

*Consilia* saltem sunt, non *Præcepta.*



D I S.

# DISSERTATIO I.

*De Remediorum Selectu , selectorum suffi-  
ciente Præparatione , ac Myrothecii con-  
tractioris constitutione.*



Aulò ante notavimus , quod Materia Medica , Pharmacopoliis , (per inven-  
tas consuetudines , ac toties variata Dispensatoria) hodieque injuncta seu  
proposita , indefinitis ferè supervaca-  
neis , (ut compendiose loquamur,) exundet : exu-  
berantia quoque illa , citra ullum reale coimmo-  
dum , quamplurima incommoda Comparantibus  
scilicet superfluos labores & expensas , Medicis in  
delectu penè confusionem , Ægrotis , (ceu in quos  
faba tandem cuditur ,) quo expensæ redeant , mer-  
cimoniaque ( qualia qualia ) denuo distrahanter ,  
damnum non unum in bursa vel sanitate , præter  
ullam necessitatem creet. Advertimus præterea il-  
lam superfluitatem non solum in antiquiori conge-  
rie , è Græcorum Arabumque commendationibus ,  
subsequorum credulitate , vel negotiositate , Mer-  
catorum relationibus , Magnatum affluentis , &c.  
natâ ; Verum etiam in plerisque recentioribus per-  
mutationibus , substitutionibus , correctionibus , ab-  
breviationibus , & aliis , (excessivis sœpe circa hæc)  
curiositatibus undiquaque inveniri. Notavimus si-  
militer , quod ejusmodi cumulus , ceu laudabiliter  
alicubi decurtari cœptus est , ita penitus adhuc præ-  
cidi , sique verum fateri voluerimus , duo tria vel  
plura adhuc ( in instructiori sc. Pharimocopolio)  
**Millia** illa , ad Centenarium fortè vel unicum ,

aut ad singulorum duodecimam vigesimamve partem commodè reduci possint ; ac jure merito [tanto subterversantium emolumento] debeat.

Dum autem isti Contractioni studemus , & qui per paucissima quidem, at selectiora Euporista, (circumspectè solùm exhibita , ) curabile quodvis facilimè , & àquè feliciter ac per pañivam (in Pharmacopoliis aut formulis ) remediorum conflugem , profusosque alios pro more modos aut abstrusissima nonnullorum Secreta, curari queat ostendimus ; neutquam hinc Polychrestorum empirico penitus abusui patrocinamur . Nec dum tot, (in eadem Appropriatorum vel Symbolizantium classe) Decades , tantum pro theoreticis nonnullis (in Museo natis) compositionum legibus conquisitas, aut intra latitiarum Formularum , sesquipedaliumve quorundam Receptarum complementum imperatas expungimus ; unicum saltem aliquod (simplex aut compositum , ) in quovis genere statuminatum seu canonizatum volumus : una quasi fidelia omnes parietes dealbaturi : Qui pro notabiliorum (in affectibus ac individuis) circumstantiarum ratione , variatione quadam medicamentorum opus esse oppido scimus : eam ipsam tamen in potioribus aliquot , (citra catalogum à tergo quoque scriptum) nihilominus (quantum quidem hæc rerum naturallium obscuritas permittit , ) largiterque inveniri , experientia diuturna confirmati scimus . Nam qui præterea , ad neglectas quoque vel indicibiles istorum circumstantias , in Museo se ad superstitionem usque extendit; videat , ne cum ad executionem ratiociniorum veniendum , & imprimis absentibus , minus notis , delicatis aut tenerioribus Medicina facienda est, tota speculationum strues in Praxi collabatur ; vel ne quidem in Myriade medicaminum

num respondentem sufficientiam inveniat.

Sic porro, dum parabiliorum notiorumque tantum Syllogen hic sistimus, Arcana versatiorum neutquam hinc præcipitanter elevamus; qui hujuscemodi (incipientium saltem aut hæsitantium causa) Selectis, alia quoque ipsimet, pro re nata domi nonnunquam substituimus; & adhuc commodiora ab aliis, pro consuetudinis, experientiæ, vel locorum ratione, secundum intentiones nostras, pari libertate nunc aut olim surrogata suspiciemus. Schema saltem hic proponitur, cui securè quidem aliquis tantisper acquiescere, hinc inde tamen nihilominus quidpiam, pro re nata, detrahere vel immutare poterit. Quanquam profecto Secretorum sat & super habeat, quisquis vulgatiora quoque experientia confirmata, (prudenter tantum & circumspectè,) *privatim exhibet*. Et detecta tandem ista Eleusina sacra, plerunque postmodum idem, aut æque notum, sæpè deterius aut infidum, (cum divulgatione famam atque fidem perdens,) vel levem saltem Processus variationem, (sub fundamentali nihilominus convenientia) ostendunt.

De cætero singula, quæ nostræ nunc considerationis sunt, bonâ fide perpendemus: non per conjecturas, verùm certâ circa quævis experientia: liberè tamen in Republ. liberâ; sed ingenuè & citra cuiuspiam traductionem. Atque hinc nec Autorum nomen libellosque speciatim allegabimus: ne sicubi horum quidpiam, (uti homines sumus,) minus proposito nostro commodum, vel ex adverso præ aliis aptius visum fuerit, hic (more nunc frequenti,) laudare alios quo similiter laudemur; illic verò contentiones & laureolam vel è mustaceo querere videamur: ab utroque profecto alienissimi. Qui parum in autorum legione versatus

fuerit, sententiam nostram & quo (cum veniae tamen honorisque perpetua præfatione,) collimus, haud difficulter assequetur.

Ut itaque propositum nobis lustrum, à generalioribus ad specialia ritè pergentes, persequamur: eui bono primùm tot *Exotica*? quorum æquipollentia (ni validiora sæpe,) passim nobis præ foribus nascuntur: viribus integris facilique precio ubivis habenda; artis insuper beneficio, (sicubi heterogenei quid inibi, vel vis dispersa reperitur,) diversimodè depuranda, exaltanda, concentranda. Tot porro peregrini hujus generis, nominetenus saltem nota, in rei verò veritate, quamvis órbe probe perlustrato; adhuc dum incerta, prosapiam mentita, suspecta, mangoniis diversimodè, nec raro situ sentinaque corrupta, &c. quibus tamen sumtus atque sanitas, imprimis ditiorum, (ita volentium,) aut per nonnullorum ostentationem, indies [nec impune semper] exponuntur.

Sunt equidem aliquot, v. g. *Purgantia* quædam (ratione soli mitiora, vel respectu molis commodiora;) *Aromaticæ* nonnulla, (nunc alias vulgatissima, & quasi culinaria,) aliqua insuper (re effectuque) *singularia*, quæ suum (in contractiori quoque praxi) locum merito, sed citra consuetum haëtenus dilapidationem, tuentur. Et qui nuper in universum omnibus domestica sua substituere conati sunt, ingenii potius acumen aut conjecturas, quam seriam experientiam practicam ostenderunt.

Quæ verò præterea seu superioribus seculis exterritorum exemplum, aut meliorum defectus, seu sequioribus hisce nimia quorundam curiositas, credulitas, peregrinatis studium, Chimiæ neglectus, &c. superinduxit, & incircumcisso quoque selectu adhuc dum servat; næ longè convenientius regionibus

bus autoribusque suis, aut Doctorum museis relinquerentur, quam publicis statim aut imposterum destinarentur usibus.

Sic in *Vernacolorum* hodieque (per quotidianos experimentorum accessus) infinito cumulo, cui bono tot sub uno genere *symbolizantia*? cum pauca vel inter aliquot imbellia unicum alterumve generosius sufficeret : Tot hac tempestate ferè *exoleta*, quamvis viribus quibusdam haut adeò destinata : tot planè (in sua classe,) *inefficacia*, vel modernarum nonnunquam (in diversis affectibus) circumstan- tiarum respectu nimis imbecillia : tot odore, sapore, moleve præter rem *abominabilia* : tot jactata *specifica*, & *plane singularia*; notissimis tamen, cum ad examen ventum est, cedentia ; tot curiosiorum vel præjudiciis occupatorum *minutiæ* : ejusdem *simplicis* tres, quatuor, quinque species supervaca- neæ; vel colore tantum figurave extus, intus parum aut nihil differentes : ejusdem *simplicis* singulæ partes, (folia, flores, semina, radices, &c.) sub spe- cie ac spe parilis effectus, qui tamen sæpe diversissi- mus est, aut penitus contrarius : tot exsiccata, quo- rum vires recentibus tantum constant, &c.

Et quo utriusque generis Præparata, (vulgò spe- ciosius quam verius sic dicta, & pridem ab aliis ex parte satis traducta) similiter excutiamus : cui bono adhuc dum hinc inde servantur, & à scientibus etiam, saltem consuetudinis complendæ causa nonnunquam imperantur tot *potæ*, *nutrita*, *usta*, *tosta*, *cocta*, *macerata*? quæ mitissima innoxiaque vulgus quoque novit; quæ per se & nil passa, satis efficacia deprehenduntur; per istas autem vexatio- nes vires magnam partem exuunt; aut si quidpiam fuerit reliqui, (uti quibusdam denegari nequit,) usitatoribus tamen hodie, gratiорibus præsentiori-

busque merito cedunt : quæ re per infusiones exhausta potiori parte, solum debilitantur, aut simplici saltem pulverisatione, vel mucilaginis cuiusdam agglutinatione superficie tenus, aut nil minus quam corrigitur : quæ per Insolationes frustra debilitantur, vel per insuffcationes accessoriis (ex tempore plerunque commodius adjiciendis,) nequicquam obruuntur, &c.

Ostracoderma, Marina, aliaque his affinia, [communissimè Præcipitantia, id est, absorbendo vel invertendo diversimode, quasi mechanice conferentia] *Præparata*, equidem sunt præstantissima ; & quicquid superioribus annis nimium Chemici jaçitarint, cunctis horum [plumosis etiam, squamineis, butyraceis, aliisque solubilioribus] Magistriis evidenter in suo genere præpollent : sane complurium morborum causas paulò penitus exigentibus, & diversam istorum solubilitatem, solutorumque diversos similiter sapores attendantibus, sub accuratiori methodo, privataque præsertim dispensatione, forte quartam indicationem partem compendiose explet : non tamen protinus numerosa illa officinarum serie. Sufficiunt per pauca quædam, & omissis preciosioribus, parabiliora : five solitaria dentur ; five Cinnabarinis, Antimonialibus, Martilibus, Opiatis, &c. exaltata. Prodigas cum aquis destillatis lævigationes (nam quod de marmore sensim accedit, parum & innoxium est,) alii notarunt. Cui verò subtilior pulversatio non satisfacit, Elutriatio, [Metallicorum instar cum aqua simplici instituta,] teneriores particulas . quas alii è conchis radendo querunt, facilius præstabit. *Caleinationes* horum, ut & lapidosorum duriorumque fossilem, (ut plurimum destructoriæ;) Terrarum præterea ac Mineralium quorundam vulgares seu deprædatoriæ

toriæ *Lotiones* alias pridem hinc, sed hodie dum (citra constantem sequiorem observantiam) sunt expunctæ. Et quamvis talium Infuscatio non in consultum hodie (pro Extractorum sic exsiccatione & pulverisatione) sit inventum: cum tamen in aliis molem, in aliis colorem cum sapore mutet, & accessoria alicubi facilius superaddantur, alicubi interponantur, contractior apparatus istis pariter instantum carere poterit. Nec ipsæ (cum affinibus suis) *Gemmæ* cur huc tantis impensis trahantur, videamus: non quidem ob porphyrii accessum, aut (evitabile sane) æris inter tundendum consortium; vel ob adulterium falsationesque; aut insolubilitatem, (è chimicis observationibus ad stomachi liquationem tractam,) sed quia parabilioribus, e.g. Coralliis, Conchis, Terra Sigillata, Succino, Cervinis, Martialibus, Opiatis, &c. idem quod cariora illa spondent, securius efficimus.

In *Compositis* eadem, ni major ferè deprehenditur exundantia perinultis adhuc dum inconveniencij hinc inde complicata: seu ea spectamus, quæ *simplicibus* accedunt *propius*, & iis vel resolutis vel exaltatis parantur: seu alterum istorum genus, revera *Compositis*, (i.e. invicem commixtis) ac sèpè *Decompositis* constans. *E priorum numero*, quidni deinceps undiquaque delectantur omnia principia, quæ è predictis supervacaneis, æquivalentibus, incertis, imbellibus, &c. quamvis legitimo alias processu, inconsideratè tamen, (saltem ne vasculorum & variationum finis sit,) numerosissimeque confluunt aut proponuntur? Et quidni eoque magis facessant hinc, quæ (numerousius adhuc,) ob solam peculiaris cuiusdam subtilitatis, gratiæ vel efficacie persuasionem, è *simplicibus* alias haut inutilibus, præpostere nihilominus, tædiosissimè, sumtuosissi-

me, citra debitam principiorum estimationem, aut præviā singulorum experientiam, vel necessitatem quandam, seu pridem inter notorios Chemicorum nonnullorum excessus facta sunt, seu hodieque nonnullibi finguntur? Effectu postmodum naturæ prædestinationique simplicis reluclante, vel in eundem scopum cum vulgissimis quibusque tandem, (ceu manifestissima habemus in Antimonialibus, Mercurialibus, Solaribus, &c. exempla,) residente, aut præter rem care satis, inter tot euporista) redimendo; nec tanto, nec novo

Sic porro in altero fœcundiorique (manifestius sc.) *compositorum seu commixtorum genere*, cui bono tanta eorum series, quæ licet genuinis compositiōnis legibus conformia videantur, redundant tamen æquipollentium simpliciorum familiariorumque respectu? Ceu pura puta simplicia, vilia quoque nil passa, vel mediocriter saltem ad sanioris Chimiæ duellum præparata, indefinitis, (utut pomposis) hujus generis compositis longissime præstare, & in ejuscemodi mixturis, ut plurimum unicum saltem aut duo, perceptæ operationis fundamentum sustinere, ideoque solitarie quoque data idem sæpenumero efficere, reliqua vero pro forma saltem superaddi, passive cernimus. Cui bono tot compositio-  
nes *actu & in promptu continuo servantur*, quæ longe consultius, & magno sumptuum, laborum vasculo-  
rumque compendio, secundum diversam circum-  
stantiarum rationem ex tempore confierent? Cui bono tot *eiusdem planè speciei, consistentiae, intentio-  
nis & effectus* remedia, titulo saltem, vel autoris no-  
mine, aut parum per solum variato ingredientium  
ordine vel pondere, aut vili quodam supervacaneo-  
que accessorio inter se differentia? Quo scilicet tot  
*Apoplecticis, tot Sticticis, &c.* in eadem officina

pro-

prostantibus, ea instructior videntur. Cui bono hodieque reponuntur aut proponuntur tot *ingratissimæ* *Miscellæ*? Sapore odoreque confusaneo & nauseabundo imprimis autem abominabili mole (præter omnem necessitatem) alias languentem stomachum amplius molestantes, & in lucta sua naturam perturbantes. Sunt equidem in selectioribus quoque Tincturæ, Spiritus, Salia, &c. adversi quid olentia vel sapientia: Verum exiguae horum doses facile commendat insuper domesticum vehiculum: in quo profecto libentius assumuntur guttæ quædam, quam ignoti liquaminis (desides sæpe) cyathi. Et si decoctis vel infusis omnino nonnunquam opus est, (uti pro certis interdum circumstantiis in pectoralibus & vulnerariis dilutiora hæc contrariabus dosibus commodiora deprehenduntur,) sic quoque ita se gerit exercitatus, & non solum nominis adscriptitiique effectus, sed etiam odoris, saporis, ponderis, colorisque suorum simplicium probe gnarus Medicus; ne per inconsideratam minus convenientium consarcinationem, remedium ipsa ægritudine molestius proveniat. Qui vero adhuc dum alicubi, seu simplicitate, seu misochimicorum aut Galenismum quasi quemdam data opera affectantium persuasione ducti, miscellas quales quales lubentius, quam comptiorem quandam medicinam, (venenum chimicum veriti) sumunt, iis, donec frugibus repertis glandes fastidire incipient, hæc & sequentia tantisper scripta nolumus. Nam summatim, omnia hinc merito delenda, aliterve complenda putamus, quæ vel nulla vel exigua ingredientium proportione, genuinorumve componenti præceptorum ratione habita, cœlum terræ, frigida calidis, humentia siccis, stringentia aperientibus atque purgantibus, aperitiva obstruentibus,

incerta vel imbellia (specifici s<sup>e</sup>pe vel raritatis titulo) probatis & præsentaneis , culinaria medicamentosis, fera draſticaque (pari vel liberaliori non-nunquam pondere) debilibus atque benignis , preciosa vilissimis, durabilia horariis , & brevi fatiscen- tibus, vel corruptionem suam sentientibus , amarissima præ dulcibus , sapores & odores nequicquam vitiantia gustui olfactuique gratis, &c. citra solidam quandam (licet alicubi fictam) rationem , & citra necessitatem aliquam , (s<sup>e</sup>penumero non sine , tacita vel manifesta quoque repugnantia ) invicem commixta hodieque per frequenter ostendunt : sive per manus hactenus tradita , & ob utentium consuetudinem tantum non quasi naturalisata fuerint : sive passim adhuc dum immutationis , correctionis , variationisve titulo è recentioribus analectis superaddita vel substituta.

Atque quo generatim sic hucusque recensita magis illustrentur , *singulas potiorum Remediorum formulæ* similiter , annexa breviter (retentionis hic vel manumissionis causa ,) una alterave simul è propriis observationibus nota persequemur.

Quod itaque inter sicca , principio *Feculas* con- cernit ; eas equidem haut exiget apparatus contra- ctior. Non quod in universum omnes simpliciter sint effœtæ: (nam acriorum radicum suæ , superstites quasdam vires experiendi monstrant :) sed quia aliquæ quidein justo sunt curiosiores ; plerarumque vero loco præsentiora , (sique diffusam iſtarum mollem spectes,) commodiora dantur Succedanea : & si præcise quidpiam hujus sortis vegetabilium re quireretur , simplex imitorum Pulvis efficacior , acriorum vero (necessario prius hinc parum alter- nandorum,) parabilior est.

Ita nec *Magisteria vegetabilium non resinosa ne- cef-*

cessitas quædam hic requirit. Simplicibus sane suis ut plurimum inferiora, mole nihilominus diffusissima, nec si cum Alumine præcipitata fuerint, (ceu alibi notavimus) terræ ejus adeo expertia deprehenduntur. *Resinosorum* autem, è fixioribus (Purgantibus vel etiam Alterantibus convenientioribus) simpliciter saltem paratorum unum alterumve sufficiet. Nam qui pro *majori Magisterii copia* Spiritui vini sal vel oleum Tartari addiderit, magnam partem aut totum disperdet, etiam cum Acidis instituta postmodum præcipitatione. Modus exhibendi notus: & in sicciore forma competentibus euidem prius probe dilatanda sunt: in ardenti vero spiritu (instar Essentiæ) rite dissoluta dataque *Purgantia*, fere duplo plus operantur. Ex *Aromaticis* autem consimilibusque volatilioribus, (plerumque parce satis, nec citra gummea subtiliorisve partis elutriationem) collecta ejuscemodi Magisteria resinoſa, quidni curiosioribus (spirituosa talium vel sulphurea parte, siquidem omnino opus fuerit, contenti,) hinc remittemus?

Et cui bono cuncta *Animorum Marinorumque Magisteria? Vulgaria* sane, per oleum Tartari præcipitata, quamvis non quidem in Acidis, in urinosis tamen Spiritibus quadantenus iterum sint solubilia; & quamvis seu ob solventis ac præcipitantis combinationem, (ut in Metallicis nonnullis,) seu ob singularem, nec vulgaribus solutionibus comparandam stomachi liquationem, nativæ virtutis quidpiam exerant, & præcipue quæsitam inibi diaphorifin vel diuresin aliqualiter adhuc moliantur: nihilominus suorum simplicium vires maximam partem neutiquam attingunt, tantum abest, ut alia parabiliora polychresta superent. *Nitrosa Animorum nonnullorum* (per abstractionem) speciosiora,

& in se bona sunt ; Diaphoretica ut plurimum , vel etiam (pro subiecti ratione) Diuretica : levissima tamen & ingentis molis : ut contractiores , æquipollentes vel prævalentes doses infra , in originalibus suis , aliisque præsentioribus quivis facile inventiat , (ni forte pro infantibus unum , ad granulares doses , vel in emulsionum similes Liquores servare placuerit ,) *Secretiora tandem pleraque licet per diversa menstrua modosque varie splendeant , promptiusve liquecant* ; crudorum tamen suorum simplicium invertendi vel absorbendi vim nullatenus attingunt : quod autem in sui generis alteratione , adstrixiōne , deterſione , vel resolutione , (per accessiorum combinationem ita disposita vel fortificata) præstant ; id forsitan consultius Tincturarum vel Essentiarum forma habebitur ; citra tantam pulverum multiplicationem ; quandoquidem alias compluribus fapor præter necessitatem adversior , & vix declinabilis (vel in futuro tandem) hinc exurgit : e.g . Magisteriis plumosis vitriolatis , ingrate stipticus ; Solutionibus cum spiritu æruginis simplici vel sulphurato , semivenerius . Ut taceamus per vulgatissimos Processus ut plurimum Soluto præcipitatoque simplici , Contraria plane naturæ ac prædestinationi ejus inconsiderate affricari : v.g . Diaphoretico adstringentes particulas , stringendo corroborantibus aperientes . &c.

Cui bono tandem tot Mineralium ac Metallicorum magisteria ; imprimis autem tot ac tantæ eorum Variationes ? Licet enim usitatorum menstruorum subactionibus minus in suo genere subiecta videantur ; & varias solum , sæpeque mirandas mutationes inde subeant , quo permultorum præsentaneus , cum exigua simul jucundaque dosi , oboritur effectus : Is ipse tamen paulo hic versatoribus etiam in paucis-

cissimis, ad summum forsitan quinque vel sex hujus generis Pulveribus, affinibusque præcipitatis, Crocis, calcibus, &c. (simplicissime tantum præparatis,) reperitur largiter: nec opus est, ut ejuscemodi producta, eorumque æque ac tot Florum Sublimatorumque variationes, ut plurimum ab antiquiorum Monachorum aliorumve Destillatorum orco tacite revocatae, vel parum saltem, (inter frustraneas sæpe numero ambages, interpolatae, aliove solum nomine, titulo coloreque (maximam partem adscititio,) vestitæ, vel exotericis tantum circumstantiis differentes, intus vero penitus concidentes, tot laboribus atque impensis sic coacerventur, aut (instructiori sc. inde) Pharmacopolio, non sine maxima nostrorum, præsertim Tyronum, (alias nil nisi secreta hodie conquirentium,) confusione, statim obtrudantur.

Cui bono tanta *Salium vegetabilium fixorum* series, etiam Adstringentium, Refrigerantium, Aromaticorum, aliorumque (profecto hic ineptiorum) proventu nonnullibi aucta. Productionis modum, (ex essentialibus,) equidem in suo precio, donec ignis natura clarius detegatur, tantisper relinquimus: & multa inter se non solum copia, coagulo, figuraione, verum etiam effectu quadantenus hinc differunt. Requisita tamen Alcalium adaptatio vel prædestinatio nihilominus ultra duo diaphoretica & diuretica, (præsertim in ea Nitri, eo varie facileque disponendi parabilitate) vix ac ne vix quidem requirit. Ceu alias laborum minus prodigi solitarie cuidam *Catholico*, è symbolizantibus aliquot aperitivis ac sudoriferis junctim confecto, æque feliciter acquiescunt. Porro vero, qui hocce remedii genus (secundum enchirises, aliis haec tenus sufficienter traditas, paratum, *simpliciter sic,* & *sitra repeti-*

*petitas fusiones*, (revera deprædatorias,) asservare voluerit, haud inconsulte forsan (ob varios indicationum scopos,) fecerit. Nec tamen, qui ad liquabilitatem eo magis impediendam, sulphuris pulverisati v. g. cochlearia aliquot flagrantibus herbis inspergit potius, quam super sal jam confectum comburit, haud protinus *Diaphoreticam talium vim*, (ceu alibi quoque monuimus,) pervertet: quamvis sal oppido hinc aliquantum ligatum vel alteratum adeoque (loco lixivialis saporis) potius amarescens, admixtosque salis Armoniaci flores (secus ac purum Alcali facit,) perferens exeat. Qui denique specialius, in certas circumstantias, Alcali suum *per sensibiliora additamenta* determinare intendet, per nos equidem. (v.g.) aliquod, magis Diaphoreticum, *Nitri spiritu vel* (profecto hic innocentii) *Aqua forti*, pro more saturare poterit. Nec tamen *nitrosum hoc coagulum* indicationibus, pure lixiviosum sal potius exigentibus, semper conuenit: nec ex adverso cum nonnullis, (*Regenerationes Nitri tradentibus*,) communis Nitri loco simpliciter aestimari potest; aliud vel solis vasis stanneis, (si diversus operandi in medicinâ modus deforet,) testantibus, *inter exhalandum enormiter hinc (ab usuali vero Nitro neutram) denigratis*. Nihilominus facilior præsentiorque est hujuscemodi ligatio seu saturatio, quam quæ (*Oxysalis diaphoretici* cuiusdam exemplo) cum Aceto destillato confit. Ut si (pro diuresi quoque) similem, *salis alicujus & Aceti destillati combinationem* quis querit, solus terræ foliatæ liquor, (alias polychrestus,) instar omnium largiter satisfacit. Saturatio vero cum Salis spiritu, nonnullis eodem fine instituta, inter tot acceptiora Diuretica profecto nil singulare, & salinam toluum maslam promit, quovis culinario (ceu etiam de spiritu salis

falis Ammoniaci, cum sale Tartari destillati resi-  
duo alibi notavimus,) acriorem. *Alcali* denique  
quoddam, seorsim (alterationis ac roborationis  
causa) per *Vitrioli spiritum*, sed copiose, (ne tantum  
Tartari Vitriolati simile quid exeat,) *affusum acidu-*  
*latum*, in contractiori hoc apparatu vel solum Ni-  
trum vitriolatum nostrum supplebit : aut extem-  
poranea quasi nonnullorum nec inefficax *Mixtura*  
*alterans*, quæ sale quodam diaphoretico, v.g. absin-  
thii, cardui benedicti &c. in Aqua destillata soluto,  
& spiritus Vitrioli s. q. exasperato constat.

Nec *Essentialia* porro *vegetabilium salia* (supe-  
rioribus annis satis hyperbolice deprædicata,) ulla  
requirit necessitas. *Nitriformibus* sane, non quidem,  
(si rite, quamvis tædiosius, ex uno pluribusve sym-  
bolizantibus simplicibus parentur, inelegantibus,  
tot nihilominus sudorifera & detergentia parabili-  
ra æquipollent. *E Tartareis* autem *Acida icta cry-*  
*stallina*, sponte in condensatioribus sui generis suc-  
cis concreta, nulla specialis observatio supra com-  
munium crystallorum Tartari contubernium us-  
quedum magnopere extulit. Nec in *Bolaribus* vel *A-*  
*renosis* sedimentis, uti, talia in inspißatis quorundam  
diaphoreticorum, vulnerariorum diureticorumve  
succis vel decoctis, nonnunquam etiam per acci-  
dens, (ob neglectas pro nitriformium conquisitione  
enchorises,) subside à quidpiam tantopere Bezoarti-  
cum vel Diureticum (uti nos quidem aliqua tenta-  
vimus) invenire potuimus.

*E volatilium vero vegetab. salium* censu suffecerit  
intentioni nostræ vel unicum ac parabilius; sed con-  
grue (inter tot hactenus processus, parum vel nil,  
aut inversum potius quidpiam, post varios labores  
tandem relinquentes,) paratum : idque forsan  
commodissime *liquida seu spiritus* (uti vocant,)   
con-

consistentia. Nam solitaria quidem modo pro magna sui parte disparent, modo in seipsis saltem liquescunt, & ægrè utrinque dispensantur: per Salis autem vel Vitrioli spiritum qualitercunque ligata, (licet insigni deobstruendi ac detergendi facultate sic quoque polleant,) à nativa tamen & non nunquam expedita hic simplicitate, ad *Ammoniacalem* quasi naturam & saturationem, (ceu quoque in Diss. de Volat. salis Tart. notavimus,) vertuntur; nec adhærens empyreuma insolidum ita depo-nunt.

Inter *Volatilia regni animalis Salia*, cum specifi-cas (quamvis nonnullis adhuc præsuppositas (vires Vulcanus oppide præcidat vel alteret, nobis simi-liter satisfacient forsitan duo saltem, & præter-propter. Eaque pariter *liquidâ potiùs*, tanquam as-servatu ac dispenſatu cominodiori consistentiâ; *in proprio scilicet spiritu sive liquore*, cum aliquota spi-ritûs vini parte, super cineres vel alcali quoddam pro more, rectificato) dissoluta: missis sic tot tæ-diosis, nec parum disperdentibus (pro rectificatio-ne) *sublimationibus*, supervacaneisve prius *Fixato-rum* (per superadditum postmodo sal Tartari,) *re-fuscitationibus*; imo (ni certis planè de causis compositum aut mage portatile quidpiam hinc expeta-tur,) ipsis *Fixationibus*, diversimode pridem per A-cetatum vegetabilia tum mineralia institutis.

*Fixa Animotorum salia* partim mediocris saltem è plerisque, non sine tædio, (ni mangonium acce-dat,) proventus; partim exiguus (si inter tot præ-sentiora euporista specifici quid quæritur,) effectus eo magis à selectu nostro secludit.

Nec in *Marinorum ac Mineralium quorundam Cre-more calciformi*, (qui scilicet ex ustulatis & aqua simplici postmodum perfusis simplicibus, æquè ac olim

olim è calce vivâ communi, nonnullis desuper colligitur) peculiare quidpiam invenimus, quod huc conferri mereatur. Certè, quoad ipsas, (vulgò ita dictas,) *Solutiones*, diffusior quoque Praxis haud ultra duas hac tempestate exigit : licet omnis istarum series *plane conformi nobis simplicibusque menstruo parata fuerit* : quo reliquos vulgatoresque processus eorumque variationes, per immerentium *torturas & calcinationes*, aut *menstrua penitus adversa* procuratas, pridemque satis traductas, eò confidentius tandem hinc expungemus. Quod autem his nonnulli superioribus annis *Solutiones marinorum & ostracoderorum cum Aceo destillato* factas tanquam corrosivas, (ob abusus noxas) annumerant, constat quidem : eo ipso tamen suasmet & aliorum, eodem interveniente præparatas *Tincturas*, (haec tenus innocentes,) & ex parte ipsamet solubilia per spiritum æruginis *Magisteria* eidem notæ immerenter involverunt.

*Elæosacchara*, ut portatilia nec magnatum Myrotheciis interdum incommoda sint ; nostræ tamen intentioni & reposituræ, (ni forsitan quasi pro superpondio unicum aliquod Diaromaticum compositum placuerit) parum quadrant. Molem sanè tantum, (aliis pulveribus adjecta) nequicquam augent: limpidis vehiculis soluta, liberatum & ut plurimum instar telæ supernatans oleum postliminio ostendunt : per se incommode dispensantur ; si quibusdam remediorum formulis adjicienda fuerint, haud difficulter tunc confiunt recentia : & sanè oleum destillatum quodvis parili facilitate permultis compositis competentibus vel ex tempore miscetur; aut eodem loculo, qui penetrantiores aut corrosivos liquores servat, securè custoditur.

*De specierum ac Pulverum officinalium inconcinna pro-*

profusissimaque (preciosorum cum vilissimis, durabiliorum cum fatiscentibus, &c.) compositione, aliorum quoque querelas, & quæ supra de nimietate ipsa (per substituta hodieque magis adhuc ex crescente,) adduximus, hic non repetemus. Fallimur autem, an (uti experientia confirmati non fallimur;) totum hoc octo vel decem ad summum formulis, pro dispensationis scilicet facilitate, aut ætatis vel affectuum (eas omnino præcipitationis vel inversionis causa exigentium, vel alias admittentium) ratione, securissimè transfigitur; paucissima solummodo, semet inter se ferentia, durabilita, & quoad ejus fieri poterit, mole saporeque (tanquam potissimum vulgaris aversationis causis,) grata, proportionaliter miscendo; etiam citra præviarum extractionum insucciones, aut *Pinguium* (*emulsorum* vel *contusorum*) accessus, *saccharive*, (intus data opera corrumpendi) condituras. Reliquum non sine magno sumptuum, laborum, pyxidum & nauseæ compendio, tota die, simplicissimis saltem, (præsertim vulgo dictis) Præparatis, aut extemporaneis, (dum opus est,) compositionibus; vel (siquidem tum perinde fuerit, quod tamen in quamplurimis inorbis non semper est,) Liquidis æquivalentibus, convenientioribus aut gratioribus expedimus.

Sic è magna *Rotularum ac Tabularum* (*usualium* aut *denuo varie propositarum*) serie, vix ultra *Arteriacas* forte quasdam, (variationis causa, comptior contractiorque praxis quidquam exigit; indies parili felicitate, (sique quotidianas sacchari corruptelas earumque fructus spectamus,) majori securitate accisis genuinorum remediorum dosibus pueros fallens delicatulosque demulcens. Accedit in *Purgantibus* & *Antelminticis* drasticorum inæqualis interdum permixtio; Mercurii dulcis in certis quandoque

que circumstantiis suspecta masticatio; numerus horum plerunque magnus, majusve pondus, adversus sapor, aliæque difficultioris ingestionis causæ. Circa Aromaticas vero alias notum est, quod vulgariter quibusque ni superiores, certe pares, curiosioribus autem, (Extracta talium simplicium, ut plurimum effœta superaddentibus,) neutiquam inferiores, quandocunque lubet, (extemporanea solum ac perfunctoria olei simplicis vel compositi, super simplices aromatariorum *Manus Christi* illitione) habeantur: siquidem omnino res alia ratione compendiosiorique modo transfigi nequeat.

*Confectiones communes & Candisatæ, Conservæ recentiorum succæ, (simplicis sui pulvere plerunque debiliores, Martii panes, Panibaleon, & antiquariæ Sapponeæ, Confecturæque reliquæ, Bellaria sunt, hujus nec loci, nec selectus. Et vœ hæc tis tabidisque, quando tandem ad ejuscemodi Refectiva, sesamo atque papavere sparsa, pineis, pistaciis & amygdalis, quoquo etiam modo comminutis, turgentia, vel ipsis ranarum, testudinum, cancrorumque carnibus farta damnantur. Arentes hinc fauces (quamvis difficulter interdum,) lenitas vidimus; curatum neminem; quin potius intensiores inde depascentes febres, dejectum magis appetitum, festinatosque fluxus colliquativos.*

*Tragæ grossæ, etiam nunc operosiores, similiter ex eorum numero sunt, quæ pro Forma tantum aut superpondii loco, ne nihil non egisse videamur, præscribuntur; vel (si quis omnino ciborum & aromaticum saccharatorum miscellæ magis, quam evidenter debitoque tempore dato remedio confidat,) facili tunc negotio, ad recentiorem imitationem, (at missis ambagibus supervacuisque sumptibus,) quandocunque libet, confiunt. Ita quoque Moschardina,*

dina, vel eorum Analogia; si palliativum topici mali in masticatorium, inter tot euporista simplicia, delicatus quispiam expetat. Cosmeticos *Moschati* vel *medicati Saponis globulos*, præter passive nunc venales, quænam Aula non novit? & quinam Medicus non novit commodiora salubrioraque sæpe succedanea? Ejusdem sortis, & (inter tantum Balsamorum, aliorumque convenientiorum odoriferorum congeriem) exoleta præterea fere sunt *Poma ambræ*. *Candelas profumo* institutoribus hodie; & speciosiores contra subitanea, *Unfall-Hertzen* / etiam conchiliis corallisque conspersas,) medicastris relinquamus. Ut quoque reliquorum *Siefac Trochis-corum*, (nisi *sublinguales in Peste* forsitan excipientur,) pagimenta, jam pridem ab exercitatoribus inter supervacanea, (quo nec *Pastas pro suffumigiis*, licet inter comburendum aliquanto renitentiores, exemerimus,) relata sunt.

Et cui bono etiamnum tot *Pilularum Purgantium massæ*, (tum secundum consuetas formulas, tum secundum superinductas interpolationes, correctiones, & surrogationes) passim affervantur, aut per inaneis inter se commissiones, accessoriorumve supervacaneorum adjectiones imperantur, vel multiplicantur? dum duo præter propter *Maslæ*, è vegetioribus (in suo genere) minorisque molis aliquot ingredientibus, simplicissime (debita tamen resino-forum dilatatione) compositæ, totum hoc negotium expedient: & in rei veritate pleroruimque *Chiragogorum* seu *Dirigentium, Corrigentium. &c.* additiones, (quo scilicet *Cephalicæ, Stomachicæ, Arthriticæ, Lucis, Phlegmagogæ, Cholagogæ, Melanagogæ, Catholicæ, Panchymagogæ &c.* exeant,) infirmo talo persuasionibusque nonnullis maximum partem innituntur; nequicquam nihilominus hinc

hinc aucto non solum Massaruin, sed etiam ipsarum Pilularum in quavis dosi numero; ut è frustranea mole 20. sèpe vel 30. majusculæ quoque formentur; cum ægre tamen hodie vix novem aut undecim etiam mediocres, deglutiantur. *E Laxativis* pariter per tot variationes, additiones, inventiones, æmulationes, &c. ad nauseam usque multiplicatis, vel unica forsitan simplicissimaque compositio, in omne quod inde quæritur, sufficerit: ceu infra de purgantibus diffusius ostendemus. *Alterantes, Martiales, Hysterice, Anodynæ, &c.* quando certis de cauissis exiguntur, nec res per (ejusdem generis) Liquores, pulveres &c. transfigi poterit, alias facilime vel ex tempore, pro circumstantiarum ratione, circa vanam talium asservationem efformantur.

Cui porro bono tot *Electuaria?* cum nostrates in plerisque tractibus, ni propter consuetudinem *Theriacale* quoddam excipias, reliquas hujus generis, (ut plurimum, vel mole saltem ingratas) Mischellas, vulgares ac correctiores, tanquam manducum horreant: cum *Lenientium*, pulpis saccharo-que turgentium incommoda (in permultis affectibus, in effectus tarditate vel frustratione, &c.) alias notoria sint; tutoribusque & acceptioribus idem nunc obtineatur: *Elective vero purgans, seu Bolus,* quandocunque libet, loco tot horribilium aut tantum supervacuorum magmatum habeatur simultanea saltem gratioris cuiusdam Cathartici, & conservæ, (rosarum) aut domesticæ sapæ inter se mixtura. Qua ratione quoque *Alterans* aliquod, *Hepaticum, Stomachicum, &c.* siquidem præ Tincturis aliisque commodioribus remediis, omnino delicatulus sc. quispiam voluerit,) nunquam non consequemur. Ut proin totam hanc congeriem, (præter aliquod *Alexipharmacum*) non immerito rem suam fibi habere jubeamus.

Ita

Ita nec ullo *Loch* sano insanove, nec alia *Eleg-  
matum antiquorum vel recentiorum* specie, (seorsim  
reposita,) selectus noster indiget. Quippe, ceu len-  
tæ moderatæque Arteriacorum deglutitiones ad va-  
forum excretiorum orificia laryngisque confinia  
demulcenda, humectanda vel extergenda, adeoque  
ad tussim varieformiter hinc oriundam aliave de-  
fluxionum incommoda lenienda equidem sunt ad-  
modum proficuae; (sive de cætero quidpiam inde  
profundius descendat, sive non;) ita Linctus quoque  
hunc in finem præsentanei, jucundi facilesque,  
quandocunque opus fuerit, prompte confiunt, per-  
functoria solum Extractorum, Essentiarum, Tin-  
eturarum, inter se & cum *Sacchari* (seorsim ac sim-  
plicissime, complures tamen in usus) *Sirupisati*  
mixtura; sine vel cum competentibus etiam acce-  
ptioribusque pulveribus.

Cui bono tot *Conservæ*, & (effœta, vel si muriam  
propriam reddas, maximam partem ingratioria  
hinc (*Condita*, negotiosioribus mulierculis aptiora?  
Efficax Medicina horum paucissimis, & vel soli  
forte *Rosarum* (*quarumlibet*) *conservæ*, pro vehiculo  
vel additamentorum incorporatione, secure ac-  
quiescit.

Nec si rem paulo acuratius expendimus, ullo  
*Siruporum*, *Rob*, *Mivarum*, *Mellum medicatorum*,  
*Oxysaccharorum*, *Oxymelitum* &c. *usu* *slium*, *vulga-  
rium* aut (pro majori virium conservatione vel spe-  
ciositate) *Correctorum* tantopere indiget: cum tot  
non diciimus æquipollentia, sed præsentiora com-  
modioraque passim nunc extent, semet parabilitate  
simul & contractioris dosis gratia nemini non com-  
mandantia: cum porro, (siquidem alicubi sirupale  
remedium omnino requiritur,) prompta seu ex-  
temporanea competentium Extractorum, Essen-  
tia-

tiarum Tincturarumque dulcoratione vel dilatatione (per adjectum Saccharum seorsim ad siripi formam simplicissime coctum , aut mel prius vel pro lubitū ad odoris qualemcunque obliterationem recoctum , vel passularum essentiam &c.) ejusmodi consistentia, quandocunque libet, obtineatur: quæ denique (numero forte tria vel quatuor,) sub alia fere forma, *condensatoria scilicet colorem, liquidiora vero,* (sub concepta fermentatione) *saporem aliquantum* mutant, adeoque *sirupalem in specie consistentiam* hinc requirere videntur etiam citra hujuscemodi lenocinia nihilo deteriora sint , nec conservatoria talium enchirisi penitus destituantur , uti nec æquivalentibus suis succedancis; tanquam alias selectui huic nostro haut absolute necessaria.

Sic, quamvis *Extracta* quædam , è simplicibus aliquot polychrestis, extractioni revera subjectis, ac parum inter adæquati Menstrui divaporationem vel abstractionem (oppido plerisque quidpiam subtrahentem ,) deperdentibus in vaporoso balneo confecta, locum sibi merito hic vendicent , *præsertim* (quæ liquida forma danda sunt , idque alias ferrunt, etiamsi vel semiresinosa & cum vini spiritu extracta fuerint) circa exhalationis finem , (pro facilitiore dilutione , impediendove situ, exsiccatione , vel condensatione nimia,) plus vel minus , secundum recentiorum inventum *Saccharata* : (plus scilicet Arteriaca , confortantia odorata quædam mucilaginosiora , aliave de caussa situm facilius , citra hujuscemodi conditaram concipientia , &c.) Cui bono tamen hinc *reliquorum cohors*, è residuis symbolizantibus , æquipollentibus aut debilioribus nonnunquam vel in effætis, saltem pro more , & ne catalogo vel repositorii desint ,) licet *legitimo* cæteroquin processu congesta? Et quidni magis hinc expungantur,

tur, quæ majori adhuc numero è *simplicibus extractioni plane non subjectis*, viresve suas inibi disperdenteribus adhuc dum nonnullibi proponuntur? quæve numerosius adhuc, propter inconvenientiorem procedendi modum *effæta*, *languidiora*, *aliena vel inversa deprehenduntur*: quæ scilicet nimiis Clarificationibus, aut longioribus Digestionibus debilitamus potius, quam exaltamus; aut concepta (tunc, vel inter protractiorem evaporationem) incompetenti fermentatione, enormiter hinc alterari, vel penitus perverti sinimus: quæ nimiis repetitisque Menstrui affusionibus (*dum unica simultanea infusio in octuplo vel decuplo liquoris sufficit*) obruimus, & hinc præter rem modo notatis incommodis exponimus: quæ ex aquarum extreme destillatarum reliquiis admodum jam infraæctis colligimus; vel vulgatissimo modo è magna Sepiasiæ trulla, (igne violento) profecta toleramus: quæ diversimodo menstruorum reatui inconsideratius, hodieque nonnunquam subjicimus: ut dum resinosa Aquosis, & vice versa aquosum faltem requirentia Ardentibus liquoribus infusa, tantum debilitantur, alterantur, aut incassum tentantur: dum Aqua simplici (in suo genere sufficientissima,) neglecta, Destillatis officinalibus vel Sero destillato precium solummodo, & labores nequicquam intenduntur: dum vini seu (graveolens) secum vini spiritus simpliciter & præcise exigitur, aut interdum præter necessitatem alcolisatur; satisfaciente (parabiliori aliquibi) frumentaceo quovis aut hydromelino, etiam pro quamplurimis extractionibus, non vel haut adeo rectificato: dum Succorum expressorum Magmate, (extempore sæpe proportionalius adjiciendo) quæsitum sic Extractum potius obruitur; caseosa Seri parte pervertitur; aut Vino innoxio qui-

quidem, at in plerisque supervacuo Tartaro aggreditur: dum Aceti simplicis vel (etiam operosius) Destillati rodentibus particulis teneriora quamplurima, (ut istas vegetiora quædam tolerent,) pene corrumpuntur; aut incassum (ni singularis inde exceptetur determinatio,) prioris Tartareo sedimento combinantur: dum singularissimis hodieque Liquoribus, (quando curiosorum quisvis sibi nunc peculiare Alcahest, aut secretum aliquod, insipidum vel universale menstruum parat aut fingit,) vexantur magis quam extrahuntur expectatione plerumque inferius quidpiam postmodum relinquentia, &c.

Atque utinam, qui tot sincerationibus nil nisi apertam veritatem profitentur, qui que tot obtestationibus alios (proximi saltem æque cogitantes) invitant, vel tot exprobationibus æternarumque poenarum comminationibus huc compellunt, tandem cum ad rem & setiam expectorationem ventum est, scapham scapham dicerent; nec nisi ænigmata Sibyllarum foliis obscuriora loquerentur, secreta secretis servanda, nec perlas porcis projiciendas prætendentes. Quasi vero quivis nostrum, pro ejuscemodi Eleusinorum evolutione, semet pomericis suis per aliquot annorum lustra includere queat! nihil hinc feliciori Republica, sub parili, (postquam *Adeptus* aliquid fuerit adeptus,) silentio plusquam Pythagoreo. Negare non possumus, plures equidem hoc seculo apparuisse *Elias*, promissis graves veræ *universalis Medicinae Menstruique* possessores fidelesque doctores; qui non unum solum, sed aliquot etiam in numerato quasi habebant promittebantque *universalia*, *Alcahestina*, *Mercurios Philosophicos*, *Salia mirabilia* & quid non? Verum postquam (infeliores forsan nos) permulta circa *Roris*

quoque ac pluviarum æquinoctialium salinam substantiam, circa Nitri, Bismuthi, Antimonii & Saturnique mineralias, &c. varie tentaveramus, atque hanc eam Junonem amplecti volebamus, plerumque nubes erat.

Et sanè, quod Alcahestinum liquorem attinet, qui parallela Authoris recentioris loca, paulo accuratius (in ea quidem obscuritate) consideraverit: quid scilicet sit Sal circulatus major, Ignis Gehennæ, corrosivum Soli lactique Perlarum debitum; quod circa diminutionem sui, quodvis fere corpus in sal aut liquorem suo simplici æquiponderantem, & in primum Ens, vegetabilia certe admodum & ipsos Carbones in liquores Diaphanos, sine omni residentia destillabiles solvat, quod à sole suo Compari subjugetur. (æque ac Mercurius virgo omnia excepto suo compari, consumere in alio Traclatu dicitur:) quod cuiuslibet simplicis figuram, item quantitatem adepti solaris vel lunaris luminis ostendat; quod agat (in morbis æque ac in chimicis solutionibus,) absque reactione patientis; quod difficilimæ sit præparationis, solisque Duplatis, Adeptis ac specialiter à Deo doctis detur; quod denique qui eo pertingere nequeat, saltem sal Tartari volatile reddere, eo que solutiones suas v.g. Lunæ, Mercurii, Unicorni, oculorum Canceris, &c. tantisper perficere jubeatur, &c. qui, inquam hæc inter se & cum experimentis circa Mercurium, Ludum, Carbones, Elixir proprietatis, &c. ab autore factis contulerit, forsitan circa Mercurium quoque, secundum complurium nunc conjecturas, ex una alterave phrasi, (aliis tamen eadem facilitate applicanda,) desumptas, huic operi adhibendum non immerito hodieque aliquandiu hæsitabit, aut saltem circa tam difficilem procedendi modum: ni superstes adhuc generosissimus Filius facem quandom hic caligantibus accenderit; aut recentiora so-

lertioris cujusdam promissa, è terra Mercuriali simile principio expectantes saturarint. Interea vitio forsan nobis non vertetur, si priusquam hæc propagantur, aut Mercurii vivi Liquorem, per duo tubula-  
ta vasa successive destillatum reiteratis denuo expe-  
rimentis recens ac diversimode subjecerimus, as-  
sensum de eo, (alias non rejiculo) tamdiu suspen-  
damus : cum ante duo præterpropter lustra alios  
tum in usus, sed eodem modo, (ceu in Chirurgia  
cujusdam Parva alibique describitur) destillatus,  
æque ac aliis cum Jovis Amalgamate collectus, nuper  
prædictorum subjectorum præparationibus se-  
cundum præscriptum adhibitus expectationem fe-  
fellerit. Multo ininus autem arcani tanti titu-  
lum sustinent *Spiritus Vitrioli Philosophicus*, à quo-  
dam inconsideratus huc tractus; aut *Cliffiformis*  
è Nitro cum Jovis Amalgamate (tædiose detonan-  
do) destillatus *Liquor*; *Æruginisve crystallisatæ*  
*spiritus*, aliive Aciduli (quamvis in suo genere sat  
efficaces spectabilesque) *Liquores*. Nec ab altera  
parte salis *Tartari Nitrive fixi*, vel (affinis qui-  
dem laboriosioris tamen & aliis usibus consultius  
aptandi) salis *Terræ concrematæ deliquium*,  
ut ad quorundam, (non indifferenter omnium)  
Extractionum facilitationem vel exaltationem  
quidpiam conferat, hic tamen operæ precium  
facit: uti nec *Sal mirabile*, inter nonnullas fu-  
siones (evaporantibus aut scoriis additamento-  
rum semet implicantibus acidis salium particulis,) quadantenus ad alcalinam quasi naturam trans-  
fiens vel inclinans: nec recentius adhuc *sal vola-*  
*tile urinæ, spiritu Vitrioli vel Salis fixatum*; quamvis  
sulphurea nonnulla secum (sed parce satis) evehat  
aliave singulariter solvat; egregium de cætero, no-

bisque diu jam usuale Aperiens ; Nec demum *sal volatile vel spiritus Fuliginis*, è concentrato per extreum frigus potissimo liquore, facilioribusve modis collectus. Donec itaque felicior dies nos aut feliciores alios hunc Sophiæ laborem clarius docuerit, apparatui nostro tantisper ad extractiones potiores sufficient *candidissimi istius Chimiatri* duo illa parabilia, *Aqua simp'lex & Spiritus ardens*; sic cioribus vegetabilibus octupla, levioribus nimiumque intumentibus floribus herbisve nonnullis decupla, ad summum duodecupla proportione (secundum cujuslibet naturam) una saltem vice, citra accuratas illas repetitiones affusa : æque ac reliquas Tincturas & Essentias sat adhucdum efficaces habemus, similiter *vulgatores saltem spiritus atque Liquores* adhibentes, citra *Minerarum Cœlestiumve Apofragmatum* tædiosos, quamvis in particulari de cætero curiosioribus non aspernendos latices.

Porro vero, quod in lustro nostro *Fructuum succos* attinet, cui bono tot præter rem *cariores & exotici*, satis ægre nonnunquam vel non sine supervacaneis aut discordantibus additamentis conservandi? dum in parabiliорibus nostratisbus eadem plerunque gratia, idemque effectus reperitur. Cui patiter bono in horum quoque *numero aliqualis adhuc excessus?* cum istorum nonnulli sapore, colore virtibusque concordantes, (magno vasculorum ac dispensationis compendio,) invicem mixti sic asservari, & cum paucis insuper aliquot, comparatu facilioribus, præsertim venaculis acceptioribus præsentioribusque sufficienter præstare possint, quod non solum in reliquis, verum aliis præterea remediorum generibus operose vel sumptuose quæritur.

Ita

Ita si *Acidi quidem* ad tertiae vel quartae partis remanentiam evaporant, (uti hac consistentia, acore in nonnullis æquabili persistente, in aliis vero intensiori, perdiu sine omni vel exigua solum sacchari conditura durant;) si porro *subacidi, vinosi ac congeneres*, partim (post aliqualem in aquosioribus exhalationem,) addita octava præterpropter sacchari parte, in Fermentata haut injucunda per spontaneam effervescentiam rediguntur, partim vero (dum unus forsan aut ad summum duo primitivi fæporis speciem aliqualiter istac ratione exuunt,) *paulo liberaliori sacchari portione, (post moderatam concentrationem) condiuntur; profectu compendiose sufficienterque, (sub longe breviori jucundiorique dosi & faciliori adhuc edulcoratione)* habemus inde, quod longa *Siruporum, Rob, Mivarum, &c.* hujus prosapiæ series (cum tanta sacchari dispersione) promittit. In contractiori quin etiam nec externi semper commoditatibus undiquaque instructo Apparatu, præ usualibus diffusoribusque *fructuum Vinnis*, istac ratione dispensatu & asservatu sunt comodiiores : *præ Succorum condituri*, (aliibus per Nitrum crudum aut spirituum acidiorum associationem institutis,) in compluribus affectibus (accessoria illa vix aut non ferentibus,) convenientiores : si que Refectivum quoddam ex ejuscemodi vegetabilibus, tanquam hoc in genere naturæ nostræ propioribus quæritur, (ceu perfrequenter in teneriorum languoribus opus est, nec totum semper potui saltem instillatis aliquot Clissi, spiritus salis, aliarumve polychrestarum Aciditatum guttis insolidum, quorundam more transigitur;) compendiosa, brevis diffusisque Julepis longe salubrior inde Mixtura, (talium vicaria) nullo non tempore

conficitur; aut siquidem omnino longius harum potionum genus exigeretur, facilime per competentes liquores extenditur. *Aperientibus autem herbarum succis, cum tertia vel quarta spiritui ardentis communis, proprii, vel analogi parte digestis, & aliquibus Essentifatorum nomine propositis,* (dum parum à fixioribus sui simplicis particulis hoc in processu fortificantur, Aquis præterea spirituosisoribus haud adeo præsentiores, certè ingratiories sunt,) in selectu nostro facile carebiimus; uti quoque consimilium aperientium & resolventium Fermentatis, prædictis aquis ut plurimum ad versioribus, minusque vegetis.

Quidni vero magis adhuc expungamus *Tincturas, Essentias, Quintessentias, Arcana &c. purè tantum nominalia,* & pridem ab aliis ea de caussa satis traducta, nec dum tamen passim neglecta? tot *Tincturarum & Essentiarum variationes*, primitivis sæpe numero deteriores aut nihilo validiores, saltem externa quidpiam aut vanam in se coincidentium Mēnstruorum variationem afferentes: tot inter se æquivalentes, & citra necessitatem, (dum una potiorque in sua forte classe sufficeret,) numerose multiplicatas; vel data opera *Compositas*, quibus simplex quedam ni superior, par tamen existit: aut è debilioribus simplicibus paratas, integra postmodum cochlearia pro dosi, (præter talium morem,) completes: tot *Essentias atque Mixturas*, ex ingredientibus semet invicem destruentibus, inviscib; filtro vel magmati residuo magnam partem adhaerentibus, inæqualiter semet amplexantibus aut inconvenienter supernatantibus &c. hodièque nonnulli conditas: tot *Florum congenerumque languidiorum-vegetabilium Tincturas*, (*Simplices atque Compositas,*) in-

in rei veritate parum hinc præter colorationem afferentes, effectum assumpto spiritu vel mineralium phlegmati acidulo potissimum debentes : tot *Tincturas adventitium tantummodo ruborem*, sub dissolutione vel digestione accidentario obortum, aut per accessoria supervacanea, ante necessitatem aut specialem intentionem conciliatum adhuc dum ostentantes : item *adhuc Operosiores*, prævias Metallicorum (levi tamen fusione sæpius ad pristinum statum denuo redeuntium) sublimationes aut florificationes, vel singularissima laboriosissimaque Menstrua præsupponentes ; plerunque tamen inde nihilo singulariores, cariores saltem vulgatioribus que ratus præsentiores aut copiosiores : tot *Tincturas*, perdita per superfluas abstractiones parte Simplicis volatili, aut subsidente non exigua soluti portione, necessario *languidiores*, vel ob supervacue præmissas innocentium Mineralium ac Marianorum Ustulationes, (etiam si externi quid præter consuetas observationes calcinatis sic àccresceret, totum nihilominus pervertentes,) aut propter inconveniens, imo destinationi simplicis sæpenumero penitus contrarium Menstruum adhibitum, *planè perversas, et anidas vel ad minimum meritò suspeetas* : tot *Elixiria*, sub ambitioso (etiam ad Purgantia nonnullibi extenso) vocabulo postmodum nil nisi Vini spiritum ostendentia, proletarie saltem speciebus quibusdam, interdum minus considerate conglomeratis, (tantum ut *Elixir Cephalicum, Ophthalmicum, Pneumonicum, &c. calidum atque frigidum* habeatur) superfusum; eumque vel simplicem, vel per accessorios liquores compositum, aut acidis mineralium spiritibus (certè potissimis tunc perceptæ efficaciæ causis, exasperatum.

Quinimò quispiam, (frustraneorum laborum at-

que sumptuum minus prodigus) forsitan haud impertinenter huc retulerit *istas quoque Tincturas, par- cissimas & operofissimas*, quæ absorptis aliquot guttulis, è fixioribus corporibus post tædicissima cohobia tandem super alembicum vel retortæ rostrum evectis constant, & insumptum laborem læpenumero vix ac ne vix quidem, (in ea parabiliorum paritate, (effectu compensant. Item speciosas aliquorum *Essentias aut Quintessentias, olei destillati parte una, & spiritus ardenti alcalisati partibus duabus vel tribus*, (desubito semet eleganter amplexantibus & absorbentibus) constantes, tanquam sub olei ratione, (licet vel spiritus proprius fuerit,) potissimum agentes, & solutâ per vehiculum istorum copulâ, facilè destruetiles. Olea similiter subtiliora, *infusis metallorum convenientiorum solutionibus ipsive Metallis* (ceu inibi qualitercunque solvi quædam pridem constitit,) *alterata*, iisdem titulis, at majoribus promissis proposita; revera tamen parum ultra simile inalteratum oleum agentia. Magisque adhuc *Oleosum illud, quod infracto (per fortissimos aut concentratos spiritus minerales, aut solutiones metallicas) vini spiritui*, eique vel simplici vel Aromaticibus quibusdam oleosis prius saturato supernatat; utробique parca satis quantitate, & parca pariter, si metallici quid accesserit ejus participatione; oleo Vini (cujus potissimæ partes sunt,) aliunde tolerabilius habendo, vel aliis Aromaticis destillatis, (si placuerit,) alterando. Et si quæ præterea sunt, *curiosioribus, quam nostræ nunc intentioni aptiora*; non quidem in suo genere contemnda, nec nova tamen (uti quibusdam habentur,) nec nimis extendenda; parabiliora sañè æquivalentia ubique invenientia.

Interea nobis hic admodum suffecerint *paucissima quædam hujus sortis*, è potioribus aliquot & pol-

len-

lentioribus, (ne pro forma tantum guttulae nonnullæ sumantur, sed parcæ dosi notabilis efficacia subfit,) iisque specificis, ejusmodi separationi revera subjectis, ac competentem (ubi opus) Menstrui (suo simplici correspondentis,) abstractionem ferentibus ritè præparata; *simplicia potissimum, aut tandem è symbolizantibus.* (at eidem menstruo parentibus,) *nonnullis Composita*: sive postmodum Tincturæ sive Essentiæ (apparentes tantum aut reales,) vocentur. Quo referri quoque poterit *Extractorum unum alterumve, per proprios aut analogos spiritus ardentes, aliosve liquores adæquatos Dilutum seu quasi exaltatum*: ulteriori de cætero talium alteratione vel conditura (cum saporis aut odoris gratia sæpe numero hinc parum pervertatur, nec indifferenter omnibus conveniat) negotiosorum circa hæc lubentiae vel subterversantium judicio selectuique relictæ; sive solum Salis proprii particulâ, aut Olei insuper proprii (vel dum non omne simplex id æqualiter efficaciterque fundit,) Analogi tantillo, (post dissolutionem ac digestionem demum, ne magmati vel filtro inviscetur superaddito) instituatur. Referimus huc quoque *liquidorum inter se convenientium unam alteramve Mixtam*; (dum ista extemporaneam conjunctionem, ob debitæ unionis, consistentiæ colorisve jacturam non ferunt,) secundum artis ac naturæ leges confectam atque selectam. De quibus omnibus inferius in specie commodius dicemus.

Porro vero nunc, cui bono tot *Infusorum ac Decocctorum species, Antiquiores aut* (ingredientium naturæ, numeri ordinisve respectu) *Correctiores, vel novæ denuo hinc inde superadditæ?* cum nostrates in plerisque tractibus talia valdopere plerunque aversentur, & si necessitas diffusum hoc remedii genus

in nonnullis affectibus nonnunquam exigat, simplicissima ac pergrata vix tunc admittant; atque ea quandocumque libet aut opus est, è selectiori quodam præsentiorique simplici, aut aliquot concordantibus consociatis facilime vel domi confiant; reliquum autem tot acceptioribus contractioribusque remediorum formis nunquam non transfigatur. *Potus Hippocratici* hodie profecto sunt parum medici: & *Hydromel* quodvis etiam diversimode Purgans promptè supplent, aut (uti consuetudo fert) imitantur gratiora hujus ævi Composita.

Sic, cui bono longissima *Aquarum destillatarum series*, tantum non ex omnibus ferè vegetabilibus animalibusque, (quo scilicet officina dicatur instructior,) hodieque coagmentata? tot naturâ suâ, vel ob inconsideratiorem destillandi modum *imbecilliores*; quibus fontana secure substituitur, aut unica quædam, alterave paulo vegetior. *Imbecilliores* tantum dicimus; quia revera è quamplurimis vegetabilibus, rationi sensuque cuidam solitario, (fixiore in talium naturam aestimanti,) ad destillationem penitus ineptis judicatis, elevari (inter illam ignis præsertim intensioris actionem) de Subiecti disgrati particulis aliquid quotidiana observatio monstrat, indeque non solum sedimentum inibi tractu temporis concrescens; verum etiam odor & sapor, aliquis, proprius aut saltem herbaceus, vel alias *anonymus*, una cum qualicunque nativarum quarundam proprietatum manifestatione: ceu passim in permultis inodoris fereque insipidi, acerbis, oleofis, epicerasticis, vulnerariis, &c. cernimus; & hinc vulgaris quoque *Emulsio* (è seminibus fructibusque usitatis parata,) per Alembicum simpliciter destillata, (uti Aulæ nostræ *Aqua Alterantis* titulo pridem usualis est,) non solum odore in atque saporem,

porem emulsionis cujusdam haut injucundum : (cum aliquali vi epicerasticâ, ) præ se fert; verum etiam post mensēs aliquot manifestum rancorem induit, ut amygdalas vel semina frigida majora rancida te gustasse dices. Nec proinde tamen propter efficaciæ, præsentioribus aliis commodiū compensandæ) tantillum, in universum omnes istæ publicis usib[us] protinus erant destinandæ : multo minus adhuc tot manifestatio effœtæ, aut jam olim nullitatis convictæ. Ita cui bono tot æquipollentes, è singulis symbolizantium simplicium, imo floribus sæpè colore tantum inter se differentibus, operosè destillatae? cum unica parabilior aut selectior sufficeret. Cui bono tot *ingratissimæ*, saporisque vel odoris nonnunquam planè nau-seabundi, in Mixturis &c. gratiam & appetitum præter omnem necessitatem, (in eo jucundiorum aquarum aliorumve liquorum polychrestorum proventu) enormiter pervertentes? Cui bono pertædiosissimum *Mariæ Balneum solummodo & præcisè destillatæ*, vel interdum frustra saltem fatigatae, quæ per intensiorem *Vescicæ* [refrigerio suo circa stanneum Alembicum instructæ] actionem, levatis copiosioribus subjecti particulis vegetiores exeunt? Et minutiæ sunt, (quotidiana experientia facile subvertendæ,) dum *refrigerantes*, *ophthalmicæ*, *Consimilesque aquæ*, ab ejuscemodi destillandi modo compendiosissimo excluduntur; aut domestico tantum Simplicis sui latice constantibus, ob aquæ scilicet additionem minus præstantes creduntur. Cui bono *ex herbarum florumve succis*, laboriose prius expressis collectæ? dum nihilo deteriores ex integris istis vegetabilibus habentur, & quamplurima seip[s]is longè debiliores succos fundant, in magmate residuo evidentius, quod suum est, ser-

vantia, s<sup>e</sup>pe plurimum inter contundendum di-  
sperdentia; ceu in Spleniticis, item Odoriferis non-  
nullis, Arteriacis &c. manifestum est. Nec indige-  
mus hic *Liquoribus* magnis olim promissis, at tardē  
satis & exigua quantitate per *Balneum Roris galea-  
tum* conquisitis : essentialia compedentium sim-  
plicium faciliōri extractione vel destillatione quo-  
que comparantes. Et cum parili protractione Li-  
quores (aquei vel ardentes,) etiam per *Vesicæforme  
illud instrumentum*, (*ceu antiquius plane stanneum, seu  
recentius nunc æneum,*) in roris Balneo ab inspissan-  
dis Extractis repetantur, aut e recentibus simplici-  
bus destillentur; nonnulla porrò Extracta inibi tum  
inter (moram istam) hautparum alterentur; è Sub-  
jectis autem ejuscemodi destillationi (*pro residuo  
aliis usibus aptando*) commissis, alia quidem sub-  
tracta volatiliōri parte nil aut perparum de cætero  
retineant internis necessitatibus notabiliter profi-  
cuum, alia vero in residuo potiorem efficaciam re-  
servantes, aquas parvi momenti suppeditent, aut  
alias exiguo precio recentia potius simplicia ad ex-  
tractiones comparentur; cuin denique Spiritus ar-  
dentes hic locorum parvo plerunque veneant, &  
citra quandam impensarum jacturam, compendi-  
factis laboribus divaporari saltem possint, hinc diu-  
non adhibuiimus *Stanneum illud (fundī plani) instru-  
mentum*; in diffusiores Apparatus alias haut incom-  
modum. Amplius autem cui bono *Aqua*, care fa-  
tis at præter realem quandam necessitatem, *cum  
vino destillatæ?* cum longe parabiliōres, & nihilō-  
minus (neglectis tantum minutis aliquot, ) ejus-  
dem roboris & effectus prompte habeantur, (præ-  
fertim in locis à vinetis remotioribus,) adiecta sal-  
tem sexta, octava vel decima Spiritus ardentis par-  
te, *pro assumendi scilicet vini proportione*, Cui bono

tot passim in eodem genere compositæ? Instructiori scilicet sic Pharmacopolio, si aliquot numero *Hystericas*, *Apoplecticas*, *Epilepticas*, *Cordiales &c.* hujus vel illius inventoris ostendere queat; dum vel simplex quædam rite destillata, vel adjectis extempore Tincturis aut essentiis competentibus alterata, plures istarum æquat aut præcellit; vel unica quædam consideratius Composita, similiterque si opus fuerit exaltata, sufficit; imo magno sumptuum, laborum quæsitæque gratiæ compendio, promptius certiusque è simplicibus Odoriferorum & Aromaticorum Aquis, separati prius & vel per accidens quasi. (v.g. inter oleorum destillationem primitus) collectis ac postmodum inter se proportionaliter confusis, pro lubitu, ceu aliud agendo (in permultis generibus) haberi potest. Cui bono adhuc dum tot *inconsideratissime* per *superiorum temporum tenebras* Compositæ, à recentioribus satis traductæ ac correctæ, nihilominus officinis alicubi prætenso manifestatio, (sed ab uno duobusve faltem ingredientibus, inter tot supervacanea proficisci, ) quodam effectu occultiorisve con spirationis valore, hodieque à nonnullis injunctæ? tantum ut consuetudini vel persuasionibus satisfiat, & labores, impensæ, vitra ac premium (per tot fixissima Marina, Mineralia Metallicaque, nuper denuo satis ab aliis traducta additamenta, & tot indifferenter destillatarum excessus,) nequicquam augeantur. Nobis hic ex incondito horum omnium, *tricenarium* sæpe excedente numero, *decem forte aut duodecim* sufficient; & reliquum vel polychresta mineralium nonnullorum Phlegmata subacida, Chymico sub manibus quasi per accidens nascentia, ) item supranotati gratiorum fructuum Succi, Infusa, potulenta domestica, imo nonnunquam Aqua simplex, (etiam non de-

stillata) pro re nata, & Mixturarum, vehiculorum &c. ratione, jucundius aut æque secure supplebunt.

Sic inter *Ardentes vegetabilium Spiritus* (*fermentatios & abstractios*,) cui bono tot *æquivalentes vel symbolizantes?* cum unicus forsitan, acceptior, præsentior aut parabilior instar omnium foret : tot *supervacanei*, respectu certorum, (quibus promiscue vel inconsideratus destinantur,) affectuum, nil minus quam igneos hosce liquores admittentium : tot præter rem *debiliores & specifici perparum* (æque ac si guttulas aliquot olei saltem spiritui vini instillasses,) *præ se ferentes*, seu propter simplicis natram, ejuscemodi operationi non subjectam; seu ob præparantis incuriam, *abstractendo tantum*, (cum intimior nonnullorum per fermentationem reclusio requiratur,) sibi quidpiam hinc conquirere conantis : tot (ex adverso) *justo curiosiores*, (per operosam sæpeque simul in aliquibus dispersoriam) *Fermentationem collecti*; dum ipsum simplex spiritum ardenter quemvis, vel semel inde debiteque abstractum sufficientissime volatilitate sua saturat : aut *negotiosissime eo usque rectificati*, ut gutta hinc decidua inter terram atque vitrum quasi dispareat ; cum bona pars profici adhuc laticis, imo *propriis nonnunquam olei particula* (residuo in Phiola supernatans,) sic subtrahatur ; atque alias Alcolisati hac ratione spiritus, ad internos usus liquore denuo diluente indigeant. Sane supputatione probe facta, contractior apparatus vix ultra tres quatuorve requirit, eosque plerunque saltem à Simplicibus volatilitate potissimum pollutibus,) *Abstractios*; ab Odoratis vero compactioribus potius Fermentatios; qui, obiter notando, eleganter & compendiose tum parantur, *adjecto ad herbas floresve recentes subdupo vel subquadrupto*, ad *Aromatica sicca vero*

ana sacchari vel mellis etiam, cum aliquantillo fecum cerevisiæ recentis, &c. peracta præterpropter intra triduum vel quatriduum fermentatione, sufficientem quantitatem destillando, & supra recentium herbarum &c. aliquod manipulos, si libet, rectificando. Cui vero bono tot Acidii lignorum ac congenerum nostratum & exoticorum ingratissimus? Cum Vulcanus specificas istorum vires oppido alteret, & nobis vel unus è duriori, etiam vernaculo ligno destillatus sufficiat, aut nullus: multominus autem operæ premium inveniamus in horum aliquo, cum Oleo saleque proprio prius (secundum nonnullos) digesto. De Spiritibus volatilibus, seu salis volatilis vegetabilis & animalis liquoribus supra diximus; quodque talium præterpropter tres summatim aut quatuor præsentiores ac parabiliores merito serventur, dimissis reliquis, quæstæ variationis & curiositatis quam specificarum proprietatum plerumque plenioribus.

Ita jure merito quoque delemus hinc è fœcundissima *Volatilium spirituum Mineralium classe*, tot frustraneis tædiosissimisque torturis ægrè tandem, inter faciliores versatorum enchirises expressos; tot incompetenteribus, remorantibus, aut totum nonnunquam pervertentibus additamentis præter rem solicitatos; tot è subjectis guttulas saltē aliquot, (inter æquipollentium exuberantiam,) stellantibus è pumice quasi conquisitos: tot inter se quam proximè (per sulphureofalinæ, vel tartareonitroscæ volatilitatis participationem) convenientes aut penitus, (si minutias quasdam demimus,) æquipollentes, seorsim tamen reposito, vel specialissimè minus versatis commendatos, aut alias excedente hyperbole præter reale meritum protrusos: tot *Metallici nomen* (ob talium qualemcumque additionem, aut florum una levatorum, at inibi ple-

plerumque insolubilium , speciem) præ se ferentes , revera tamen postmodum nil aut parum hinc , si digerendo, abstrahendo, confundendo &c. tentantur , ostendentes. Quemadmodum etiam ex *Acidorum fixiorum* excessivo (per tot processuum variationes , quæ sitaque compendia vel attentatas exaltationes,) numero , libellos passim & inde persuasorum repositoria liberaliter interdum complente , non sine ratione tantisper hoc negligimus primò *Metallicos*, (*vulgo similiter habitos*,) è factitiis Vitriolis communi saltem more destillatos, & pridem ab aliis satis notatos , metallici parum palato vel stomacho sumentium exhibentes : imò *speciosiores quoque complures hujus nominis*, per ambiguas encri ries & diverticula hoc fine conquisitos , in rei tamen veritate , cum ad examen ventum est , & effetus metallicus , qua talis, inde speratur , facilioribus ac saturationibus istorum tineturis vel essentiis longe cedentes : magis autem adhuc , supprimentium , absorbentium aut prevertentium additamentorum *vicio debiliores illos*, (& præter intentionem ac consimilium rationem,) *parum de expeditis salinorum particulis vobentes aut justo parciores, tædiosiores*, (nihilo tamen hinc vulgatioribus præstantiores, ) *vel plane tertio cuidam incompetenti contrariove latici inconsideratiis complicatos spiritus: item* (& ex adverso): ni miis aquosiorum particularum subtractionibus variè per abstractiones usitatas, in gelu, super Calaminarem &c. institutis, (ad internos usus præter omnem necessitatem) *adeo concentratos*, ut sub difficultate hinc dispensatione , sæpe ne vitra quidem ferant , & sumentibus ad minimum suspecti, corrosiviq; (*non nunquam non sine Medici nota*) videantur: aut per supervacaneas rectificationes vel evaporationes *penetrantiori subtiliorique parte passive*, sed ut plurimum nequic-

nequicquam (cum sulphureus Odor, totiens data opera quæsitus, alias sponte ceslet,) *orbatos*: tot insuper *Compositos*, extemporanea usualium mixtura (ceu in Aqua Regia, Spiritu Nitri composito &c. videimus,) facile supplendos : tot in eundem effectum, (si titulum tantum & promissa deimimus, & supervacaneas enchirises, additiones aut præjudicia seponimus,) apertè *residentes*; tot dictu quidem singulariores *secretioresque*, nihilo tamen vulgationibus, (sub accurata saltem methodo morborumque penititatione exhibitis) præstantiores : *Ardelionum* & *Latorantium* (uti semetvocant,) *venales*; raro mangoniorum expertes, vel *probifatis ac sufficientes*; & si quid amplius hujus census est. Delectui nostro è prioribus fortè *tres vel quatuor*, è posterioribus etiam Vulgatores illi è *Vitriolo Nitro Saleque usitati*, (tantum cum judicio, citra diverticula, protelationes & incompetentia additamenta, manibus oculatis ritè parati considerateque dati,) abunde adhucdum satisfaciunt, satisfacientque deinceps, qui buscunque propter operarum aliorumque requisitorum defectum, Ignis Veneris similiumve liquorum, operosissimas Vulcani continuationes requirentium potestas nondum data est. Ut nec pro selectiorum nostrorum comparatione tantopere exiguntur specialiores illi, *per fastigiata* & *sibimet invicem accommodata receptacula surgentes Furni*, aut *retortiformia desuper operculata*, *vasa* adeo pronuper commendata, *Retortæve trirostres*, aut per *infernum tubum folle sollicitandæ*, consimilisve (curiosioribus experimentis, quam simplici huic labori aptior) apparatus : Sanè *directus iste Furnus*, (cum affinibus) plerunque corpulentiores impurioresque spiritus acidos fundit, subtiliores dissipat, aliisque inconvenientiis, (ratione continuandi ignis,

ignis , separandorum florū &c.) subjectus est , ut pro nostra quidem intentione tot impensis erigi vix mereatur. *Vasa operculata*, satis dextre quoque conformata , præterquam quod ferrea difficiliora comparatu nec omnibus materiis apta sint , terrea verò vix ignem repetitò ferant, utraque plurimum de volatilioribus particulis , etiam eliso nobis haud raro circumfluo plumbo , transmittunt , imbecillioresque hinc liquores linquunt. Et qui vulgarem quoque retortam , paulò circumspectius perforatam & circumcirca lutatam , receptaculis proportionaliter, usibusque suis pro colligendis volatilitatibus , ritè adaptaverit , variè tubulatis rostratisque reliquis in tantum haud difficulter carebit : Acidos autem & vulgò hinc tædiosiores spiritus nihilominus per antiquiores quoque modos, (saltem inter viles aliquot enchirises, præcipuè subductam proportionalis ponderis Materiæ situationisque vasorum observationem , vehiculi , ubi deficit , competentis associationem , &c.) sufficienti sibi quantitate per optimū quasi nulloque penè negotio parabit aut reparabit : Præsertim cum oculatioribus nunc Practicis ea hodie copia in medicationes amplius non absumentur , ac superioribus quidem lustris vel adhuc dum nonnullibi inconsideratius factum est, *limitato talium effectu tandem in abusum indifferenter converso, indeque haud uno Hypochondriacis, Pulmoniacis, Hystericis, Arthriticis, &c. conciliato per istiusmodi acores malo.*

Sed in recensione nostra pergamus : meritoque hinc similiter expungimus *Liquores* illos mixtos , ad internos externosque usus confusis aquis , sacris , solutionibus , pulveribusque constantes ; magnam partem inconsultiùs compositos , & si genuinis artis legibus quidam in certos effectus respondeant , com-

mo-

modius, (citra vitrorum multiplicationem, aut facilem nonnullorum corruptelam,) ex tempore certiorique proportione, per debitam competentium mixturam conquirendos ac dispensandos.

*Lixivia medicata*, eorumque causâ servati scorsim **Cineres**, huc etiam non pertinent: cum matres familias quoque, è polychrestis nonnullis euporistis, (tot supervacanea & huic fini ineptiora ingredientia meritò omittentes,) domi talia passim parent; aut solutis ejus generis (in proportionali quantitate) salibus nunquam non habeantur: ceu alias quidam Alcalia elixiviata non sicca penitus, sed liquida potius consistentia, post debitam evaporationem servant; siquidem in residuo acriorique liquore, qui post istorum coagulum aut qualemunque crystallisationem, ut plurimum tandem effunditur, peculiare quid sperandum foret. *Deliquia fixorum salium sub astris & diu uido querere*, ferè sublimius, in Cella verò (ni lentissima coagulorum quasi Vitriolicorum quorundam resolutio requiratur,) equidem innoxium, attamen profecto supervacaneum est; Alcali quovis quandocunque libet, in exigua calidæ frigidæve proportione solubili.

Cui bono tot in universum *Olea destillata*? Cum pauci nostratium hypochondriacorum affectus hujuscemodi sulphurea, ceu diligentiores proculdubio observabunt, ferant, aut inde (citra alia incommoda, in isto remediorum, naturæ particularum morbificarum magis respondentium proventu,) tantopere leventur. Cui bono tot *invicem intimè convenientia?* quorum unicum præsentius aut parabilius sufficeret: tot rædiofissimè satisque sumptuosè per guttas q.s. collecta? dum æquipollens drachmas vel uncias largitur: tot natura sua *ingratiora*, vel

vel (per nimiam quodlibet è quolibet conquirentium curiositatem) *empyreumate præter rem aggravata* aliisve, sæpen numero parum quadrantibus accessoriis, (quo tandem oleum è corpore nil minus interdum quam tale quid stillante, vel ingratii habetur & prostet,) scienter combinata & multiplicata? dum jucundiora, paratu faciliora genuinaque æquivalentia præsto sunt. Ecce ingenuum *salis spiritum pro paulo majori aromaticorum resinosorumque* (nihilo de cætero hinc, secus ac quidam prodiderunt, deteriorum) *Oleorum copia obtinenda disperdamus?* cum superpondium vix ac ne vix quidem labores compenset; spiritus ipse (largiter sanè simplicibus ad empyreuma impediendum superfundendus,) ægerrimè ad eandem gratiam vel puritatem, (etiam quæsitis per prunas compendiis,) redat; & una magna Aromaticarum aquarum quantitas frustra sic pessum eat. Cum Aceto acerrimo Aluminisve crudi diluto, (si quis forsitan eandem destillationem minoribus impensis tentare voluerit,) non procedit. Ita porro supervacua sunt pleraque omnia *Olea composita* (ni majoris fortè copiæ causa, quispiam simplicia intimè concordantia receperit,) & inanes istæ *Balsamorum destillatorum variationes*, inconsiderata ingredientium consarcinatione, proportione parandique ratione plerunque insuper contaminatæ; dum simplex aliquod selectius idem ut plurimum præstat, aut si quidem composito præcisè opus est, extemporanea proportionalique competentium mixtura consultius, compendiosius certiusque confit. Supervacua est plerorumque destillatorum *Rectificatio*; cum *Graveolentium* quidem prior subtiliorque pars, (quibusdam ob salis volatilis combinationem aliisve de causis) plerunque æque graveolens inde prodeat,

five per Vesicam, five per Retortam super Cineres, Colcothar, Sal commune &c. vel cum ipso salis spiritu, qui tamen frustra sic disperit seu pervertitur & sæpen numero inter ebulliendum olei fibimet supernatantis particulam haut exiguum per retortæ rostrum propellit, rectificatumque sic denuo inficit,) res tentetur : *Crassorum* vero (hinc requisita) *clarificatio*, nonnullorum temperatam lenientemque vim præter rem exasperet, & in compluribus, facili quadam enchirisi, sub prima quoque destillatione obtineri, si volupe fuerit, queat? ceu alibi *cera, pinguedinibus, butyro, sapone &c.* notavimus, quod si horum v. g. libra una vel una semis retortæ indatur, hujusque venter penitus usque ad collum cineribus desuper repleatur, subtilissimum per arenam prima statim vice transeat Oleum, &c.

*Balsarum externorum ista series & variatio*, uti exactiorem praxin nil juvat, ita nec selectus nostri partem constituit. Sufficiet vel unicum compositum; cuius scilicet preciosiora ingredientia, *Moschus* vel *Ambra*, (ob disperditionem adhærentium particularum,) haud adeo admittunt mixturam extemporaneam, quæ in reliquis, siquidem expertenti necessaria fuerint, non est difficilis. *Colorem* unde unde petitum oculos tantum pascere alias constat: nec *Extracti Salisque proprii tantillum* nonnulli adjectum efficaciam qualitercunque exhibitorum tantopere intendit. Cui vero bono *Nucifæ oleum prius extrahitur?* cum nec per se ingratum spiret, nec oleorum aliorumque odoramentorum fragrantiam obscuret. *Saponiformes aliquorum (ex oleo, sale spirituque invicem digestis)* massæ superioris quoque seculi inventiones, nec inter parabiliora succedanea nobis hic ullatenus necessaria sunt.

Atque ut in *reliquorum Topicorum* recensione lustrum

strum nostrum tandem finiamus : dām ex *Oleorum officinalium* diffusissima serie oppido, & quidem numero paucissima sufficiunt, quæ natura ex oleo-sioribus subiectis sponte quasi fundit ; quæquc (si per se adhibita id, quod ex hujus generis remedii destinatione sperari potest non attingunt,) competentium & inibi solubilium subiectorum infusione vel decoctione, aut oleorum destillatione aliquali instillatione postmodum haud difficulter exaltantur : cui bono tantus reliquorum numerus, tot æquipollentibus, tot, ob vegetabilium (sulphurei parum, aut violentiori Vulcano reservatum possidentium) naturam, parum inde medicaris, & expresso quovis vix efficacioribus, tot ipsi affectuum conditioni manifesto repugnantibus, tot, aliis euporistis non pinguibus aperte cedentibus constans ? *Digestiva* sane, *sarcotica*, *glutinantia*, exceptis, cautelisque suis nihilominus subiectis *Balsamicis*, *resinoſis*, *Mellitis* vel etiam *Mineralium* aliquo convenienter alteratis,) item *proprie detergentia*, *adstringentia*, (sylvis tamen remediorum dispensatoriisque nonnullis inferta,) ipsa sanioris methodi lex vetat, & experientia, (si traditionibus magis, quam præsentiorum tutiorumque acervo fidat,) postmodum rejicit ; Vulgatis *emollientibus* & *anodynis* olivum saepe solum paria facit, expressa quædam alia pallam præripiunt; præter domesticas pinguedines, cataplasmata aliosque dolori sedando vel tumoribus emolliendis aptiores modos. *Infrigidantia*, sic dicta, quot affectus tolerant, aut siquidem ex usu esse videantur, quotus ē vulgo tum sibi non parabit? versatori interim seu medico seu chirurgo reliquum, indirecte agentibus (*liquoribus* *sale* *volatili prægnantioribus*, *pulveribus* *farinaceis*, &c.) securius expediente. *Resolventia*, *discutientia* *carminativa*-que

que longe efficaciora, & ejusmodi liquaminibus acceptiora, eodem fere precio, compendiosè, citra tantam olivi in singula profusionem habentur per paulo ante notatam oleorum destillatorum instillationem. Et quis temere nunc *Alexipharmacis compositis externis*, utut admodum deprædicatis insolidum confidat? aut exoticis plantis vel etiam infestis, ni vili prostent, vernacula nostra non substituat? Tota horum tantum non omnium Topicorum *in cucurbitis &c. confectio* penè videtur curiosior; cum plurima, pro olivi calefacta more gratiam sic quoque perdant, aut faciliori additamento eam consequantur, certè matrum familias simplissimas præparationes haud adeò superent.

*Unguenta* licet ob consistentiæ modum de competentibus additamentis euidem plus quam olea ferant, adeoque scopo corpulentius remedium exigenti magis sic inserviant; cui bono tamen tantus eorum numerus? cum è *tot emollientibus, anodynis &c.* vel unicum, aut simplex nonnunquam pinguedo (solitaria aut domi frigendo per convenientes herbas alterata) sufficiat; & pariter unum forte *refrigerans & siccans minerale*. *Sarcotica & glutinantia* pleraque vulgaria (nec balsamica,) sanior nunc chirurgia rejicit; quemadmodum & *detergentia pinguisia*. *Discutientia nervinaque vulgatis oleis spiritibusque* ut plurimum cedunt, præterquam quod à sensibiliter resolventibus, *vesicatoriis, fonticulis, ptyalismo, &c.* in permultis affectibus evidenter superentur; quinimo mala quædam (generosioribus internis solis longe felicius cedentia) sæpenumero exasperent, contracturas, flacciditates, exulcerationes &c. concitent. Reliquorum loco vel *unicum quoddam polychrestum*, & additamentorum debitorum quasi basis esse poterit. Plurima ex tempore

com-

commodius miscentur ; multa nil minus quam ejusmodi consistentia aut formam admittunt; plura adhuc inconsideratissime sunt composita ; nec operosiorē correctionē , multò minus (cum aliis omnibus,) adeo curiosam recentiorem præparationē merentur. *Oculis præ Unguinum ea strue,* alterius generis Topica convenientiora , nonnunquam insuper securiora ; *Potablia muliercularum & fere circumforaneorum sunt , &c.* quæ in speciali recensione commodius notabimus.

*Emplastrā tandem & Cerotasi* hinc inde pensitamus , vix ultra sex forsitan in chirurgicos aliosque usus in rei veritate requiruntur , è revera intimius miscilibus legitime composita. Cui bono enim vulgatissimæ (satisque hactenus taxatæ) innocentium ingredientium perversiones , ustulationes , superficiariæ inviscationes , massæ (per præscriben- tium excessus) gypseæ vel unguentariæ potius , huc trahantur ? Cui bono tot æquivalentia si minutias saltem aliquot , traditiones titulosve deminus , (seu compositionis, seu effectus respectu) *intime convenientia?* tot , præter omnem necessitatem (emplastro aliud emplastrum, unguentum, gummi, pulvrem &c. superaddendo,) in officinarum aut quotidianos usus , *innovata vel multiplicata?* tot *operculi magis* , quam sufficientis remedii locum (ceu vulgus quoque citra hujuscemodi emplastrationes si bimet diversimode succurrere novit,) complentia ? tot *exoleta hodie* vel modernorum euporistis longe posteriora : tot *digestiva , maturantia , &c.* unico saltem selectiori repræsentanda , vel vilissimo cuidam pulvi aut cataplasmati cedentia : tot *particularia pro Interaneorum robore* , citra penetrantiorum accessum , aut realem convenientiam , sæpenumero pro forma tantum , & citra memorabile quod-dam

dam commodum, multo tamen cum tædio gestata, secundum Practicorum traditiones tantum (*ad uncias interdum aliquot dum drachma sufficiunt*) præscripta, grumescentia, semet corrugantia; litu competenti spirituosive liquoribus nullatenus conferenda &c.

Atque hæc in genere quasi, *de usitatoribus servariisque consuetis officinarum Formulis. Extemporaneas reliquas Emulsiones, Fomenta, Cataplasmata, Clystères, &c.* è præcedentium consideratione quivis haut difficulter judicabit, & nos quævis suo loco similiter expendemus.

Convertamur itaque nunc ad *specialissimum singulorum Simplicium & compositorum*, officinis aut olim imperatorum aut haçtenus ulterius, majoris complementi vel correßionis caufsa, diversi formiter oblatorum censum; ea tamen, (quoad ejus fieri per instituti nostri rationem poterit,) moderatione, ut *minus etiam contractiori medicationum generi hodiernum adsueti* habent inde, quod variis affectuum diversitatibus & circumstantiis oppido sufficiat; nec rigidiore forsan queri possint, nos rem pharmaceuticam pervertisse potius quam accidisse, vel Empiricis curationibus, per aliquot polychrestorum abusum fores aperuiile, vel tandem incipientes, minus versatos, nimis vero credulos *ad Universalia præcipitia temere sic deduxisse.*

Sane, quo multorum hoc diverticulum aut offendentes lapidem statim ab initio removeamus, equidem credimus dari posse *Arcanum aliquod, insigne totius corroborativum vel mundificativum, complurium morborum solamen*: nec vires tot Secretis, quasi Alchæstiniſ, maturis ac immatuis Elec̄tris, Panaceis, Azoth, Phalagiis, Arboribus vitæ, Mercuriis philosophorum, quintessentiis Veneris, Auro potabili

tabili &c. modeste assignatas simpliciter hic & præcipitanter elevamus ; si talia rite præparata & circumspete, suo quodvis in genere data fuerint. Dum autem prius quidem ultra modum extenditur, & plane Catholicum, (inter tot tamen præmatura magnatum, per haut ignota hypochondriorum, renum, pectoris, artuum &c. vitia abreptorum funera,) dicitur an fingitur ? reliquis vero similiter nimium plerumque tribuitur, præsertim ab alterius Professionis hominibus, in arrepto quodam generosiori ac polychreste remedio præcipitanter exultantibus, vel existimationis alicujus culmen nummorumve potius aucupium inibi constituentibus ; dum image porro proficua ex his, ut plurimum data opera obscurantur, vel cum *Eliæ artistæ* adventu demum expectantur ; dum ulterior talium Inquisitio tyroni tædiosa & præter rem sumptuosa est ; alia vero partim nihilo magis Catholica sunt, quam Ptisana, omnibus olim morbis indifferenter apta ; & si persuasiones hyperbolique demas, haut adeo notabiliter vel directe juvant ; partim ad summum, commendatissimum quodque (detracta saltem per curiosiorem inquisitionem singularitatis larva,) instar nudi tantum Diaphoretici, Aperientis aut Figentis agit, cui paria sæpe in domesticoram vulgatorumque serie, nullo negotio (saltem sub circumspeta methodo) invenias : proinde tantum abest, ut eam, per hujuscemodi quasi Catholica ad morborum interitus graffandi viam cuiquam hic commendemus, certè paulo licentiosius tandem ingredientes manifesto deserentem, aut in præcipitia ducentem; ut potius hoc ipso Euporistorum per varias classes selectu ostendere voluerimus Alia aliis, (quo securius & cum ipsa natura incedamus,) omnino deberi : sique *istius Census quidpiam aliquis adeptus*

adeptus foret , nihilominus illud ipsum tum consideratissima exhibitione , tum quam plurimis etiam *Intercalaribus & Intersceniis* , reliquis totius Co- moediæ aëlibus & circumstantiis (quo istius generis Arcana profecto pertingere nequeunt,) rite satisfa- cientibus indigere.

Et quo *specialius nonnulla* secundum aliqualem experientiam nostram consideremus : Quod ad normam & præscriptum *Unicornu Mineralis* (toties anagrammatice hieroglyphiceque descripti,) olim paraveramus , egregium profecto & efficax erat præsertim in primæ ac secundæ coctionis , easque proxime sectantibus vitiis remedium ; (nam ulte- riū & ad *Testamenti Hadrianei* executionem pro- gredi nunquam auli fuimus : ) cum autem superio- ribus annis nos tandem destitueret, (vix aut ægerri- me nunc , ob tædiosissimos parandi labores repe- tendum;) & ad antiquum hinc rediremus, in confi- derata parabiliorum Vitriolatorum , Martialium , Corallinorum , Opiatorum &c. exhibitione denuo nihilo nos infeliores , ceu antea quoque observa- vimus. Qui autem hoc in genere *Arcanum Vitrioli* , tanquam pro compendiosiori supplemento parare voluerit,& ad literam tantum procedendo *commune saltē Vitrioli Sal & Oleum condensati*us invicem combinare tentabit , loco profici nec ingrati me- dicaminis profecto horribile secretum (præmoni- tus) nanciscetur.

De *Alcahestino liuore* medicos etiam in usus haut uni saltē conimendato, paulo ante diximus; meritoque donec ipsa *Clavis* aptius manifestetur , producta ejus , variaque circumcirca (per spiritum Mercurii , Veneris , Roris &c.) Tentamina tantis- per præterimus.

*Mercurius* post præviam (communem , aut super  
C 2 inper-

imperfe*c*tiora metalla tædiosius institutam) *purificationem, solitarie, veletiam cum Solis Antimoniuve parte, inter lentam continuamque digestionem* (securius & consultius, quam per spirituum nitroforum abstractiones) *Præcipitatus seu qualitercunque fixatus*, (sive sublimi transmutatorum nomine *Azoth*, sive modestiori titulo nominetur,) bonum est remedium diaphoreticum, (nam apage adhuc empiricorum quorundam *Vomitorium*,) resolvens, mundicans; nec tamen protinus universale, vel bene ponderatæ considerationis (si aliquanto plus exhibiti incommoda declinare velis,) expers: fane permultos affectus (experientia quotidiana teste,) re attingit quidem; multos empiricus datus perversit: de cætero nimium quantum à vero recentioris *Mercurio Diaphoretico seu Auro Horizontali* differt.

*Panaceæ* (ut *Famosum sub seculi initium* è Mercurii minera aliōve coagulo, Argento rubro rudi, alterve conquisitam prætereamus,) quot haētenus saltem propositæ, fictæ, & per Emissarios quoque vicatim hinc inde venundatæ sunt? Saniores & commendatores si paulo penitus perquirimus, nihilominus ut plurimum nil nisi *Mercuriale vel Antimoniale* quidpiam, (alias nec ignotum nec singulare) continent, eoque ipso profapiam istorum bene noscentibus, quousque pertingere possint, monstrant. Speciosa illa, quæ etiam *Mercurii fixati titulo* in Pharmacopœis reperitur, & ex *Argento vivo, sulphure ac sale ammoniaco aliquoties sublimatis, &c. confit*, Cinnabarinæ naturæ est, atque adeo effectus (in nervorum affectibus alias non contemnendus,) nativa vel antimoniali *Cinnabari* facile suppletur. Quæ nuper varie describebatur, è *minerali* (primi entis *Auri*, ut ajebant, saturatissimo) diversimode parata, Sulphur aliquod *Antimoniale*,

al-

alcali tartar eo vel nitroso, spiritibusve salsis volatilibus sociatum, atque hinc (pro talium more,) sub largiori dosi, Emeticum quoque erat; alias mundificans haud rejiculum æque ac alia sunt puriora mitificata hujus mineralis Sulphura, Tincturæ selectiores Regulique, cum Metallicis etiam fixati, &c. circumspecte solum exhibita: non tamen hinc protinus pro Catholicis venditanda, vel per omnes à capite ad calcem affectus hyperbolice ducenda videntur. Ita quoque haut ita pridem *Panaceam Solarem in pilulari forma* accepimus, manifeste opiatam & tantillo forsan Cinnabaris nativæ vel Mercurii per se fixati Antimonialisve sulphuris (quæ exigua plane quantitas discernere non permittebat,) sociatam; effectu cum *Regiis Pharmacopœjæ regiæ Pilulis* suo modo coincidentem.

*Circa Rorem, pluviasque Martias aut cum tonitru delapsas, circa sal Terræ profundioris, aut Cœmeteriorum, & circa ipsius Aeris collectanea, specioso Aviculae hermeti æ titulo allecti totque recentiorum contestationibus persuasi, forsan haut adeo pauca tentavimus. Et sane Roris pluviarumque illarum pars spirituosa, per notorium destillandi modum minoribus primo guttis prodiens, tenerioribus subiectis non adeo incommodum attemperans præstat; (ceu perfunditorie tinctam superioribus annis pro Auro potabili venditam alicubi scimus, & adhuc dum ad Extractiones inde, uti putant, secretiores ab aliquibus adhibetur.) Putrefacti (in doliolis pro more) hujus generis latices, aliquando striati Spiritus vestigia (sed ut plurimum cum ingratiiori sulphureo odore) ostenderunt: (ut nupera fluvialium Aquarum concepta; inter navigationes Americanas spirituositas, & Acetum cujusdam ex Rhodano credi quadantenus possit.) Residuum post Exhalationes Magma*

verno tempore sponte fermentare, ac plus vice simplici oras vitri tum supergredi cœpit. *Sulphurea* (inde nonnunquam secedens) substantia Argentum extus adoritur stabili auriformique tintura. *Sal* ibidem plerumque cubicum subamaricans, rarius striolis quasi nitrofis concretum, bonum est aperiens, detergens, & viscerum hinc inferioris ventris (in fano sensu,) roborans, &c. Totum tamen hoc Chronicos nobis (fortassis infelicioribus,) neutrum restituit, vix aliquos incertis circumstantiis specialiter lœvavit, aut in acutis præsttit, quod certius è parabilioribus experimentis non habeatur. Nec amplius quidpiam in *Terræ quasi Virginea salina substantia*, (quendam sublimius quidpiam haut impræmeditato inibi quærentem, incassum superioribus lustris occupante,) uti nec in decantatissimo illo *Terræ Sumine*, seu exigua illa Oleositate, in Medicina quidam, (quo per nos integræ sit aliorum aurifera instillatio,) hactenus invenimus. Et licet *sub Dio quoque* in competentibus nonnullis Magneticis (ceu vocant) Subjectis, præsertim per calcinationes aliosve modos prius debite dispositis, quidpiam concreverit, aut potius in nonnullis (dum copiam cum exiguo temporis spatio, aliisque in concluso similiter contingentibus conferimus) excreverit, & è quibusdam, interno usui aptioribus elutriatum, aliave ratione sub *Salis amaricantis nitriformis specie* sequestratum, medicis intentionibus diversimode adaptatum fuerit; nihilominus nec inde quidem majora operæ pretia hodieque facere potuimus: ut ejuscemodi *Mercuriorum & Phalajorum* promissa tantum non catholica cogitantibus; facetus quispiam pro Phalaja forsan haut immerito Eulalala dixisse videatur. Fallimur autem an hoc quoque referri posset *Talciformis cujusdam Panacea?*

Ut

Ut & Perlata pro Hypochondriacis Materia ; si forte præter Præparata ( eluentibus aut spiritus salinos superfundentibus haut obscura, ) & præter Mineralis regulini quidpiam (in crucibulo restitans,) rorido quodam, quovis etiam modo ( ceu Parallelæ nonnullibi suadere videntur,) saturetur.

*Electrum minerale immaturum* ( Cui Glauram & Metallum masculum aliqui synonyma facere voluerunt, ) si conjecturaliter rariorem illam Lunarem mineralam, sub Argenti rudis rubri titulo metallurgis propositam connotat, ut *Lili vel consimile quoddam secretum inde ad vitam seu longam seu sanam certo habeatur*, proculdubio feliciorem hodieque cum menstruo manum, & ulteriorem (inter ea qualiumque Possessorum fata,) experientiam exigit : in qua deinceps pariter, recentiorum nunc ductu, (post simpliciorem olim nec rejiculam tunc adhibitio- nem) exercebimus ; haut tamen ignorantes, quod superioribus lustris cum non infimæ sortis quidam *secretissimum illud* haut perfunctorie inibi quæsivissent, concepta spes tandem decollarit. Sin autem parili sub conjectura quispiam *Mercurii splen-dentem saturateque tintam Mineram* intelligeret, asleverare possumus, eam simpliciter elutriando solum præparata in, nilque amplius passam, effectu (qui tamen similiter uti polychrestus equidem, ita saltem particularis est,) longe præcessisse tum Sulphur ejus solitarium, per Alcalia (licet ægerrime via humida siccave) citra destructionem extra-ctum, tum ipsam Panaceam cinnabarinam, sub *Præcipitati Daphoretici* nomine Pharmacopœis propositam, & per (in speciem) sejuncta iterumque combinata principia, secundum præscripti proces-sus imitationem aliquando confectam. Quod vero vicina nobis quædam *Vitrioli Minera* (ligno fossili

sulphureo intermixta,) pro Tincturæ cujusdam (procul dubio clisisformiter paratæ) commendatione, hoc titulo empiricorum nonnemini propontitur, id quidem forte parum est Paracelsicum.

Ipsum *Aurum potabile consimiliaque Solaria*, secreteori quoque & amiori menstruo catholicos in usus constructa, quantum haclenus in gravioribus, inveteratis malignisve morbis præ aliis singulariter præstiterint, quotidiana loquitur observatio, & nemini non paulo circa hæc curiosorum constat: nec asserere veremur experientia sat confirmati, quod omne juvamen atque solatum, è *Solaribus* (ob nominis splendorem & precium) varie quæsิตum, largiter & cum superpondio in longe parabilioribus *Martialibus*, *Antimonialibus*, *Cinnabarinis*, *Corallinis*, *Cervinis*, *Tartareis*, aliisque vegetabilibus *Analepticis*, *Alexipharmacis* & *Opiatis*, (quodvis horum considerate saltem exhibendo) inveniatur; nihilque aliud hinc habemus amplius, quam ut habitiorum reconvalescentia, dimissis securioribus tot seculorum experimentis, magis tantum sit dubia, carior semper; ut istius in superiori Germania, cuius febris continua lapide Bezoar pro 60. florenis hausto curabatur, quæ totidem nummis alibi pellitur. Non elevamus hic simpliciter Auratorum efficaciam, qui hujuscemodi liquores, (cum *Spiritu Microcosmico*, *Salis Tartari*, *Roris*, *Mannæ Crystallisatæ*, *minerarumque Saturni*, experiundi caussa successive confectos,) item *Solares* cum *Mercurio vel Antimonio*, aut utroque satis fixatos pulveres, varie nec incasum tentavimus; (sæpe tamen Menstrui bonitate, vel accessorii Mercurii vel Antimonii energia magis favente, quam Auri accidentis aut adhærentis tantillo.) Tantum, si vel maxime solius Auri tantopere reclusi iste foret effe-

effectus, assignatam tamen Catholicam potentiam  
hic removemus; ostentatoriosque abusus reliquos,  
per suppositam necessitatem ac præcellentiam in-  
troduc̄tos, (dum nihilominus idem securiusque  
par parabiliora passim præstatur,) notamus: si for-  
te hæc quoque Auri sacra fames fisti queat. Reliqua  
suo capite diffusius expendemus.

Circa secretum *Veneris ignem*, (*a protractionis de-  
stillationis cohobitique Spiritu Vitrioli longe differente*,) quænam hodieque non supereſt obscuritas? Autor  
qui *lapidi Buttleriano Driffuum* substituit, pauperi-  
bus quoque communicabile, nec tantum arcanum eſſe  
innuit. Recentior autem, qui obscuritati horum Lu-  
men accendere instituit, æque difficilem nec vulgi  
crumenis occupatiorumque Practicorum tempo-  
ribus parem procedendi modum profert. Tentavimus aliquando circa *Driff*, (secundum quales-  
cunque conjecturas) nonnulla cum Ammoniacalibus &c. ac mediocre quidem aliquid, nil tamen  
absoluti, sive lingeretur tantum, sive penitus deglu-  
tiretur, inde habuimus. Quod autem *posteriorem Ignis venerei explicationem* attinet: quainvis *Spi-  
ritum è sale Martii* (uti nominatur,) *purgante*, (*è ca-  
pite mortuo florum salis armoniaci Martialium  
extracto*) paratum, Vitriolum *Veneris adstringen-  
tissimum* dare pridem per alia experimenta probe  
sciremus; tentare tamen circa Hæmatitem quo-  
que quidpiam statim tunc complacuit; at (uti  
profecto aliter fieri nequibat,) *Spiritum hinc à præ-  
dicto parum aut nil differentem, de cætero Spiritui  
Salis communi plane geminum, (loco duplati satu-  
ratique illius;) & Vitriolum inde, dulcore suo scili-  
cket, fere fauces intercludens naeti sumus, & nil  
amplius; licet processus rationem haut perfunctorie  
sestaremur: donec tædio ducti spem cum liquo-*

re abjiceremus, felicioribus inventionem reliquentes.

Et si fors fortuna nobis (ut aliis alicubi,) *Transmutatorum* sisteret, (ceu *Lapidem illum* particularibus haut paucis convicti facile credimus, & particularum Plumbi vel Mercurii aliam hinc solari busque similem dispositionem, complicationem aut figuraionem, coloris, liquabilitatis, ductilitatis, &c confessariorum autorum facilius adhuc concipiunus;) obnixe eum rogaremus, ut etiam in morbis hactenus revera incurabilibus edito specimine, (magno inde decumbentium, præcipue integrarum familiarum hinc tantum non exhaustarum solatio,) publice convinceret non solum de Catholica cunctorum affectuum medicina tantisper dubitantes, verum etiam moderatores eos, qui Metallis falso non verò homini datum esse in medelam hoc, (quicquid est,) naturæ superlativum genus, apertè fassi sunt.

Tamdiu proinde sepositis aut in pretio suo, quod singula in rei veritate mereri possunt, impræsentiarum reliquias *Catholicis illis*, donec alia quidem manifestius explicitur, alia verò liberalioribus (quam credi nonnunquam queunt,) promissis, inter simpliciorum aut terrestriorum Animalium, (mortem peccati salaryum, Morbos autem mortis lictores sic elusurarum) expectationes plusquam *Chinenses*, semet exolvant; institutum nostrum & *Particularium* tantummodo potiorum & præsentiorum euphoriorum simpliciorumque selectum persequamur: præsertim cum his ipsis sublimiora quoque Arca na, si cui tale quid contigit aut contingere, omnino circumscribi, & probe, pro variis affectuum requisitis ac circumstantiis modificari, (siquidem operæ pretia citra empiricas extensiones facere voluerimus.)

rimus) debeant : & quo Tyronibus denuo hinc quoque constet, etiam *Vulgatioribus*, *citra Secretorum missationes singulariumque Venaturas, & que ac citra Dispensatoriarum superabundantias Morbos parili felicitate curari; Simplicibusque (tanquam nūl passis aut disperdentibus, ) vel simplicioribus saltem, certiores ut plurimum esse effectus, præ commendatissimis sœpe Compositis, ac Decompositis, plerumque per Basis accessoria Mole tantum & Precio, (pro forma solum & citra necessitatem quandam) excrescentibus. Versatus (& ceu ab initio quoque notavimus, non nominis saltem adscriptiique effectus, verum etiam saporis, ponderis, molis, odoris, coloris aliarumque sui Simplicis conditionum satis gnarus) Practicus, siquidem simpliciora quo vult, omnino non pertingunt, Compositum aliquod (sed utinam simplicissimæ naturæ semper conformius,) alias haut difficulter attexit : & nos talia hinc inde, ubi ex usu visum fuerit, insereimus. Quæ vero circapotitorum usualium Præparationes nuper aut jampridem Solertiores Viri eleganter monuerunt, operose non repetemus: cum Libelli sint in omnium ferè manibus ; & ista hic quasi præsupponantur. Ita nec Selectus nostri ratione in diffusis ambagibus deducimus: quandoquidem caussas rite perpendentibus, & communij observationi conferentibus, etiam verbum satis est, nec nostra conditio excrescens fert volumen. De cætero ceu supra condiximus, de commodioribus Substitutis, de Territoriorum differentiis & ortis inde necessitatibus, de prioratu Inventionis, (cum fortuna multa prius aut multis simul ostenderit, ) &c. cum nemine nunc aut unquam postmodum litigabimus : sit sua cuique per nos liberrima applicatio, uti nobis liber hic census.*

Atque quo singulas Materiæ Medicæ classes per tria illa notoria Regna distinctius tandem ordine que quodam perlustremus, primus cedat *Purgantibus locus*; adeo quidem per nullius non liberalitatem aut observantiā antiquis novellisque refertus, ut dubium pene reddat census nostri initium. Nam qui (exutis tantum præjudiciis quibusdam, in *Vegetabil primo Regno*.complurium manifestarium Languorem, aut ex adverso supervacanciam Violentiam, multorum insuper è novo orbe vel musæo, item tot interpolatorum, aut vix grano vel grani parte inter se differentium vanitatem, & appensarum deprædicationum frustrationes perfunditorie saltem advertit; qui corrigentium, Dirigentium, aliorumque superioris seculi accessorum hic (momentum plerumque potius quam effectum intendentium) excessivas amplificationes, variationesque frustraneas; qui consimilium Curialium, (ab ipsis tamen eorum Autoribus passive neglectorum) extensiones nimias, vel è sola simplicissimaque (tum circumspecta) crudorum aut mediocriter foliūmodo Depuratorum vel coercitorum exhibitione didicit; qui aliqualem quidem in nonnullis Diversitatem circa vitiosorum humorum colliquandi modum, colliquatoru inque colore, acreditionem, ac consistentiam, at adeo specificam singulorum ad certos humores determinationem nec dum (cum paulo curiosioribus) observavit: quique idem sœpe simplex diversis humoribus per Alcalium, Tartareorum, Vitriolatorum, Nitroforum similiūmque detergentium aut stimulantium additio nem accommodare, tot insuper Composita, (diffuse prodigeque reposita,) extemporaneis mixturis & imitamentis, (evidenti compendio parlique successu,) æquare vel superare novit: qui porro *Mi-*

*nerarium* (ab una quidem parte) rite præparatorum & exhibitorum nonnullorum insignem præstantium & securitatem ; ab altera vero nimiam nihilo minus talium multiplicationem , aut penitus alienorum , suspectorum, præter rem vehementiorum aut ( ob enchirisis aliorumque requisitorum variabilitatem) infidorum numerositatem & exorbitantias perpendit : qui denique paulo attentius in propria vel aliorum Praxi advertit , quantopere non quidem in omnibus,(uti solitariorum laxativorum & Saponariorum commendatores hactenus voluerint,) sed tantum in compluribus Affectibus , multo securius faciliusque solis Aperitivis, Diureticis , Diaphoreticis , Anodynis aliisve Specificis , (vel empiricorum exemplo) cedentibus , Ægroti Purgantibus diversimode vexentur , detineantur , imo magis adhuc interdum lœdantur , saltem ob consueti medicandi moris ac ordinis observantiam : Is oppido nobiscum haud difficulter fatebitur , maximam Catharticæ phalangis partem , & longe plura , quam hactenus factum est , esse delenda ; forsitan etiam in hoc ipso nostro selectu ; dum seorsim sentientium aut de' commodioribus substitutis cogitantium causa , vel pro forma quædam hic retinuimus .

## PURGANTIA.

**S**It itaque primo , (donec post famosam superioreum annorum *Mechoacannam* & guttam *Cambodiam* sequori seculo convenientius forsitan offeratur,) polythrilleton nunc *Jalapum*; à quorundam nuper *Matulista* sane nondum expunctum : acre satis , ceu tractantes varie , in errhinis quoque experiuntur : Hypochondriacis tamen nostris

ut plurimum haud inconveniens ; nec mole nec sapore adeo adversum : dignum de cætero, quod plurimis incommodioribus ingratiōribusque catharticis pridem substituissemus. Inde *Pulvis* in suo genere polychrestus, & diversimode per competētia additamenta applicabilis : ceu alias notum est, & fusiūs hoc infra persequemur. Nec *Magisterium* (quamvis æquivalentium respectu paulo sumptuosius,) vel eorum causa, quæ ob *exoterica quædam Scammoniatum aversantur*, hinc penitus excludemus, si modo decenter dilatatum delicatiōribus forte detur. *Mucaginosum autem Extractum*, (resinæ quasi parergon) languidum est ; uti & ipsius *radicis infusum in Cerevisia Vinisque* ; nî fortissima fuerint aut mediocribus Alcali aliquod in paulo majori pondere adjiciatur : ceu alii quoque pridem, sed usque dum incassum ferre monuerunt.

Sit porro *Aloë*, inter sui generis amaricantia peculiarem stimulum huc conferens : extra abusus, (aliis sufficienter notatos,) & quod in dispositis nimia continuatiōne hæmorrhoides tandem, (quicquid etiam *prætentæ correctiones* promittant,) haut raro concitet, de cætero innocens : *Socoterina* vel etiam *Epatica selectior*, à quisquiliis & Resinositate sua, præcipuo tenesimi illius hæmorrhoidalis auctore,) *Aqua solum simplici*, (quid enim è destillatis, vel Sero aut Aceto, imo ipso quoque Rore hic expectemus?) simplicissime (infundendo vel coquendo,) sed tamen sollicite lequestrata, & in Vaporoso Balneo denuo ad pilularem consistentiam exhala ta ; in ejuscemodi laxativas & electivè purgantes Massas (cum antiquorum *Hieras* nemo temere nunc lingat) sufficientissima ; carius curiosiusque *per ardenter spiritum Extracta* indeque resinosiori, manifeste præsentior atque securior ; *Insuccatæ cuiusvis*

*vis*, utut famosissimæ, *violata*, *rosata*, *Fragata*. &c. par, imo (cum respective vel in effectu saltēm pa- rum sit, quod de succorum magmate singulis acce- dat dosibus,) suo modo in actione sua ut liberior ita superior; & ejus generis Essentiis vegetabilius, si quidem omnino conjungere placuerit, facile post- modum subigenda: præterea *in Liquorem quoque vulgatis Dilutis & Elixiriis Aloëticis*, (laxandi qui- dem causa) longe pollentiorem fereque acceptio- rem, *cum Salis Essentialiis vel saltem Alcali Tartaresi aliquota parte* ceu infra plenius hoc persequemur,) promptè redigenda.

Accedat *Sena*, non titulotenus Alexandrina so- lum, sed bonæ notæ quævis, recentior, non exesa, nec *desse Coluthæa* falsata; suspicione torminum (direc̄te vel per accidens consequentium,) adjecta Alcali cujusdam, vel etiam Tartari puri particula facilè eximenda; illo potius in Infusis, hoc in Deco- etis, (quamvis hodie minus usitatis, aut saltem do- mesticis;) utrisque de cætero merito, (accuratio- rumque hodie exemplo,) saltem simplicissimis; cum in rei veritate *Nodus aequæ ac palatum* tot ap- propriantibus radicibus, floribus, foliis, semenibus, nequicquam tantum aggravetur: *Pulvis* vero fo- liorum per se mole saporeque per quam sit adver- sus. *Extractum simplex* num aliorum mediocrum loco huc referri, & non quidem in pilulares massas, (ubi molem atque numerum cum sui consimilibus admodum auget,) sed *Mollioribus liquidisque* non- nunquam *formulis*, (*subtriplo vel sub quadruplo ad Folia Saccharo conditum*) servari mereatur, pro con- tractiori quidem selectu hic non determinabimus: cum alias notorie debilius sit; & pueros longe se- curius, & que vero jucunde, citra ejuscemodi sac- charata nunquam non purgemus. *Libera* sit cuivis optio.

Con-

Concludat vero tandem selectum hunc vegetabilem , (si propter Esulina aliaque Mangonia cum rigidioribus quibusdam haud adeo veremur,) *Scammonium* ; ob Magisterii copiam atque alias polychrestas destinationes haud adeò rejiculum. Sive jam *Pulvis inde Polychrestus vulgo sic dictus*) placeat, Santali vel tantum Erratici Papaveris tinctura coloratus, compluribusque formulis mixtu præ Magisterio aptior, mucagineam tamen & ferè rodentiores Scammonii partem una retinens : sive *commune Magisterium*, æquè profecto validum ac stimulans, si modo ardenti spiritu vel aliis additamentis non conglobantibus probe dilatetur. Reliquæ varieformiter institutæ *Præparationes* partim heterogenea, (haud sane pauca, præsertim in viliori massa,) præter rem relinquunt : uti cum v. g. *Mucaginosis Gummeisque* vulgato more tantum incrassatur; vel *Succorum adstringentium* aut acidorum, Citri, Rosarum, Cydoniorum magmate &c. inviscatur; aut *Sulphure* (ceu Alutarii loquuntur,) perfumatur; vel exigua hinc differentia *spiritus Sulphuris* aut *Vitrioli guttis aliquot* conspergitur : Partim Resinosam substantiam, parce hoc modo mediisque attactam frustra disperdunt : uti cum v. g. *acidulis Mineralium* aut *Vegetabilium liquoribus* ac succis extrahitur; vel (recentioris cujusdam commendatione) contusum *Aqua frigida quasi emulgetur*, & liquor sublacteus (relicta sub fœcum specie magna Resinæ parte,) denuo coagulatur : partim denique supervacaneas, expensas, ambages & aditiunculas usitatis aut in se utilibus formulis superaddunt : v. g. dum *Magisterium è Diagridio* paratur; vel exhaustis *Aromatum spissamentis* oneratur, &c.

Atque hæc quidem sub accuratori & ab exoteri-  
cis

cis suppositis liberiori Praxi , inter dispositionem similiter liberam , quibusvis expectationibus inodisque sufficienter satisfacere , & quod è tota Vegetabilium Catharticorum serie in rei veritate sperari potest , oppido præstare queunt. Si tamen omnino quispiam diffusiorem horum Materiam diffusiores in usus & variationes exigeret , accedat per nos , quasi pro superpondio sequentium unum alterius : v. g. Qui Antiquitatis consuetudini Melanagogique promissis nimium attribuunt , addere fortassis possent Paracelsi nonnullorum Daurain , seu (quasi Antimoniatum illum) *Helleborum nigrum verum* , Stiriaci titulo communiter venalem ; (dum tamen remissior iste *Perulaceus* integris è Vicinia saccis ad Emporia nonnulla defertur , nec *hortensis noster* invenitur deterior:) sive jam *Radicem* ipsam à foetore emortuali prius , (sed non tam exhaustiente *Dispensatoriorum Maceratione* , quam *Recentiorum humida divaporatione*.) qualitercunque liberatam , aut *Folia* quoque , (utraque vero sub debita proportione ac circumspectione) associare placeat : sive potius præferatur *Extractum e Radice* , aut speciosius mitiusve è *Foliis saltē confectum* ; *Aqua tantum simplici* , (parum prius Alcali tartareo vel nitroso exaltata ,) æque sub cauta præcisaque potius (cum aliis) dosi securum , ac si laboriosioribus , (aliorum abusu forsitan deterritis aut teneriorum formulis in specie destinantibus,) ulterius cum *spiritu Vini fuerit Depuratum* seu mitificatum , vel cum solo Ardente spiritu , aliisque ambagibus paratum . Interea nihilominus ingenue fatemur , quod licet haec tenus perdiu de Helleborinis hisce nil aut rariſſime quidpiam adhibuerimus vel aliis associaverimus , nihilo tamen hinc fuerimus infeliciores .

Ita qui rusticorum Mucum aliter liquari , vel Pur-

Purgantia quædam (neglecta fortasse Magisteriorum debita dilatatione,) sufficienter acui posse diffidit, supra positis addere forsan posset extremæ adversitatis *Colocynthidem*, pro *Extracto*, etiam odo-rantibus gravi; vulgaribus tamen & operosioribus *Trochiscis* pro Pilularibus Massis, (siquidem Pulveres & Electuaria sic condita, immò quoque Spiritum aureum quorundam comptior hodie praxis non adimitit,) in suo genere commodiori; de cætero *Aqua saltē simplici* (ceu ipsa Fructus natura huc tendit,) sat commode, (præsertim si Alcali Tartarei tantillo priu alterata fuerit,) confiendo; etiam *citra subsequam repetitamque Spiritus vini extractio-nem*. Sed circa talia cuivis liber sit labor. Nos nec horum nec subsequorum insuper, (utut cuique suus constet effectus,) necessitatem quandam aut urgen-tiorem (cur huc trahi debeant,) causam invenimus.

*Melioracanna* quidem, ut potiora primum lustremus, insipida quidem est, sed tamen Pulveris moles diffusissima, effectus interim contractiori Jalapio in substantia vix par, certe non superior; *Infu-sum solitarium* debile; *Extractum simplex* (quovis modo haec tenus paratum) debilius; adjecto ad facilitationem extractionis sale Tartari vel Nitro fixo, vix à coriarioruī fœtore vindicandum: *Compositum alterius est prosapiæ: Resinositasque seorsim servanda* præ Magisterio Jalapii longe parcior.

*Pulvis Hermodactyli*, alias pridem autoribus suspecti vel rejecti, (ceu superioribus annis simplicorem rusticum *Colchici recentis radice* satis vexatum & purgatum vidimus,) iisdem inconvenientiis subjectus deprehenditur. Sane *Articulorum Theriacam*, seu intus dando seu extus quoque applicando, nemo hic inveniet, nec aliud eupraxias subsidium fin-

gulare : etiam si vel *per se*, (licet farinacea radicis substantia hujus generis operationi minus subjecta videatur,) vel in *Formula quoque Composita cum aliis extrahatur*. *Turbith adhucdum penè dubium*, nec adeo speciale vel (iis etiam, qui puerulis & Aceto Bezoartico nihilominus ingessere fatentibus) mite est, ut (sive *in substantia sive Extractum ejus resinosum spectemus*,) parabilius præsentiusque *Jalapium* aut *Resina ejus*, (inter alia) substitui nequeat.

Nec singulare quidpiam, quod præ acceptioribus famosus ille, (& jam olim Alexipharmacis aliisque alienis Compositionibus exclusus,) *Agaricus* præstet, hodie dum observamus. Torquentur interim sine causa miseri, horrendi saporis *Infusis Decocisque*, & indefinito quasi *Pilularum* hinc numero, dum (quovis etiam modo) *Trochiscatus aut Rasus saltem*, (cum vel sine usitatis satellitibus) istarum massis ingeritur, aut *Extractum* hoc fine fingitur, amplissimæ molis ; sive *simplex* (filtratura quoque tædiosè damnosèque secretum) fuerit, sive *Compositum*, extemporaneæ potius, (siquidem adeo requireretur,) mixturæ.

Ipsum *Rhabarbarum* sit *Anima hepatis*, & quicquid insuper Antiquitatis commendatio, vel sequiorum seculorum (æquivalentia media modosque minus perquirentium) assensus esse juss erit. Qui obstructiones aperire, Dysenterias fistere, bilém expellere, ac ventrem defuper roborare, venena dissipare &c. alia ratione nequit, nisi vel *solutarium crudum*, aut non sine litigiis *tostum vel decoctum* dederit ; aut nullis non Electuariis, Speciebus, Pulveribus, Trochiscis, imò ipso Scorpionum oleo & supervacaneo ejus nominis *Emplastro* impertinentissimè admiscuerit ; habeat sibi (seu mari seu terra) *Orientalis* (quamvis & *Monachorum nostrum* multis.

tis requisitis satisfaciat,) Radicem, equidem in suo genere sat efficacem & benignam; at redimenti- bus plerumque præter rem carissimam, bibentibus adversissimam: ut inde loco Pulveris *Concisam solum* (inuncta tamen sic utpluriuum efficacia,) *cum & sine Tartaro* superioribus annis nonnullibi propinarint. *Infusum* pariter nauseabundum, *De- coctum* isto insuper pene debilius, *Extractum* notorie languidum est, inque Pilulis molem ac numerum, in potionibus nauseam auget. Nec *Tinctu- ræ*, vulgato more cum Alcali sub triplo vel sub quadruplo & aquæ cujusdam hepaticæ spirituosio- ris sextuplo præterpropter confectæ, (solitariæ, vel per *Aloeticam aut Antimonivalem a'calinam Tinctu- ram*, quarta præterpropter parte exaltatæ,) specio- fæ quidem, tanta tamen hinc observatur polentia; parem sanè è *Nostrati quoque* nonnunquam paravi- mus, & in parabilioribus aliis Hepaticis inveni- mus; qui de cætero purgandi causâ haetenus perdiu Rhabarbari ne unciam quidem (continuis circa ta- lia observationibus indies confirmatores) absu- sumus, praxi similiter nihilo inde feliciori.

Sic qui *Tithymallinorum Extractorum* commen- datione, vel superiorum annorum consuetudine adhuc dicitur, præter supraposita exigere fortè pos- set *Guttam Cambodiam*, tanquam tædiosissimis *E- fulinis nostratis* longè tractabiliorem ac suo mo- do mitiorem, de cætero sat vegetam innoxiamque, sive aliquorum more *per se* detur, paucis tantum *Olei destillati vel spiritus Acidi guttis* (in specie, ob causas paulo post dicendas) consultius, quam per operosioris *Gummi de Peru rosati*, aliasque (totum haud raro per accessoriorum nimietatem perden- tes) *Præparationes aliquantillum alterata*; sive po- tius *Magisterium* inde placuerit, (*Commune aut per San-*

*Santalum Erraticumve Papaver Tinctum*,) aut potior adhuc *Pulvis*, ad modum Pulveris polychresti scammoniati extractus, & utraque Gummi guttæ parte, resinosa scilicet & gummea constans ; cum alias (ob inæqualem forsitan in Indiis collectionem, exsiccationem vel tractationem,) Magisterii perparum inde nonnunquam proveniat, & altera non resinosa portio earundem virium deprehendatur, ipsumque Gummi guttæ paucioribus ut plurimum heterogeneis (quo Colophoniæ-formem illam subfidentem in dissolutione particulam, paulo tamen copiosiori vini spiritu postmodum resolubilem retulerunt,) sit permixtum. Verum enim vero, qui ab altera parte in nostratum purgationibus seri sat, & æque feliciter per Jalapium quoque, & ejus ac Scammonii Magisterium subduci, Asciticosque tumores, qui vel hisce constanter non cedunt, nec isti perfecte cedere, imo ejuscemodi affectus Purgantibus plerumque frustra sollicitari novit ; is proculdubio etiam hæc Tithymallina Indis suis secure relinquet.

Quod autem sequiorum conflugem attinet, profecto paulo gratosior, mage providus conscientiosiorve quivis nobiscum fatebitur, in tanto tutiorum preventu. Medicum hac tempestate vix amplius decere violentissima illa, semivirulenta, viscerum tonum frustra tandem pervertentia, crudioribus saepe mineralibus nequiora : v. gr. *Euphorbium*, etiam *Extractione vel acidorum succorum aut spirituum illitione quadantenus coercitum* ; cum malignitatem (nisi corrosivorum abstractione aliis- ve modis quasi invertatur,) vix aut raro exuat ; Errhinis, (*si Drachma semis in libra semis Aquæ s. coquatur*, & de colatura, acri tamen, quidpiam illinatur vel attrahatur,) ut & chirurgorum insper- fioni-

sionibus (in corruptelis ossium) aptius tum, si diffusioribus apparatibus omnino ingerendum foret. *Elatierium*, aliquibus quidem excusatum, at acre sati ac virosum; etiam dum *correctum* aut (curiosius adhuc denuo) *Extractum* datūr. *Esula*, *transplantata quoque* vel subtus nonnullis effossa; *cruda*, vel per inviscationes, subtiliorum partium sequestrationes, aut acidorum instillationes vulgo *Correcta*; excoctiori sane tractabiliorque, siquidem omnino quis *Tithymallina* vellet, *Gutta Cambodia*; ceu paulò ante notavimus, *Lathyridis* ac *Ricini vulgaris semina*, *Granatilli*, *Mezerei grana*, *cortices* ac *folia*, similiter (uti dicunt) *Correcta*. Et è *Compositorum* scerie, (horum fœtus aut consanguineæ) *Pilulæ de Euphorbio*, *de Mezereo*, *Fætidæ majores*, *Hydroticæ*, aliæque mortis *Catapultæ*, antiquioribus etiam dispensatoriis suspectæ, nihilominus adhuc dum religiose compluribus insertæ vel servatæ, ab uno demum alterove cordatiorum haut ita pridem sero expunctæ. Quo *Rustica* illa pertinent præsidia: *Succus nostratis Iridis* & *Bryonia*, *corticum Ebuli* atque *Sambuci*, & *expressum Arillarum Oleum*, *Frangula cortex*, *Nicotiana infusum* vel *decoctum*; ac si quid amplius duris messorum iliis labrisve natum est.

Sic porro, cui bono tot *Effæta*, præter rem *Ingrata*, vel jam pridem in paulo circumspectiorum praxi revera *Exoleta*, amplius tamen adhuc cum permultis (antiquitatis traditionibus Dispensatoriorumque formulis justo severius inhærentibus, & elegantiora recentiorum inventa, monita atque compendia hodieque negligentibus,) retineamus in tanto præsentiorum, gratiorum commodiorumque proventu?

*Effæta* desidiaque merito dicimus *Myrobalanorum* *quinque ista genera*; supervacanea profecto hoc in

in genere, eaque nostratium affluentia) prunella; cum satellitio suo, *Extractis scilicet, Condatis Brodiisque*, ex hyperbolica Arabum commendatione natis. Sane quam ejuscemodi & Rhabarbarata quoque purgantia plerisque Dysentericis profint, experti procul dubio nuper fuerunt, qui conjecturalibus autorum opinionibus, mutuo (citra oblatam experientiam) exscriptis nimium sunt confisi. Porro vero pertinent huc ostentatorii fere *Senæ Folliculi*, mucosum *Carthami Psylliique semen*, *Epithymum*, *Cuscuta*, *Polypodium*, etiam *quernum atque speciale nonnullorum Vernum*; *Fumaria*, &c. pridem à purgantium contubernio exclusa.

Inter *Exoleta* & neglecti hodie usus, jure (utut passim adhuc dum repositoria onerent,) referimus *Soldanellam*, diu alias permultis suspectam: *Gummi* (quatenus huc spectant,) *Sarcocollam*, *Opopanax* & *Sagapenum*: & è vulgatissimis *Compositis* tot tantasque numerosissimarum *Pilularum*, *ingratiorum Pulverum ac Specierum*, *adversissimorum Electuariorum*, *super vacuorumque Syruporum Formulas*, ut plurimum nulla proportione constantes, aut extemporena competentium mixtura longe commodius supplendas; per recentiorum animadversiones satis quidem excussas, nihilominus tamen aliquibus tralatitiam tot seculorum experientiam vel consuetudinem prætententibus, adhucdum complacentes. Quasi vero *Colocynthis* aut *Scammonium* (potissimi scilicet procuratæ per talia purgationis autores,) scorsim aut conjunctim, cum aut sine quadam (ut plurimum minus proportionatâ) *Turbith*, *Aloës*, *Agarici* aliorumque accessoriorum particula, dari nequivissent, nisi tot *Pilularum v.g. Arthriticarum, Benedicta laxativa, vel antiquariarum Stomachatum, de Turbith, de Opopanax*

nace, *Sagapeno, Sarcocolla, de Agarico, de octo rebus,*  
*de Lazuli, (tanquam parum hue contribuente,) de*  
*quinque generibus Myrobalanorum, de Colocynthide,*  
*&c. ipsis autoribus parum circum specioribus*  
*exolæ Massæ extitissent, vel non dicimus solum in*  
*Dispensatoriis in perpetuam rei gestæ memoriam,*  
*sed etiam in Pharmacopoliis (unius, intra decen-*  
*nium forte dosin exigentis causa,) hodieque passim*  
*prostarent. Aut quasi Diagridium vel simile*  
*Scainmoniale quidpiam, solitarium aut Turbith,*  
*Agarici, Senæ, Hellebori, Rhabarbari, imo (si vo-*  
*lupe fuerit aut fecerit,) Cocolynthidis quoque tan-*  
*tillo sociatum, commodius, eodemque successu*  
*exhiberi nequeat, nisi sub ingratissimorum *Pulve-**  
**rum Diasenæ, Solutivi Magistralis, de Tribus &c.* vel*  
*(ejusdem ferè proportionis atque jucunditatis) *Spe-**  
**cierum Benedicti laxativi, Diacarthami, Diaphænico-**  
**nis, Indi, Elescoph, è succo Rosarum, &c. forma:* vel*  
*non nisi sub *Electuariorum* (nostratis alias exoso-*  
*rum) è modo dictis *Speciebus seorsim confectorum*, aut*  
*amplius adhuc (inconsideratori compositione) sub*  
*Diasenæ, Diacarthami, Indi, Hamech, de *Psyllo &**  
*Disebesten titulo *venalium consistentia; anilium ve-**  
*Holipparum aut Trochiscorum de *V. olis specie, &c.* quæ*  
*bonam partem alii quoque, vanitatem & inconve-*  
*nientiam talium nobiscum agnoscentes, collecta-*  
*neis suis Pharmaceuticis merito excesse jusserunt;*  
*& ordinis potissimum gratia hic referuntur. Ita*  
*porro *Sirupus Rosarum solutivus helleboratus, & (pa-**  
*nacea illa plus quam Antimonialis,) *Oxymel helle-**  
*boratum, inter tot longe compendiosiora vel accu-*  
*riatius composita, jure nunc passim negliguntur.*  
*Sirupus de Rhabarbaro (siquidem omnino require-*  
*retur, extemporaneæ tum (per dissolutum Extra-*  
*ctum) imitationis foret: necquid in *Domestico, seu**  
*de*

*de Spina Cervina*, deside & nauseabundo singulariter quæramus, assequimur.

*Ingrata* tandem, ut scorsim nominemus, haud opus est: siquidem in ante recensitis paucissima invenias, quæ comptiori Praxi respondeant. Et pertinent huc reliqui quoque *Pulveres*, ad drachmam s&p numero excurrentes, levore suo totas pene fauces opplentos aut horribili saporum miscella stomachum ipsum prius, quam vel granum inde acceperit, subvertentes; utut in recentioribus etiam Dispensatoriis fuerint nominatissimi: *Diatartari* scilicet *solutivus*, *Caryocostinus*, *Arthiticus*, aliive *Pklegmagogi*, *Melanagogi*, *Cholagogi*, *Hydragogi*, seu sub principium seculi hujus à latagentibus proditi, seu postmodum hactenus tum *iisdem nominibus*, tum *insuper Diasena grossa concisa*, *Solutivi de tribus*, *Solutivi magistralis*, *Panchymagogi*, *Catholici*, &c. titulis superadditi; inde forsitan haud adeo commodiores, correctiores, aut proin invectis olim formulis consultius substituendi, quod pondera saltem usualium cathartico-rum inter se invicem parumper interdum mutarint, aut se metipsis s&p ingratiora, (haud adeo interdum competenti proportione) accerserint v.g. *Bryoniam*, *Ebulum*, *Agaricum*, *Asarum*, *Gratiolam*, *Soldanellam*, *Elaterium*, *Rhabarbarum*, *Turbith*, *Senam ipsamve Colocynthidem*. Pertinet huc passiva illa *numeritas*, aut (pro ea declinanda) sclopotorum globulos interdum exæquans *magni*, *tudo Pilularum officinalium pene omnium*, tum supra recensitarum, tum usitatorum *insuper* five mage Scammoniatæ fuerint, ut *Arabica*, *Aurea* in *comptioresque Aggregativa majores*, *de Fumaria* (*vulgatarum legum relipeolu alias incorre&tissimæ*,) *sine quibus*, scilicet esse possemus, ob nullam pene proportionem: five magis *Colocynthinæ* existant: ut *Inda*,

*Lucis inconsideratissimæ, aliæque propter tot accessoriū plerunque supervacaneorū copiam aut levitatem, (ceu per Agarici, Rhabarbari, Senæ aliorumque Vegetabilium alterantium, Aromaticorum, succorum inspissatorum gummatumque associationem aliter protecto fieri nequit, incassum excrescentes. Nec eadem de causa Recentiorum complurium substitutæ requisitum hoc undiquaque declinant; adeo tot superfluis & ad effectum nil vel parum (si proportionem spectamus,) conferentibus passim exuberant: uti formulas Magistrales, Catholicas, Panckymagogas, Cholagogas, Melanagogas, Hydragogas, &c. perfunctorie taltem insipienti liquet. Pertinent huc, (si plerorumque nostratiū desideria fateri, & pueros tenerioresque alias, parabiliōribus quoque & æque obnubendis decipere voluerimus,) totum fere Morsulorum, Rotularumque cum ipsis Confectionibus solutivis genus: nam tive vulgares Dispensatoriorum formulas, (alias hodie maximam partem vilescentes, vel ipsis autoribus suspectas, ut plurimum tantum Diagridiatas) spectamus, quæ quæsio, Diaearthamum, Elescopb, e succo Rosarum, Diaphanicum, Diaturbith, Anisum Zingiberque laxativum masticantibus, singulariter percipitur jucunditas? seu vero recentiores modos præferre voluerimus, nec in Morsulis de Rhabarbaro, de Mechocanna compositis, Confectione & Rotulis primis adversus lumbricos (simul Mercurialibus,) Pane Martio purgante, &c. ea reperitur gratia, quæ refractarios detineat pueros, ut integrā dosin semper deglutiant: quo inæqualem sæpe draſticorum Magisteriorum mixturam taceamus. Pertinent huc unciales fere Electuariorum officinalium Boli, præfertiū qui ingratiōribus alias ingredientibus constant: ut (præter supra notata minus nunc usitata,) etiam*

etiam adhuc tritiora de *Phyllo*, *Diaprunum solutum*, *Diaserbesten* &c. pure scammoniata; vel insuper tantillo tantum Turbith, Hermodactyli, Senæ vel Rhabarbari (ut plurimum neglegat proportione) sociata, *Caryocostinum* sc. *Diaphanicum utrumque*, *Benedictum laxativum*; imprimis autem *Diabelzemer* illud, & *Hieracundissima*, *Composita*, *Pachia*, *Logadii*, & si quid aliud claudunt vulgares istæ Gratiarum pyxides. Nec si fateri voluerimus, in quamplurimis hactenus eorum Variationibus aut Substitutis, equidem circa confectionis & dilutionis rationem comptioribus, eam semper invenimus jucunditatem, quæ v.g. *Electuarium commune*, *Panchymagogum*, *Magistrale*, *Hydragogum quodlibet*, item *Phlegmagoga aliorum*, &c. (ingredientia tantum variantia, vel adversioribus aut supervacaneis additamentis alterantibus vel catharticis, Asaro sc. Ebulo, Soldanella, Rhamno, Gratiola, Helleboro, Rhabarbaro, Agarico &c. amplificantia,) contractiori huic aliive selectui inferenda suadeat. Pertinent huc *Siripi de Rhabarbaro*, *de tribus Laxativis*, *de Carthamo*, *Rosarum compositus*, ac reliqui *Officinales*, ad uncias aliquot pro sufficienti dosi excurrentes; majorique liquorum copia diluendi, nec in parciori (cum aliis) quantitate adeo accepti. Ceu nec ob eandem ingredientium adversitatem recentiores quoque talium *Correctiones atque Formulas*, (*Magistrales*. *Hydragogas*, *de Tribus*, *de Rhabarbaro* &c.) inter tot catharticorum compendia quispiam sic exegerit: ut ejuscemodi dulcorum fermentationes, indeque in hypochondriacis nostris oborientes nauseas, tormina, hysteriarumque alia incommoda prætereamus. Pertinent huc tandem *Apozemata illa longa*, *Hydromel purgans commune* & *Tartarisatum*, *Claretum laxativum*, *Decoctum Epithymi*, *Senæ officinale*,

*Infusa serilactis*, dissolutorum Electuariorum & Extractorum, (quâ formâ quoque antiquum Panchymagogum præscripserunt,) haustus, aliæque nil nisi Pharmacopolium sapientes amystides : sique denuo, (probe subducta, & cum nauseabundo minusque adsueto nostratum stomacho collata ratione) fateri voluerimus, pertinent huc etiam recentiores, in isto hoc genere, modi *Seri lactis Laxativi*, aliorumque *Infusorum*, *Decoctorum*, & ingratiorebus catharticis adhuc dum alicubi constantium *Claretorum*, *Hydromelitum*, item *Aquarum laxativarum*, nec durabilium, nec cuvis (utut purgantia cum aqua simplici nonnullis sine noxa demus,) sic locorum congruarum, certè vel ob diffusorem donin minus semet commendantium.

*Qui Curiosi sunt*, in reliquis hujus fortis simplicibus aliisque inventis, per nos exerceantur ; syllogi nostræ, & publicis statim usibus adeo accommoda necdum (inter superiorem requisitorum callationem) invenimus. Atque huc merito forte referimus, inter *Simpliciora* quidem, neglectam hodieque *Malolistam*, *Circas*, sive *Ricini Americani majoris fructuum membranulas*, sub exiguo pondere plus quam *Antimoniales*; *Nambu Guacu*, aliosque exterorum *Nucleos catharticos*, à peregrinantibus invectos, *Emulsionem insuper & Extractum arillarum Ebuli* atque *Sambuci* & è concisis electuarium; *Infusum & Extractum interioris Sambuci medullæ*; *Rob baccharum Rhamni pictorium*, & *Sirupum inde Vulgari substitutum*; *Sirupum Bryoniæ* è superstite feculæ succo; *Hippolapathum*, *Rapistrum*, desidem *Iridis imo ipsius alicubi Mechoacannæ Feculam*; nec præsentioris operationis *Rhabarbari consimiliumque Magisteria*, è lixiviosis per acida, præsertim aluminosa præcipitata; (supervacuos circa *Scammonii*, *Gummi Guttæ*,

*Esu-*

*Efulæ, Hellebori &c. correctionem labores; Sirupum radicum & foliorum Hellebori cum Aqua propria integratori, dum Extractum satisfacit;) Sirupum & Conservam florum Persicorum; item Gummi Guttæ qualitercunque, nec citra multam diminutionem Albificatum: & (ni ad ingratiorum classem potius referenda videtur) Gratiolam, alias in suo quidem genere haut penitus contemnendam, proinde tamen hoc operosius cum Extracto suo non conquirendam, &c. Inter magis vero Composita Aquas destillatas Purgatrices, plerumque desides aut viroso Hellebori, Colocynthidis ac consimilium odore nauseam tantum, cum qualicunque stomachi perturbatione concitantes: Odoramenta nonnullorum purgantia, è particulari temporariaque teneriorum quorundam aversatione excogitata: (ceu drastica quævis in hypocaustis exhalando, alii passim nullam hinc commotionem sentiunt:) Tartarum vitriolatum (inæqualiter & quidni extempore potius per pulverem Polychrestum) Scammoniatum: Sirupum herbae Mercurialis simplicem desidem, & compostum: Infusa & Essentias purgantium cum Nitro, per illa ipsa cathartica prius combusto seu alkal. sato, duin vulgare Nitrum fixum sufficeret,) extracta vel exaltata; ipsumque tandem Diacydonium pellucidum quodvis, toties (dum negotiosioribus mulierculis ejuscemodi Gelatinæ simplices superioribus annis complacerent,) quæsitum & interpolatum; inter successivam exiccationem dosin quidem haut raro, delicatores vero vix adeo fallens; & si quæ insuper sunt alia artis (hic quoque nonnunquam aliquantillum fere inter prætentiones quasdam luxuriantis) inventa, vel alias adhuc dubia, suspecta, ulterioris experienciæ indiga, usitatoribus; fidis & æque jucundis longe cedentia.*

*Prodigorum est, ceu alii quoque nobiscum notarunt, etiam Vegetabilium Catharticorum complura Auro, Perlis, lapide Bezoar, Moscho, Ambra, Gallia moschata &c. frustra onerare, vel confectio ni Alchermes involvere; quo scilicet Catharticum Cœsareum, Regium aut Peruvianum liquidum preciosum exeat; aut potius cariores fætentioresve hinc sint Assellationes: Vel vesperi postmodum ad reliquarum præcipitationes Margaritarum aut lapidis Bezoar pulverem exhibere; cum (siquidem omnino nonnunquam opus foret,) Corallia, Mater perlarum, aut Oculi cancri tum sufficerent: Vel Oleo cinnamomi, aliisque carioribus aut acrioribus prædicta purgantia excessive interdum imbibere; cum fervor tantum & siticulositas una cum precio insculm inde intendatur; & Pulveres præcipue in majorem hinc molem (recens sumentibus) frustra exurgant.*

Qui tandem specialem *Supervacaneorum classem* præter hactenus aliis quidem sub titulis recensita, forsitan hic desiderat, saltem iis omnibus superaddat tot inanes fere remediorum, alias in rei veritate sat is commodorum, sufficientium & experientia constantium, *Compositionum ac Formularum Variationes aut Interpolationes*, singularitatis solum gratia, & ne compositionum finis sit, invectas aut superadjectas: v.g. *Trochiscorum Albandal Extractum*, quasi è cruda colocynthide parari nequivisset: *Extractum Agarici* (prius incassum) *trochiscati*: tot *Phlegmagoga*, *Cholagogia*, *Melanagogia*, ab initio currentis seculi usque ad paulo oculatores aliquot adhinc annos proposita, plerumque parum Chimica, & si opus foret, extemporaneæ potius commisionis, ceu esse quoque potuisset *Syrupus pantagogus M.* & usualis *Dispensatorii Extractum Holagogum*, (ejusdem cum vulgari Panchymagogofarinæ,) & *Catho-*

*tholicum*, (si paucitatem ingredientium excipias,) utroque deterius, *Electuarium Diabelzemar &c.* ante jam recensita. Nec in recentioribus Substitutis hinc inde desunt, quæ propter nudam solum ordinis ponderisque ingredientium variationem, supervacuorum improportionatorum, ingratiorum aliisve de caussis inconvenientiorum additionem aut complicationem huc non possint non referri: *sive Pulverum, sive pilularum aut Electuariorum, Syruporum reliquarumve Formularum*, (meliorationis caussa à diversis hactenus diversimode subordinatarum) *classes*, paulo ante satis forte lustratas, evolvimus. Atque huc similiter pertinent *Digestiva illa Alcalina, Tartarea, Tartareo Vitriolata, &c.* plane *improportionaliter* Catharticis passim adhuc dum adiecta: *sive id in excessu fiat; quo Pulverum Bolorumque moles frustra intenditur, ac sapor æque ac in Potionibus vitiatur, Pilularum numerus incassum multiplicatur, & in specie per nimium Alcalium accessum eo magis ad colloquationem disponitur, imo Aloes purgatrix vis interduin aliquatenus per nimietatem eorum infringitur: sive in defectu: quo sæpe numero talium vix granum unum vel duo dosin ingredi cernimus: Et annectere hic fortasse possemus ea ipsa Digestiva, multis hor dieque indifferenter ante Purgantium assumptiōnem usitata; cum plerisque (nec enim omnibus dicimus,) pro forma tantum & in consuetudinis complementum, (non sine majoris nauſeæ ad subsequens mane pharmacum concitatione,) nihilo hinc feliciori catharsi exhibeantur; renitentiorque nonnullorum alvus sæpe numero ne ſic quidem, aut per eccoprotica vel ipsas Pilulas aloeticas laxativas, (*alias hunc in finem præcedente vespere per commodas,*) tantopere facilitetur, multoque tum*

felicius per *Infusa laxativa*, (*simplicissima quoque & imbecilliora hic credita*,) *qua sita purgatio expediatur*.

Atque his breviter sic, (tanquam in caussa minus dubia) excussis & tantisper hinc semotis, restat ut residua, *qua in usitatori*haec* tenus Dispensatorio, & diversis diversorum additamentis, correctionibus vel immutationibus convenientiora, speciosiora, famigeratiora, & adhuc dum usitatoria videntur, similiter expendamus; num scilicet ea tandem hoc proin accessi, & quænam ex iis servari conveniat? num Accessoria istorum, quæ selectum nostrum excedunt, aliis comodiioribus parabiliорibusque queant æque commode suppleri? numne demum ex his ipsis nostris, Formulæ remediorumque modi istis in præstantia, jucunditate aliisque eupraxiæ requisitis pares, aut in diversis circumstantiis nonnunquam superiores condi possint? ceu profecto posse, quotidiana constat experientia.*

Nam qui simplicissime tantum, (v. g.) *pulveris Lalapii partes quatuor cum Magisterii Scammonii vel Lalapii parte una, ac Olei Nucista expressi*, vel ipsius nucistæ pauxillo rite miscuerit: aut in febrilibus præsertim dispositionibus vel pro facile mobilibus, (si quidem Alcalinum vel Tartareum aliquod adjicere omnino placeat,) *Lalapii pulveris parti partes duas, Antimonii Diaphoretici non edulcati partem unam: aut Tartari purissimi, Lalapii pulveris parti ana partes duas, cum Magisterii Scammonii parte una: &c.* (uti pro lubitu vel extempore variabiles sunt Formulæ.) Is scrupulari saltem vel semidrachmæ dosi (sub circumspæcta tantum exhibitione,) in morbis ejusmodi cathartica revera postulantibus aut admittentibus, amarum, acre, salsum, acidum viscosumve (& quid non?) longe compendiosius,

ju-

jucundiusque, certo sane, secure & æque feliciter expurgabit una harum vel altera saltem formula, quam si famosissimos selectioresque (*Diatartari*, *Phlegmagogos*, *Cholagogos* & *Panchymagogos*) omnes, è familiarioribus hactenus Dispensatoriis in utriusque bilis, seri, pituitæque internectionem, & palati (ceu supra notavimus) vexationem accerferet; aut *Recentiorum hic substitutos aliterve variatos*, at maximam partem (ob accessoriorum plerunque supervacaneorum molem saporemve adversum,) ingratiories (supra recensitos) Pulveres superadderet; aut si ex ipsis aliqui speciosiores elegantiioresque deprehenduntur, (uti sane sunt *Laxatus vegetabilis*, Species *Diagalapii*, *Cerberus triceps*, consimilisque *Catharticus Antimoniatus*, aliique publicis usibus haut inconsiderate propositi,) horum tamen normam, proportionem & præscriptum insolidum citra necessitatem quandam, aut specialiorem effectum sectaretur; vel denique (passivo licet more,) adjectis hic ingratiories ipsis *Tartaro Vitriolato*, *Vitriolo Martis*, sale Martis purgante, *Nitro Vitriolato*, &c. novos quidem, at rarius & ad Diuresin saepe præsentiores, ingratiories semper conderet.

Ita qui pro tenerioribus & hypochondriacis, v.g. *Jalapii pulvratij* & *pulveris polychresti* vel *Magisterij scammonii ana cum Aloes depurata diluto in Magana* debite & hinc in Pilulas redegerit; aut aliam in diffusori apparatu, forte pro robustioribus, aut secus sentientibus, v.g. è *Pulveris Jalappæ*, *Magisterii ejusdem* aut *Scammonii*, *Extracti Hellebori nigri* & *Colocynthidis ana*, simplicissime compo-suerit, aut *Extracto Hellebori Aloen depuratam* (sed cum aliquali molis amplificatione) substituerit, aliosve æque simplices ex his modos sectatus fuerit,

fuerit, sufficienter & cum superpondio habebit in  
Vegetabilium quidem classe, non solum quod præ-  
aliis elegantiores istæ] Pharmacopœjæ recentissi-  
mæ Formulæ, Extractum scilicet Panchymagogum pro-  
pilulis, & Pilulae Magistrales Panchymagogæ præstant;  
verum etiam, quod in reliquis (correctionis, varia-  
tionisque causa, a diversis diversimode superad-  
ditis effectisve) Extractis tot Catholicis, Panchymago-  
gisque aliis, tot Polychrestis, Cholagogis, Phlegmago-  
gis, Hydragogis & (nimis saepè præsupposito) plane Hy-  
droticis, Diasenæ, Melanagogis &c. (neglectiori ple-  
rumque proportione, nimis vero additamentis in  
cassuum constantibus;) quod insuper in paulo nego-  
tiosorum Pilularibus Massis Peruvianis scilicet, Ro-  
satis, Polychrestis, Benedictis, Panchymagogis &c.  
passim quæritur: quod denique tota (incondita  
certe) famosiorum hactenus Pilularum Officinalium  
(sine quibus, Arabicarum, Aurearum, Aggregati-  
varum, Cochiarum, Lucis, Indarum &c.) series pro-  
misit; aut ejusdem sortis, (scammonioque tantum  
vel colocynthide rem suam transgentibus) Extra-  
ctis Pilularum de Fumaria, sine quibus, Aurearum,  
Arthriticarum ac congenerum item antiquiori Extra-  
cto Panchymago, (sat profecto improportionato,) aliisque hujus seculi Compōsitis (seorsim tædiosè,  
sumptuosè at supervacuè imperatis, cum simplicia  
oppido certius compendiosiusque permiscerentur,) jam pridem adscriptum est. Nec si fateri voluerimus, similiter opus adeo habebit, ut Detergen-  
tia Vitriolata vel Martialis rem & massas saepè,  
præsertim Magisteria resinosa sub paulo minori a-  
nimadversione infringentia, indifferenter & undi-  
quaque quasi superaddat. De Mercurialibus paulo  
post seorsim ageimus.

Porro vero Morsulos si quis omnino esse vellet,  
quam-

quamvis inter recentissima Substituta, Confectio Diacitri soluta solutive per quam sit elegans, & Confectione Anisi Anisoque solutivo composito ejusdem Pharmacopœjæ, delicioribus Anisata plerunque aversantibus, longe acceptior; æque tamen felix, accepta & facilior inveniretur Compositio, saltem è solitario, (sed rite æqualiterque subacto) Scammonii vel Falappæ Magisterio, ad normam proportionemque dicti Diacitri parata: velea, quæ ad Morsulorum Diatartari quorundam imitationem ex ana pulveris Falapii & Acidi Tartari, cum quarta vel tertia præter propter Magisterii Scammonii parte nullo negotio confit, oleoso corticum Citri succo desuper, si libet, postmodum conspergenda. Quo non solum vulgaribus antiquiorum Dispensatoriorum Tabulis atque Confectionibus supra jam notatis, sed etiam paucis ante dictis aliisque alicubi diversimode superadditis, imo sub gratiosioris Medici autoritate ac competentiorum insinuatione toto hoc medicandi genere, sine eupraxias detimento quodam, facile caruerimus.

Sic si nostratum quispiam mordicus forsan Electuarium aut Bolum præter spem expeteret, numquid facilius, quam suprapositorum Pulverum compoſitorum doſis, vel Falapium solitarium aut Magisteriorum purgantium vel Pulveris Polychresti parte acuatum, (sique placuerit, etiam aromaticis acidulisve additamentis conditum) item Resina Falappæ vel Scammonii, Nucifæ parte vel Amygdalarum una alterave subacta, conservæ rosarum aliive doméstico quoque condito, vel matrum familias pulpis permiscetur? æque ac gregarii cum suo Rob Sambucino vel cerasorum solent. Ut proinde nec vulgarium Dispensatoriorum Electuariis (præter reliqua alio sub nomine supra satis excussa,) adhuc quidem

alicubi nominatiōribus aut in suo genere aliquantum acceptioribus, *Rosato*, scilicet, (*ipsique gemino*) *de succo Rosarum*, *de Citro*, *Diacarthamo*, *Diacydoniis*, *Passulise laxativis humidis ac siccis*, (etiam pro Pueris nonnunquam *Eula conditis*,) item *Extracto de Citro ac Diacarthamo*, &c. (maximam partem aut insolidum *Scammoniatis*,) ullatenus indigēamus : nec etiam opus sit, ut recentiora diversorum Substituta tantum in frustraneam laborum ac vasculorum multiplicationem adsciscamus; sive jucundiora quidem, at æquè tantum *scammonia*ta vel *Jalapina* (extemporaneæque proinde imitationis interdum & suo modo) fuerint, ut *Rob Ribi*um *Cydoniorum ac Cerasorum purgans*, *Diacydonium pellucidum*, &c. deliciorum palatum ne sic quidem subterfugientia, & ni spiritus ardens ad Resinarum solutionem adhibendus probe sit rectificatus, inde quoque adversiora : sive per aperte ingratiōrum & nonnunquam supervacaneorum (*Hellebori*, *Asari*, *Ebuli*, *Bryoniæ*, *Soldanelæ*, *Rhabarbari*, *Agarici*, &c.) accessum, alias selectui nostro incommodiora videantur : ut *Elephantium Rosatum purgans*, *Passulatum*, *Pulpa Tamarindorum purgans*, *Passulæ purgantes siccæ*, *Zibebæ* & *Prunapurgantia*, &c. superius jam relata.

Si denique Potulenta quis velit, elegans habetur *Liquor* è Magisterio Jalapii vel Scammonii (aut utriusque ana,) simpliciter saltem in spiritus Vini (mediocriter rectificati) duodecuplo præterpropter dissoluto : hujus drachma una ad duas, usus tempore per Essentiam Liquiritiæ vel Papaveris Erratici saccharatam, saccharumvè satis spisse sirupisatum aut tantum pulverisatum prius parumper edulcata, largiter secure tamen (præsertim in difficulter mobilibus) præstat, quod longe diffusius in

Elixirio Panchymagogo officinarum vulgariter vel correctiori, in Clareto Laxativo, & Hydragogo ac consimilibus recentiorum spirituosioribus Aquis medicatis, in spiritu Aureo Colocynthino, Elixirio proprietatis purgante, (cum noster etiam liquor Essentia Absinthii vel Aloës facillimè alterari posset,) inque aliis hujus generis ingratiioribus aut diffusioribus, & corpus inde magis calefacentibus Dilutis hinc inde queritur. Magisterium Guttæ Chambodiæ, (quod pro assuetis notanter addimus,) similiter quidem, at difficilius & in spissiorem consistentiam solvitur. De Scammonii Emulsione supra diximus; si forte nihilominus alicui singulas sic doses (v. g. grana decem vel duodecim recipiendo,) cum Aquis gratioribus & odoriferis frigide pararc placeat. Verum qui lactescientibus ejuscemodi, sed jejunis fere ingratiioribus liquoribus ducitur, etiam Resinæ Falapii vel Scammonii singulas doses, cum duabus tribusve excorticatis Amygdalis & aquæ Rosarum vel Acaciæ pauxillo in breves sapidasque Emulsiones ex tempore redigere, imo alborem Essentia florum Papaveris Erratici obtundere poterit. Sique porro Falapii solitarii vel quarta Magisteriorum parte acuati dosin, Essentiae Ribium, Cerasorum, vel Berberum saccharatæ duabus vel tribus drachmis cum ana Aquæ Rosarum vel Acaciæ recenter permiscuerit, (ut Extractum Senæ saccharatum, etiam diversimode pro tenerrimis forte diluendum huc non trahamus,) nihilo infelicius, certe jucundius clientes suos purgabit, quam si Electuarium Rosatum, de succo Rosarum, Diacarthamum, de Psyllio, de Citro Extractumve de Citro ac Diacarthami, aliave Officinalia, commodiora hic credita, in amygdalide dilueret: aut his Recentiora illa, Extractum Panchymagogum ad potionem, Hydragogumve, vel etiam Electuarium

rium rosatum purgans, Passulatum, aut pulpam Tamarindorum purgantem, &c. paulo ante recensita substitueret, imo elegantiora ipsa, seorsim operosius parata, Rob Ribium aut Cerasorum, &c. hoc fine adhiberet. Et cum vel sola quoque Sena ad drachmas aliquot, cum scrupulo vel semidrachma Nitri fixi antimoniati, & aromatum vel radicum alterantium acceptiorum tantillo, (Vino solitario, vel aqua simplici aut destillata jucundiori) infraecto, Cerevisiae, vel ipsi (si tantopere placeat) Hydromeliti proportionaliter infusa, duriores (nec rusticis saepe catharticis mobiles) alvos, aut ubi alias evacuatione per Epocrasin opus est, sufficienter, parilique (certè præ sesquipedalibus conglomeratorum semetque invicem suffocantium, alterantium ac purgantium sacris majori) gratia laxet : proinde nec *Vina Hippocratica (calidiora)* vel *Hydromel purgans commune*, *Tartarifatumve quodvis*, nec (his quidem aquæ minus adsuetis in regionibus) *Aquas purgantes*, (facile tamen, etiam omissa Manna imitabiles, seorsim tantopere exigemus. Hellebori nigri (per divaporationem correcti,) aliorumque interdum additionem, hic data opera præterimus.

Atque hæc satis forsan esse poterunt de summando Catharticorum Vegetabilium validiorum censu & oppositione inter se invicem. Hoc saltem notanter, Incipientium causa addimus, quod in generalibus illis Dosis eorum Designationibus omnino se circumspecte gerere, nec eas indifferenter undique se stari debeant : alias (quod alterius sui Territorii Practici manuductione vel observatione destitutis haud infreuentur accidit,) facile ab initio, (& donec quid indigenarum ventres valeant quid ferre recusent, experientia consequantur,) aut modum in talibus excedent ; aut inter justam quidem

quidem meticulositatem, non tamen citra tædiosam sumentis frustrationem, deficient. Siquidem in rei veritate certi Tractus, uti (propter rerum non naturalium variationem) diversis sibique specialioribus aut frequentioribus affectibus subjiciuntur, ita quoque peculiarem, ad certas remediorum modificationes, indigenarum dispositionem offerunt. Atque hinc v. g. passive & ut plurimum in hac nostra Thuringia vicinaque Misnia, & superiori ferè Saxonia sufficienter purgantur ea dosi, quæ Inferioris & versus Balthicum, item Franconiæ incolas parum saltem & saepe vix commovet. Ita Pilulae Aloëticæ laxativæ Tractibus atque personis cerevisia potius utentibus plerunque convenientiores præsentioresque observamus, quam vicinorum districtuum puris quasi œnoporis. Similiaque alii aliis in Germaniæ nostræ territoriis passim deprehendent: æquè ac exteris calidiorum regionum indigentis Venæctiones suæ; (sub debita moderatione,) ex usu, vel nonnunquam necessariæ esse poterunt, quæ tamen nostrates maximam partem in plerisque (quibus revulsionis, minorationis attemperationisve gratia communiter opponuntur) affectibus, (etiam febrilibus continuisque, incassum vexant; in malignis ut plurimum præsenti periculo exponunt; nî validior natura hujuscemodi excessus, (juuisse postea creditos,) tolerando superet. Atque parilis est Purgantium etiam mediocrium, (quæ minorationis, cruditatu in ve reliquiarum subducendarum causa, in continua præcipue, ab initio vel in morbi decursu, à permultis indifferenter & quasi methodice exhibentur,) item tot Clysterificationum aliarumque ambagium, (ab exterorum consuetudinibus transumptarum) ratio: ceu in Præfatione quoque notavimus, & qui Naturam etiam

etiam hic simplicissime sectatur, & (documento ex ejusmodi evacuationum symptomaticarum quidem incommoditate, criticarum vero, naturæ, non nobis relictorum proprietate sumto,) per paucissima quædam appropriata, *diaphoretica & præcipitantia*, procedit; obstinatioremque alvum vel externis domesticis aut internis modestissimis reserat; qui porro vegetarium catharticorum in Intermittentibus plerisque passivam desidiam, consimilesque vulgatiorem methodum notorie eludentes circumstantias paulo diligentius advertit, prompte nobiscum fatebitur. Sed de his alibi fusius.

## Laxativa.

**S**equuntur nunc *Laxantia* in specie communiter sic dicta; quæ libera inter se, & cum ante propositis mediocribus quibusdam Catharticis facta collatione, similiter recensemus. Siquidem in rei veritate tertiatæ tantum vel sub quadruplicè, imo minutiores adhuc horum doses suo tempore & cum iudicio adhibitæ, idem præstant, quod specialibus illis diffusissimisque Eccoproticis simplicibus, aut (mediocrius accessui, quod suum est, plerumque debentibus) compositis vulgo tribuitur.

Et qui proinde *Aloen selectam*, supra dicto modo tantum cum aqua simplici Extractam seu depuratam, inque Vaporoso Balneo coagulatam, cum Elixirio proprietatis, (non aut parum saltem acidulato,) vel potius cum Essentia Absinthii aut utriusque ana, subegerit, & quatuor præter propter ex uno grano pilulas formarit, ob singularem, (& in nostratis quoque foliorum succo, Epidermida quasi vel-

vellicante observabilem) stimulandi vim, in duabus, quinque, septem, novemve minutissimis ejusdemodi catapotiis, appositissime brevi ante coenam vel etiam decubitus tempore sumptis,) & mane simul Tincturis Essentiisve appropriatis Aperientibus vel Martialibus, Hystericis, Cephalicis, &c. continuatis,) sic profecto inveniet, quod longæ recentiorum variationum ac substitutorum seriei, quibusvis scilicet (diversorum Authorum velocorum) Angelicis, Tartareis, Polychrestis, Proprietatis, Aloephanginis correctis, Spleneticis, Antihypochondriacis, Stomachicis, Hystericis, de Eupatoria, de Ammoniaco, de Rhabarbaro, & consimilibus Aloeticis Massis, (cum Gummeis, Chalybeatibus, Vitriolatis, Armoniacalibus, imo debilioribus quoque & numerum tantum hinc ac magnitudinem, vix adeo effectum intendentibus Succis Extractisque varie consociatis aut aggravatis) passim tribuitur: & quod alii, (quo æque minutæ paucioresve pro dōsi Pilulæ proveniant,) in Aloë rosata & violata Scammoniatis aut Jalapinis acuata, vel in Aloephanginis per trochiscos Albandal extimulatis, aliisque Helleborum insuper, Asarum, Agaricum &c. (& si huc referre licet,) etiam Scilla vel Aronis particulam sub extractione Aloës recipientibus, aut ex Aloe, Cardui benedicti Absynthiique Extractis eorundemque Sale alicubi Famigeratoribus hic suppositis queritur. Si quidem mediocres etiam naturas simplicissimæ hæ pilulæ, (præsertim inter continuationem & assuetudinem,) citra alterius stimuli accessum sufficienter movent; sive duriores vel alios quoque, alia de caussa, paulo sensibilius laxare, & primarum viarum saburram evertere voluerimus, datis trihorio præter propter post coenam, quatuor, quinque vel septem Pilularum purgantium suprapositarum aut.

aut consimilium granis, idem æque feliciter salubriterque obtinetur, absque totidem Massarum multiplicatione. *Ut utroque hoc, in chronicis præsertim per quam conducibili modo*, sub Pilulari forma contentus multo minus adhuc indigeat ullis antiquiorum dispensatoriorum *Aloephang:nis*, *aroconfinis tæd:ose peregrinis*, item de *Succino*, (etiam superioribus annis alicubi interpolatis;) de *Aloe rosata* quasi extemporaneis; effætis *Aggregativis* & (pura Hieræ simplicis innovatione) *Assaireth*; imo (cæteris paribus, & ni particulam Aloës purgantem accedientem accessoriis consimilibus, data opera & vel extempore tunc associare placet,) ipsi *Pestilentialibus vulgaribus*, & quæ alicubi nunc iisdem ingredientibus cum *Mithridatio* compinguntur. Reliquæ alias hac tempestate exoletæ sunt, aut apertè supervacanæ: ut de *Hiera simplici*, & cum *Agarico*, de *Aloe lota*, (& aliquantum *colocynthinæ*) de *Hiera composita*: item *Masticæ næ officinarum*, indeque vix differentes de *Aloe* & *Masticæ*; de *Rhabarbaro* & *Eupatorio vulgares*, similiter parum distantes; & neglectæ nunc imperiales. Quo jucundissimas, Pharmacopœis tamen hodieque insertas *Heras* referamus. *Simplicem* & cum *Agarico dictam*, &c. quæ valent ut vocabula & nummi; hicque ordinis servandi caussa tantum nominantur. Sane si quis omnino *Dilutum Aloeticum*, variationis aut certarum circumstantiarum caussa expeteret, solvat saltem paulo ante positarum Minutarum Pilularum massam cum sub-octuplo *Salis Tartari communis* aut *Essentialis*, vel etiam nitri fixi, in sextuplo *Aquæ spirituosisioris* v. g. *Absinthii* vel alterius competentis; (*Aloe* cum subduplo vel subquadruplo *Alcalium* in suff.quant. *Spiritus Vini digesta*, amarorem in filtrato Liquore insigniter statim, tractu temporis fere penitus, at vim

vim catharticam notabiliter simul deponit;) & habebit insuper largiter, quod non solum in vulgari illo, lippisque ac tonsoribus noto *Elixirio proprietatis* cum spiritu Vini solum confecto, verum etiam in speciosioribus supraque jam notatis reliquis *Elixiris laxativis*, ad imitationem Proprietatis compositis, consimilibusque liquoribus & antiquario *Hieræ Infuso* queritur.

Ita si porro quispiam (longissimorum abominabiliumque Apozematum loco) simplicissimum faltem, nec tot alterantibus nequicquam obrutum *Infusum Senæ*, supradicto parilive modo paratum, in aliis subjecti vel affectus conditionibus convenienter adhibuerit; si pauca quædam v. g. *quatuor*, *sex* vel *octo Pulveris nostrilaxativi* vel *Falapii grana* solitaria vel Tartari puri aut deputati scrupulo præterpropter, aliisve (siquidem placeant) salinis detergentibus pro lubitu sociata; si forte pro superpondio, & loco tot effectorum ejusdemque fere generis Siruporum uncialiumque (inter vulgatissima matrumfamilias Eccoprotica aliaque sollicitantia) Electuariorum, *Extracti Senæ*, (dum forte complacuerit,) dilutum, aut aliquot *Falapii grana* cum *Rosaceæ* vel *Florum Acaciæ aqua* & gratoribus acidulorum *Fructuum Essentiis* sub semunciali præterpropter pondere dederit: accendentibus & interdum solitarie satisfacientibus Abstersivis illis Tartareis, Antimonialibus, Martialibus &c. certe parili facilitate debiliores per Epicrasin, obstruktionesque etiam consumacioris alvi sufficienter laxabit. Ut proin nec *Cassiae* quovis modo extractis indigeat Floribus, alias jampridem non uno nomine suspectis, corruptu plerunque facilibus, per se nauseabundæ molis, pro involucro vero domesticis satisfacientibus: Nec *Tamarindis*, sapore quidem non mole, (nam per se æque

æque segnes sunt,) acceptioribus; parabiliori simul alio vehiculo acidulato, vel vini saltem (ut pote cuius imitamento potissimum agere videtur,) Tartaro; ut eo magis supervacue *Tartarus inde elegans* quidem, seorsim colligatur; parabiliori- bus denique tot vernaculis (ad solutiones Martia- les, Coralliorum &c.) acidis succis. Imo nec *Mannam* (si referre huc pro more licet,) tantopere hic exiget; *seu simplicem, seu curiosius Tartarisatam.* Non dicemus, forte tantum bilescedo, potissimum purgare, æque ac dulcium pene fructuum pulpæ: ignaros saltem copia assumendæ terret; & licet vel Originis caussa etiam in Chimicis laboribus haut sit inconspicua, Spiritus tamen (etiam re- petenda destillatione colligendus, & in suo genere commendabilis,) Melleum (longe parabiliorem) hic parum superat; internis usibus, plerisque in af- fectibus, Tartari spiritu est posterior; nec *in Sale quasi essentiali saccharino*, stiriis nitriformibus in si- rupiformi Mannæ dissolutione tractu temporis concrecente, nobisque per accidens aliquando (ceu aliud agentibus) oblato, seu digerendo seu in parilem lane spiritum desfillando, singulare quid- piam, (concentrati hic salsis macrocosmici persua- sione ducti,) haec tenus invenire potuimus.

Sique sufficientiæ suprapositorum intuitu, pri- mitiva hæc merito tantisper dimituntur; magis ad- huc cadent *earum Productæ*, quæque prætererea componendi variandique studium vel nuda anti- quitatis observatio dispensatoriis & hinc officinis intulit, v.g. inconcinna profecto *Decocta illa, Aperi- ritivum Majus ac (nomen mentitum) minus; Epithymia, Fumaria, Capillorum veneris, & Senæ cum Folliculis; Decoctum Majale quorundam; Infusa usitati Dispensa- torii duo,* (quorum alterum tamen decoctum est,) cum

cum Sero Lactis, &c. haec tenus ex præscripto officinalia : item supra jam notatum *Hydromel simplex* (vere tale,) & in rei veritate tantopere non *Tartarisatum*. Quasi vero Senæ, Rhabarbari, Agarici &c. virtus commodius (extemporanea quoque pulveratorum, vel Extractorum mixtura vel imitatione) communicari nobis nequiret, nisi per diffusissima hæc (mellita quoque) vehicula ; aut citra (multæ quidem molis, efficaciæ vero, ni laboriose corrigas, ut plurimum exiguae) Sirupos : *de Cichorio sc. cum Rhabarbaro, Diasereos*, (ejus supervacanea interpolatione;) *de Tribus, de Pomis* ; aut citra exolescentes nunc *de Polypodio, de Carthamo, de Epithymo, de Fumaria, & qui Rosatus solutivus si- ne Hellebero inscribebatur &c.* Aut denique citra nauteabundam Electuariorum (per Mannæ, diversarumque pulparum accessum nequicquam increscantium) consistentiam ; *in Diacatholico scilicet, Lenitivo Florentz. de Manna & Diacassia cum Man- na, in Cassia extracta delataque illa Tripkera, &c.* jam magisque vilescentibus : ipsum de *Tamarindis* commendatissimum, tandem Sennatum quid est. Nec porro, (tot compendiorum acceptiora vel extemporanea, pro lubitu facillime præbentium respectu,) opus esse videmus, ut haec tenus *Officinalia adeo operose corriganter* ; aut speciosioribus quidem, at nihilominus ingratiiora vel ignaviora, (*Myrobalanos, Agaricum, Rhabarbarum &c. sæpen numero cum adversioribus quoque alterantibus multiplicata ad sciscentibus amplificantur*: v.g. *in recentiori Dia- cassia cum Manna & Cassia laxativa prima & secunda, Pulpa prunorum Seroque lactis purgante, aqua laxati- va secunda, Extracto Magistrali lenitivo*, item in alterius censu *sirupo Dysenterico laxativo* (hujuscemo- di tamen mediis raro veri juvamenti quidpiam, ple- rum-

rumque plus noxæ conferentibus; *Confectione Pasculata M. aliisque formulis*, pristinis illis jam ab initio seculi adhuc dum à diversis diversimode, pro more superadditis, & imposterum procul dubio, ob leves sæpe circumstantias superaddendis. *De Terebinthina integrâ, vel quavis ratione à subtiliori parte liberata*, utroque modo laxante, & extempore hoc pariter applicanda, suo loco dicemus: ut interim nec *Cathartico Terebinthinato*, nec *Bolis inde laxativis purgantibusque Pilulis ve hoc fine Terebinthinatis* (inter simplicissimas ejus extimulationes,) præcise tantopere indigeamus. Multo minus autem muliercularum *ex Acacia Floribus aut Sirupo, Diapruno simplici & aque deside Laxativo, Conserva Rosarum cum Manna, vel Melle ac Sirupo Violarum aut Rosarum solutivo*, (etiam variis in Muchero compendiis quæsitis nihilominus) plerumque nominali, nec adeo innoxio, præsertim in febrentibus atque lactentibus, inter tot his colicisque longe tutiora abstergentia, alterantia ac subducentia.

Et sane quod in specie *Infantes* attinet, equidem fallendis iis hodieque diversiformia Saccharina sunt proposita: sed ne de diffusa plerorumque dosi, (sæpè vix una vice complete ingerenda, neque de multorum adversitate adhuc dum, (inter varias obnuptiones) nihilominus satis perceptibili dicamus; dulcor saltem ille sacharinus in præternaturalem amarorem vel acorem lactentibus (præsertim febrentibus aut torminosis) prona inclinatione abiens, quantarum turbarum autor sit, convulsiones consensuales) non opinantibus & caussas longe altius potentibus,) hinc inter curationes, etiam sub ejuscemodi alterantibus passive obortæ, tota die testantur. Cum autem adultiores quidem, Pulvere laxativo supraposito utroque, (à grano uno ad duo præter

præter propter dato,) sat commode secureque nobis evacuentur : Minutioribus vero, præter illa nupernorum Euporista (oleum scilicet Amygdalimum, Anisi Ireosve florentinæ pulverem, ac reliqua muliercularum Externa, imo præter sola plerumque sufficientissima Præcipitantia diaphoretica,) *Pulvere simplissimo, ex cornu cervi Philopsohice calcinatis partibus tribus & Jalapii parte una parato,* & ad granum unum, duo, (trimestribus sœpe tria) exhibito, probe satisfiat; imo si quis in hac primorum mensium inanimadvertentia amaricantium adhibitionem haut adeo attendat, *etiam dimidia vel unicæ pilula Aloëtica in materno lacte soluta* longe salubrius tantisper succurratur; cum ablactatos denique ac [mage tum quidem refractarios] minorennes, tenerrimos quoque, supradictis [sub varia persuasione occultationeque perfacili,] feliciter haçenus (*citra tantum Morsulorum, Confectionum Conditorumque apparatus*) nihilominus fefellerimus; non videimus, cur hoc fine tot istius generis, tenellis compluries mage noxia, vel in accrescente ætate naufragiam nihilominus præter rem concitantia, utrinque supradictorum intuitu tantisper supervacanea (quo totiens innovatas *Passulas, Zibebas ac Prunellæ laxativa, tot Rhababaratas Turbetinasque adversus lumbiculos Tabellas & Rotulas, Species ac Pulveres, Syrupum Magistralem pro infantibus, de Cichorio cum Rhabbararo, Rosarum solutivum, aliosque referimus,*) contractiori huic apparatu seorsim inseri debeant. Quod autem subducto calculo major sic fusionibus (ad consistentis ætatis proportionem,) Dosis ingeri videatur, is qui ventriculum lacte pappisque continue fere plenum cogitat, haut demirabitur.

*Prægnantes* autem quod concernit, principio certum est, plerunque supervacue Purgantibus pas-

sim

sim tentari, quod longe compendiosius securiusque solis Præcipitantibus, Anodynis, Hystericis aliisque specificis temperationibus, sub paulo circumspectiori methodo tantisper transfigi poterat. Quod porro & ab altera parte, dum omnino laxatum quid necessarium esse videtur, negotium (ob particulares teneriorum observationes,) ut plurimum nimis intendatur: siquidem imprægnatas, ingravidationem ex ignorantia abjurantes, vel alias à versatis quoque Medicis pro cachecticis, hysterics aut hydropicis per draſtica ſat valide ſæpiusque, at nihilominus impune tractatas, nullibi non invenias. Atque hinc ut delicatores pro cruditatum subtractione apertaque servanda alvo, (etiam tuberculis illis hæmorrhoidalibus circa gestationis finem non obſtantibus,) *Pilulas supradictas Aloëticæ*, imo neceſſitate ſic tandem jubente, *Sennata quoque Infusa*, inter alia Eccoprotica huc quadrantia ſat commode ferunt; ita nec v. g. *Jalapinis ſolis*, aut *Tartaro vel Scammonio quoque sociatis*, robustiores (dum omnino opus fuerit) laeduntur. Ut proin nec hac de cauſa *Rhabarbarata*, *Diacydoniatæ*, *Rofata*, &c. (per Sacchari, Mannæ Cäſſiæque dulcorem tormina hysterica plerunque magis concitantia,) item *Myrobalani aut Mechoacanna* cum congeneribus tantopere exigantur. Ac quæ haētenus diximus, etiam de Puerperis intelligenda veniunt; factaque de cætero optimum, ut missa hic vulgatorum legum observantia, totum utrobique per *Appropriata sua* tantum transfigatur.

## Purgantia Externa.

**I**Nter Externa tandem, quantum primò ad *Clysteres*; qui Remediorum revera conferentium, non

non ob consuetudinem saltem conferre creditorum) effectum paulo curiosius attendit, facile nobis condonet, si dixerimus, in affectuum reapse curabilium medelam vix ultra *Emollientes & Anodynوس*, (pro diuturnis scilicet alvi obstructionibus, immaniorique dolore nonnunquam sic placando,) alias requiri; atque hos ipsos facilissime sufficien-  
tissimeque nunquam non parari posse saltem è do-  
mesticorum miscella, vel insuper (siquidem Acu-  
inen quoddam alicubi exigatur,) incoeto vel inter-  
misto suprapositorum catharticorum competen-  
tium aliquo; citra *Cassiam Officinarum extractam*, ci-  
tra *Diacatholicum*, *Mel Mercuriale Hieramve simpli-  
cem*, ac citra recentiorem *Cassiam pro clysteribus*, citra  
*Electuarium pro iisdem*, aut *Pulpam Prunorum pur-  
gantem*, *Sirupos Mercurialis, &c.* seorsim reposita. Eo-  
demque extemporaneo quasi, modo *Acriores* quo-  
que confieri possent, citra omnem & veterinari-  
am tere *Logadii Pacchiane*, aut usitatiorem hactenus  
*Compositam Nicol. Hieram*, citra *Electuarium Benedi-  
ctum Laxativum*, *Oleum Diacolocynthidos*, &  
consimilia: squidem omnino quispiam in vehe-  
mentioribus affectibus operæ precia se talibus (vul-  
go hinc passim, ob subsequos etiam accidentarios  
eventus alias exofis,) promereri crederet: licet nos  
quidem tamdiu vix ac ne vix quidem reale juva-  
mentum inde plerumque observaverimus; imo  
*Lenientes* quoque, in capitis &c. morbis, (saltim  
alvi admonendæ aliarumve speciosiorum indica-  
tionum causa infusos,) novos tumultus, sopores  
aut convulsiones plus vice simplici concitasse vi-  
derimus.

*Suppositoria* quænam materfamilias diversimode  
non conficit? è lardo, sapone, candelæ frusto,  
adipe, fico, & potissimum triviali melle; quod

etiam, dum opus, vel *Ialappa pulvere* sufficienter acuitur: ceu nec quæ ex Alumine formantur, in certis circumstantis fallunt: ut *Species pro iis ac Pulveres varie Colocynthinos, Aloëticos, Helleboratos vel etiam Antimoniatos* asservare sit plane supervacuum: æque ac semirustica illa de *Arthanita & Agrippa &c. Off. Unguina, cum recentioribus etiam Substitutis,* & eleganter quidem è feminibus nonnullis, (fere rarioribus) atque arillis *expressis Oleis.* Cum Alvus simpliciori sæpe ratione (per Cataplasmata emollientia, Calidæve vaporem molliri, vel solo Sambucino expresso solicitari posset:) delicatulique tot internorum modis hodie haut difficulter fallantur.

*Odores* (supra quoque tacti,) indirecte tantum interdum aliquos, præ mollitie ad adsumptum olim graviusve spirans medicamentum (vel visa pyxide) nauseantes movent: nos potentissimorum quoque catharticorum extractiones in hypocausto tamdiu exhalantes, (nec duri tamen,) haud quidquam unquam inde sensimus. *Infusorum in venas* certior adhuc expectatur experientia: & quis nobiscum (etiam sat nauseantibus,) bis pharmacum per os, quam semel ista via suscipere nolle? Ita quoque *Tabacinus clyster* inter experimenta curiosa locum mereri quidem poterit; in praxi hujuscemodi suffumigium profecto foret hic semisordidum, aut petulantioribus pro deridiculo.

## Vomitoria.

**V**omitoria proprie dicta, qui nunc in Vegetabilium cohorte quærit, Antimonialium præstantiam & securitatem data opera ignorare velle

videtur : siquidem & (aliquot tantum dierum aut septimanarum) pusionibus suffocativi quid patientibus innoxie dantur, minusque hinc , proculdubio ob paulo ante dictam causam, præ adultis commoventur : (quamvis timidiusculis aut certis in circumstantiis, etiam *Iris florentina pulverata*, & *paulo liberalius*, ad grana tria, quatuor , exhibita officium hic quoque suo modo faciat.) Qui porro duro non nunquam nodo Mercuriale quendam , rite paratum cuneum considerate applicat, utroque sic contentus, ne *Asarum quidem* (*in substantia infusoque sumentes profecto fatis exercens* , ) exiget , aut supervacuum læpeque turbans tantum, parum autem promovens (ni Antimonio stimuletur , ) *Extractum, quovis etiam modo paratum* : *Decoctum alias deses, Diasarum* (inter vana accessoria) antiquarium jam est: *Elleborus albus virulentus*; *Correctio ejus maximam partem superficiaria, vixque mitius Extractum simplex*, æque ac confuse quorundam *Compositum*, & quod ejusdem sortis, *Extracti specifici Emeticici* nomine venit, (simul *Efulinum*, improportionaliterque vitriolatum ; ) nec præsentius quidpiam in *recentiori Elixirio Emetico vegetabili secundo*, (utroque helleboro constante,) invenimus , aut in solitariis completisque (vel in speciem interdum postmodo exitiosis, (*Extracti Hellebore nigri dosibus. Esula*, & utroque *Ricino* interiora frustra exuruntur; adeoque neque istorum producta, *Species scilicet Diaesula*, indeque (cum Theriaca adjecta constructum) *Catharticum vita, Elixiremeticum vegetabile primum, Sirupus purgans vegetabilis recentioris inventionis consimiliaque Tithymallina germina, Extracta atque Mixturæ*, superiorum intuitu huc referri merentur. Eademque de causa *Oxymel de Peto simplex & compositum*, (superioribus quidem

lustris tum non adeo rejiculum) nunc in exquisitiōri Mineralium excolitione contractiorique remediorum apparatu supervacaneum; *Decoctum Infusumque Tabaci semirusticum* est, & que ac extēni hinc *capitis ventrisque Litus*, & medicastrarum *Oleum arillarum Sambuci*, &c. ejus sane turbulentiæ, quæ in Antimonio rite præparato atque dato vel non invenitur, vel citius securiusque terminatur, *Reliqua* notorius languor ac perfreqens expeccationis frustratio alias hodie fere penitus, (nisi quod aliqui talium consarcinatione ingenium ostentent,) expunxit: ut v. g. *Raphani* (cujus integra radix incassum estur,) *succum atque semen, Atriplicis semen & radicem, Melonum, Cucumerum antiquarii-que Cyclaminis radicem, Ebuli ac Sambuci plerumque nauseæ tantum, (etiam in acetariis) creatrices Gemmas, Flores, (quibus vinitores nequam alicubi Muscatellinum saporem, at mane non sine crapula ino malitiose conciliant,) & rusticorum *Cortices*; *Iuglandis item cortices, & diffusa molis Iulos*, quæque insuper in Sylvis medicamentorum hinc inde, vel ex aliis tantum recitando proponuntur. *Lenia illa*, (*laxantia saltē, aggravantia, vel conatum natura facilitantia*,) alias in vulgus nota, infrequentioris nunc usus, ac revera parvi (ni paucos aliquot forte casus excipias,) momenti sunt.*

Atque hæc de vegetabilibus Catharticis. Quæ ex *Animali Regno* vulgo huc trahuntur: *Rasura unguum, Saponis in juscule frustum, ova formicarum Barbique pisces*, (quæ tamen copiosissime impune nihilominus ingeri sæpe vidimus,) *Stercora diversorum animalium, aut proprii sympathetica (vanaque) trattatio*, &c. sordida sunt, aut temulentorum vexationibus, medicastrarum vel superstitionis negotiationibus, quam comptæ Medicorum praxi aptiora.

Ca-

## Cathartica Mineralia.

**E** Mineralium vero *prosapia* cum quamplurium effectus revera præsentaneus, parabilitas suo modo major, & dosis plerumque acceptior existat, merito hinc aliqua, (tanquam tamdiu boni viri Remedia, donec Universalia vel Alcahestina pandantur,) pro apparatus nostri complemento seligenda, seu vegetabilibus (dum evertendo malo haud raro imparia deprehenduntur,) associanda veniunt : similiter tamen ex usitatiōribus tantum & experientia hactenus sufficienter probatis. Ut enim frustranea institutoque nostro contraria hic quoque foret Pharmacorum ejusdem naturae & effectus accumulatio; qua tamen hodieque libros & Myrothecia hinc, (inter inanes eodemque tandemque recidentes Variationes, ac Novorum vel quasi modorum, Menstruorum, Extractionum, Destillationum, Volatilisationum, Correctionum inventiones,) referta cernimus : ita nec adhuc dum minus probata, infida, præter rem vehementiora crudiorave minus versatorum abusui temere hic exponernus ; aut exscriptis citra præviā tentationem, vel in museo passīve natis, coram Vulcano expirantibus processibus (quæ paulo exercitatiō vel è sola lectione dijudicat,) tyronēs lactabimus; nimiisve demum laboribus atque expensis (in speciosas quidem, at supervacaneas tot ambages, pro melioratione scilicet remedii excogitatas) necessariis, in praxi alias sat operosa nequicquam onerabimus.

Sit itaque primo, quod è progenie sua quidpiam contribuat, *Antimonium*; etiam Exteris, post diuturnam condemnationem, haut ita pridem.

demum publice adoptatum : *selectius si datur* ; sed nec minus striatum minusque rubens , (nisi quod nonnunquam in Cinnabaris copia aliquantum desicere videatur,) officio suo deest, *Emeticaque*, primo dat (ceu notum nunc,) præsentissima, sufficien-  
tissima, passim tamen (ut invenientium ac colligen-  
tium genius forte tulit,) non sine luxuriante adhuc-  
dum excessu. *Vehementiora crudioraque*, & qua ob  
*circumstantias quasdam incertioris dosis sunt, aut alias*  
*præter rem operosiora*, (dum compendiosa enchirisis  
satisfacit,) intentio nostra hic non admittit, & è se-  
curioribus parabilioribusque vel unicum aut duo-  
sufficient.

Cum proinde *Crndum aquosos nec satis acidulos*  
*Liquores*, (incoquendo vel infundendo,) parum  
hunc in finem alteret; *in Substantia libellis* quidem  
suspectum, ab aliquo tamen hisce diebus ad grana  
duo vel tria cum aliis Epilepticis præcipitantibus  
non ut Emeticum, sed ut specificum antiepilepti-  
cum commendatum sit; *Vitrum vero commune seu*  
*intensius seu remissius* (pro additamentorum vel En-  
chirisis ratione) *rubens*, profecto tædiolum, & si  
quis extemporaneum *Puniceum* aut quoque (mitius  
creditum) *Succineum* è superfluo forte Mercurio  
Vitæ paratu facile, excipiat; cuncta tamen per se  
admodum turbulentia existant: cum *Flores vulgares*  
*ex Antimonio*, aut curiosius è *Minera* vel (carius sal-  
tem) è prævio *Regulo* diversis compendiis ac (fasti-  
giatis quoque vel folle sollicitandiis) furnis, varie  
variisque oloribus (*albi, flavi, etiam eum Ammo-*  
*niaco sale, rubrique tandem*) conquisiti, adhuc tæ-  
diosiores; & si quis accidentarios, (sub Croci vel  
Clissi detonatione prævenientes, neglectaque reji-  
cula quædam Retorta facile retinendos) offerat,  
in totum tamen nullatenus mitiores deprehen-  
dan-

dantur : cum *Mercurius vita communis albus*, aut per violentiorem ignem disjecta *Cinnabari luteum*, in substantia æque vehemens , per accendentem *Santalimum nostrisque similiter communicabilem*) *colorem* nihilo hinc mitior , Diaphoreticis autem usibus (magnō Bezoartici mineralis compendio) præsertim luteus ille aptior ; selectorum insuper nostrorum Præparationi ex parte inconvenientior; *Regulus denique in Globulos deglutientes fusus Empiricorum* tere , inæqualis insuper operationis & fastidiosus sit : ex adverso vero cum *Crocus Metallorum*, tantum *Vulgaris* (citra superstitionem in hujus vel illius Autoris aut *Terra sanctæ* inquisitionem ,) cum solo *Nitro* absque Sale communi , imo (cum sulphurearum particularum sat hic pro deflagratione reperiatur ,) sine Tartaro quoque in neglectiori crucibulo , vel pro salvando cliffiformi spiritu in Retorta perforata confectus , (dimissa insuper Alcali absinthiaci , Nitri seorsim prius fixati vel Arcani duplicati , aliorumque curiosius huc requisitorum perditione ) admodum existat parabilis ; Florum insuper & Vitri vires in potioribus Extractionibus , aliisque chimicis laboribus sat commode suppleat ; cum porro per (appropriatum hic fere) Nitrum aliquanto pene sit cicuratior , Ophthalmicis aliisque chirurgicis Topicis haut inutilis ; & nitrum fixum præterea , quasi gratis suppeditet ; forsitan proinde non immerito Hepar illud ante dictis in tantum præferimus , & syllogi nostræ inserimus , pro unius alteriusve hinc euporisti quasi fundamento . Nec enim in substantia , (æque sat violentum,) hodie circumspectior quisquam dederit : siquidem nec *tenerior ejus Pulvis*, (è Croco post detonationem statim cocto , per acida

præcipitatus,) nec crudiora prioraque posse præcipitationem Antimonii Sulphura adeo sunt sedentaria; sed si subiecta quædam competentia decenter imbuuntur ejus seu teneriori, & instar Aloës (sub exigua quantitate nihilominus semet exerente) substantia, seu (quod de integri Viri infusis quis crederet) aliqua tantum irradiatione & peculiari hinc particularum adsumpti Liquoris aut Pulveris dispositione; remedia hinc pro everrendo stomacho sufficientissima, securiora tamen & sat, ceu decet, mitificata, passim prodiisse haec tenus, nemo nunc nescit.

Atque ut è talium indefinita fere congerie scopo nostro convenientiora quædam producamus: si (quoad sicciam quidem formam,) Tartari emeticæ Absinthiaci imitamento quispiam, (ceu alibi quoque circa elegans istud remediique genus notavimus,) Crocum hunc metallorum pro more edulcatum, cum ana Tartari depurati vel purioris in decuplo vel duodecuplo Aqua simplicis calida per triduum in loco calido infuderit, sapius agitarit totum, & postmodum (ad Tartari quasi dissolutionem) coquendo calide filtravit, filtratumque liquorem ad dimidium exhalarit, intra 24. horas crystallos haut inelegantes colliget, à grano uno ad tria quatuorve, durissimis alicubi ad quinque vel sex felicissime securissimeque expedientes, quod ex aliis omnibus (varie paratis aut correctis) Pulveribus emeticis antiquioribus aut recentioribus sperari poterit. Nam (quo secundum propositum nostrum ea inter se & cum Tartaro hoc conferamus,) tædiosum illud Vitrum cum Aceto destillato vel spiritu Sulphuris correctum, (in se ut plurimum hinc humidiusculum,) item Regulinum, & Mercurius vitæ Regulinus vel cum Sale communi trivit, (Hydropicis plerumque per traditiones saltem tan-

tantopere commendatus,) aut *Aceto destillato impragnatus*, *Flores porro cum Sale similiter triti*, aut *Hiuturniori digestione aliquantum mitificati*, *Pulvis è spiritu Salis*, (*Vitro vel Croco Metallorum probe saturato*) per *Aquam simplicem præcipitatus*, & parum à Mercurio vitæ sic differens, item *consimilis ex Aqua Regis* (*Antimonio vel Regulo ejus impragnata*) parili *ratiōne pessundatus*, &c. passim & in plerisque longe vehementiora observantur. Præter omnem vero necessitatem operosiora carioraque, nec tamen mitiora sunt *Antimonium crudum Aceto proprio* (parcissimo illo) *rubificatum*, *Vitrum* (ob Auri aliquantillum) *Solare*, *Pulvis e Butyro Antimonii per Nitrum in Aqua calida* (quantum hæc ferre poterit,) solutum, (alias haut ineleganter) *præcipitatus*, & qui negotiosius adhuc ex *Electricis quibusdam Mixturis instar solitarii Antimonii cum Sublimato destillatis*, ad modum *Mercurii Vita petitur*. In *Laxativo Minerali*, seu Mercurio vitæ, vel etiam *Vitro Antimonii* cum *Nitro aliquantis per* (pro aliquali cicuratione) liquato, vel uti loquuntur (quamvis ægre invicem accendantur,) detonato, lapsus exercitatis etiam est perfacilis, ut post leviculam sæpe moram intensioremve fusionem deses hinc exeat, cum incertiori diffusiorique dosi; æque ac in (respective hic ingratori) quovis *Tartaro Vitriolato emetico*. Cum denique supradictus *Tartarus* in se sat efficax sufficiensque, nec in tantilla dosi ullatenus sit adversior, aut siquidem necesse omnino fuerit, extempore domesticis quoque pulpis, conservis, passulis &c. includi vel occultari queat, non videamus cur amplius insuper *Electuaria Antimonialia*, *Antifebrilia* &c. plerumque satis adhuc crudia & violenta, vel Pilulæ Trochisci que Diamargariti *Vomitorii* cum consimilibus variationibus exigantur.

tur; aut Mercurius Vitæ simplex vel cum sale levigatus, aut Laxativum illud minerale *in Confectiones Anisatas vel Citratas consimilesve Rotulas* seorsim (sæpe non sine inæqualis mixturæ suspicione,) fallendi causa redigi debeat. Ita quoque si placuerit, mediocris Tartari istius dosis, granis sex vel octo Jalapii pulverisve nostri Laxativi facilimo negotio quandocunque quidem libuerit, permiscetur: ut nec *Pulveres Emeticos vel Antimoniatos catharticos* (è vegetabilibus purgantibus &c. abstergentibus insuper compositos) actu atque separatim prostare opus sit.

Multo minus autem in manifesta ea Antimoniorum longe acceptiorum sufficientia Medicus paulo gratosior deinceps ulterius requiret ab omnibilem illam *Gillam Venereum*, *Vitriolum album commune vel depuratum*, *Vitriolum vomitivo purgans, factitium, Regeneratum aut benedictum Vomitorium Mannam*, *Sal Vitrioli Vulgatius*. ut enim *ultimum* (post debitas calcinationes aut irradiationes stiriformiter plerumque nec injucundo sapore collatum,) haut raro tamen post diurniorem assevationem (ceu nobis aliquando post octennium demum accidit,) semivitriolescens, laboriosiorum Arcanis aliisque Visitationibus Interiorum Terræ &c. lubentissime linquinus: ita quod *Vulgare Sal*, ita dictum attinet, non videmus, cur miseriorum Palatum atque stomachum Vitriolicis illis (quamvis equidem innoxiiis, efficacibus planeque parabilibus) amplius nequicquam adeo vexemus, præsertim cum sumentium plerosque haut minus quam Antimoniatum quoddam exerceant. Excessive *Vitrioli Martis factitii, Lunaris crudioris* (forte tunc image Venerei,) & in eo nauseabundi dulcoris excessu adhuc adversiores *Saturnini*

*coaguli Doses curiosiorum particularibus Observationibus, hautquaquam vero quotidianæ decentioresque Praxi debentur.* Nec cur *Æris squamma vel Croco, è Vitriolo pure venereo consimilive ratione conquisito &c. naturæ perquam adversis ac semi-strangulatoriis, ventres turbemus; aut interdum inanes tantum nauseas cieamus, (cum quoad cachexias quidem Martialia longe commodiora sint,) necessitatem aliquam hucusque deprehendimus.* Atque hæc de siccis.

*Liquida* quod concernit, cum ex Antimonio sub ea quoque consisténtia existere quidpiam similiter varios in usus conveniat; exactenus autem usitatoribus permulta ob incertas & inæquales evaporationes aut abstractiones, incertiusve Menstrui alteriusve liquoris aut sacchari pondus, &c. incertas hinc infidasque Doses reddant; alia nimis sint violenta, vel è contra languidiora aut præter rem ingrata; è curatioribus proin, fistamus hic *Oxyaccharum* simplicissimum at tutissimum, etiam infantibus; si v. g. trimestri grana duo præterpropter, anniculo grana septem, octo &c. uti adultis (hic locoruñ) ad drachmas duas, tres vel unciam semis quoque detur: siquidem Drachma ejus uni Croci metallorum grano respondet; adeoque Scrupuli octo ejus (tanquam præ Vitro Floribusque hic commodioris,) infunduntur per triduum in Aceti communis (nec destillati, utpote nimium fidentis) unciis decem, in loco calido, saepius agitatus liquor, (qui de Croco revera quidpiam dissolutum vehit,) filtratur, eique ana sacchari albi additur, vitro clauso in calida detinendo sponte solvitur, & si libet, Essentiæ Papaveris erratici drachma tingitur. Ita *Oxyaccharis reliquis Angelicam, Zedoarium &c. frustra adsumentibus, longe erit jucundius; cocturam vel*

*exhalationem pro consistentia requirentibus*, in Dosi certius; *Sirupis emet:cis è Laxativo minerali, vel floribus Antimonii cum vino & aromaticis Essentiis operosius confectis*, nihilominus & ad minimum par & parabilius. Nec considerate id exhibens, vulgatissima nunc sed crudiori pene illa *Aqua Benedicta, tædioso Terra sanctæ Liquore, Infuso emetico cum spiritu Vini* (at plures in casus hic calidiori,) facta, vel cum in Vino Melicratove etiam, si opus foret, dari queat) *Vino vita, Hippocratico emetico consimilibusque supervacuis variationibus amplius indigebit*: multo minus *Vino vindemiæ tempore, quo simul deferbeant, sulphure Antimonii crudiori hunc in finem alicubi medicato, Annulis nummis ve vitreis, aut Calice intus ita incrusterato &c. curiositatibus, difficillime in præcillas doses præsertim pro teneroribus) determinandis*. Cujus generis etiam sunt *Essentiae è Floribus cum Acido Tartari, vel carius similiter e Floribus aut Laxativo minerali cum Essentia i sale Tartari* (aliis usibus convenientiore) confectæ: crudioresque *e crudo, detonato vel florificate Antimonio per diversos processus liquoresque propositæ Tincturæ; nonnunquam tamen etiam nauteæ tantum cujusdam, æque ac mediocria quoque Antimonii Sulphura interdum solent,) creatrices, nec nisi sub excedente Dosi vere Vomitivæ.*

Qui vero præterea, forsan ob peculiares persuasiones, *Aceta destillata, propter Saturni contagium potius, quam Thapsiæ vel Asari accessum) vomitoria;* *Sapphirinam quidem spectantium oculis at palato suumentum infestissimam Gillam (e Vitriolo Veneris factitio) liquidam, decoctum squammæ aeris cum Tartaro &c. penitus abominabilia huc insuper accerset, data opera sat alias afflictos amplius,*

plus affigere velle, non immerito censemur.

Atque haec de Antimonio, ciendis vomitibus accommodato. Num autem hinc progressus ad *sola Inferiora*, (quasi medium inter duo extrema,) certo perpetuoque detur, jampridem anxie quæsum est : & acquiesceremus etiam sua vegetius, (non solum, ceu quidam asseruerunt, Aloëtice vel Rhabarbariformiter tantum) expedienti : cum secessus Mineralia haec vel per accidens nonnunquam subsecuti, profecto longe præsentius quid conferre videantur præ Vegetabilium sollicitationibus. Et sane Antimonia paulo frequentius diversimodeque tractantibus, etiam fortuito interdum offeruntur, quæ modi cujusdam, sub certa ingredientium proportione legitimaque Dosi huc tendentis spem faciant. Ita *priora Sulphura* teneoribus, post levem prius nauseam, alvum interdum satis laxant. Idem *circa crudiores vel Alcalium potius quam Acetosorum accessu constantes Tincturas* haud raro observatur : quemadmodum nonnunquam etiam in *tertiatis vel subquaduplicis Emeticorum mitiorum dosibus*; & que ac in *vomitoris*, seu stomachi renitentia seu studio (per odoramenta acida, &c.) impedita subversione, *deorsum euntibus*. Diu est, cum confectum *Oxysaccharum nostrum una præterpropter expressi oleosi illius corticum i'ri succi drachma condire insitueremus* : omnes hujus ac singulæ doses, donec nos vitrum destitueret, indifferenter quo vis per inferiora saltem, citra notabilem perturbationem, de cætero sufficienter expurgabat. Cum denuo id multotiesque tentaremus, effectu modo in Croco, modo in Aceto, (ceu alias quo acrius est, eo mitius reddit *Oxysaccharum*,) modo demum in macerationis modo vel tempore incassum quæsito, spes

decollavit semper. Quemadmodum ea quoque, quæ magna commendatione hodie dum in hunc finem sunt proposita, haudquaquam promissis æquabiliter stare passim deprehendimus.

Quippe non solum notiora ista, v. g. *Mercurius vitæ cum sale nitroque tritus*, (& è particulari forsan observatione eo extensus;) in *Regulum liquatus lenteque ac varie hinc digestus*; vel *Tartaro Vitriolato largiter sociatus*; *Crocus metallorum absinthiacus*, etiam in *Malvatico*; *Vitrum Antimonii acetosis aut vitriolicis sat imprægnatum*, *Flores lente quasi*, vel non sine dispendio, per detonationem aliquanto magis fixati, &c. in libelios mutuo transcripti modi, experientibus claudicant, & vomitus plerumque simul, non sine multa perturbatione movent, *quamvis catharticis*, quoque vegetabilibus admonita. Verum insuper etiam speciosiora vel secretiora ista nos passim destituunt, eò, quo propinans nolebat, confertim eundo. Ceu v. g. sunt *Crocus metallorum spiritu Salis aliquoties (per divaporationes) saturatus*, *hinc in Butyrum per retortulam destillatus & aqua simplici præcipitatus*, duorum triumve granorum Dosi: *Mercurius vitæ cum ana vel amplius Vitrioli Martis factitii subactus*; *Terra sancta quorundam*, seu *Calx Antimonii*, ante vitrificationem vino infusa: *Sulphur Antimonii prius & impurius, abstrato Aceto destillato* (purum enim sic tractatum ad fixa pene diaphoretica transit,) aliquanto coercitum) vel *Sale Tartari denuo pro parte dissolutum iterumque hinc præcipitatum*; item *Salinum coagulum*, quod si *Salis Tartari partibus quinque Butyri Antimonii octo partes instillantur*, subito provenit & ad grana quinque vel sex, elotum vero, (sed mitigante parte sic iubtracta) ad duo vel tria alias non incommode datur: *Spiritus Vitrioli super Vitrum vel Cro-*

*Croco Metallorum, Vitro* (cum difficulter alias parreat,) prius rite disposito è *Capite mortuo Butyri Antimonii perfectæ destillationis &c.* Taleque similiter ariolamur, quod dum hic revidimus, nobis obtulit quispiam, *Sal à Croco metallorum Absinthiaco* (aliquanto diutius liquato) elotum & coagulatum; cum ejusmodi effectum in ejus comparari, Nitro fixo (è Croco vulgari sequestrato, etiam cum ipsis absorptis sulphureis particulis coagulato) nullatenus observemus.

In silentio proinde supplementum hic aliunde tantisper expectantes, aliam interea quercum excutiemus; sitque porro, qui comprobatoribus quidpiam huc contribuat. *Mercurius*: non protinus quidem tantum *Metallicus* ille tædiosus, & plerumque pigrior, sæpe saltem larvatus, & subtractione accessiorum, (particulas corporis quasi diluentium) ad pristinum minerale rediens. ∴ Diaphoreticis intentionibus (si legitimus, nec vulgari Mercurio adulteratus fuerit,) sublimioribusve forte cogitationibus aptior. Nec porro, (cum vel unica ad extrinsecarum sordium separationem sufficiat,) *lotionibus toties diversimodisque liquoribus repetitis*, at eo ipso inter continuatas concussions, Mercurii tantum particulas (postliminio subsidentes) secum abripientibus supervacue vexatus; aut eodem fine per *Corium* (cum absorpta metallica nihilominus magnam partem sic quoque secum revera trahat,) *expressus*; operosiusve adhuc ab aliis *Metallicis* (preciosioribus etiam, nec sine tædiosis sæpe repetitionibus,) pro majori depuratione vel exaltatione, data opera, *prius abstractus*: cum si venalis (elotus) adhuc tamen suspectus videatur, quantum internis Practici usibus quotannis sufficit, successive quasi gratis habeatur è *Butyri Antimonialis vel Amalgamatis*

matis *Jovialis* (pro Sudorifero maximo,) *destillatione*, *Mercurii dulcis* (applicato cucurbitulæ capitulo,) *Sublimatione*, aut *simplicissima tandem sublimati per Martem*, (ulterius tractabilem,) *reductione* &c. Ex horum proin aliquo, cum *Mercurius alias infidus ille Servus*, & in *Vomitoriiis præcipue*, (ceu haetenus proposita sunt,) plerumque nequam, in Specificis è contra per competentia coagula vel accessoria profecto plane singularis, ad *Salivationes facile*, sed caute tamen applicabilis, ad *alvum deinde laxandam* (inter tot longe vehementiores vomitoriasque formulas,) *attentionis & delectus* (per experientiam directi) omnino indigus sit; cum porro *Corollatus secretior*, *hydropis*, *phthisis podagræque victor*, ob *Alcahestinæ lagenulæ defectum* nobis nedum quidem vere comparuerit; *vulgares verò totiesque variati ejusmodi* (tandem tamen omnes in *Nitrum residentes*) istius promissa neutiquam exolvant: tantisper itaque nunc huic (usitatorum & experientiæ satis sic constantium) *Syllogi adjiciamus* saltem *polychrestum illum haetenusque* (citra abusus) præ aliis minus verendum *Mercurium dulcem*, ex anaticis scilicet *Sublimati vivique partibus* semel tantum, (nisi quod jam ascenderit, sub ipso *sublimationis aetu compendiose* bacillo ferreo denuo detrudere placeat,) *sublimatum*, calidaque postmodum elotum. *Qui venale sublimatum probum* (aut per olei Tartari guttulam subsequa flavedine, non vero nigrore, prius ab Arsenicali contagio pro recepto more distinetum) hic adhibuerit, *producto suo non diffidat*. Sin autem omnino cum nonnullis laboriosior esse voluerit, loco venalis (ad Butyri tamen Antimonalis *Jovialisque destillationem* etiam profecto sufficientissimi,) domi tantillum quod hic requiritur,

ritur, per nos paret : sive jam speciosior recentiorum modus, per solas Salis communis ac (parum tamen hic reapse contribuentis) Vitrioli particulas, citra frustraneas sublimationis repetitiones arriserit ; sive vulgatior saltem, Nitrum aut Nitrosa insuper adsciscens ; siquidem quod è Nitro hic suspectum habemus, ab initio sublimationis pro more avolat.

Atque sic quidem paratus *dulcis ille Mercurius*, circumspecteque præsertim (ne reses inconvenientias quasdam excitet) Vegetabilibus Mineralibus ve competentibus exstimulatus, non solum aliorum quorundam catharticorum Mineralium (operosiorum aut vehementiorum) vicem sat commode suo modo supplet, verum etiam facile prompteque præstat, quod paulo fere diligentiores *in toties repetita* (non sine laborum ac vitrorum jacturis) *Sublimato illo dulci, notorie hinc enervato quæsiverunt*; aut adjecta (exaltationis vel appropriationis gratia) *nobiliorum Metallorum particula à Solari Lunarique* (similiter purgatorii hic parum contribuente) corpore intenderunt hic alii. Nec opus insuper habemus, ut (inter blanda quidem purgantia in libellis relata, in rei vero veritate vomitus sat validos aliasve in corpore turbas & incommoda passivecientia illa,) *Arcanum Corallinum quodvis, Flores Mercurii Argenteos*, sique his alia quoque parium promissorum *Præcipitata* adjungere licet, *Mercurium laxativum in Pharmacopœis dictum*, à præcipitato tamen Vitriolico nihil differentem ; ) *Præcipitatum per se* (minori ignis vigore continuationeque) quadantenus *fixatum*, vel per operosas *spiritus Vini, Vitrioli, Acetive destillati abstractiones nominetenus plerumque correctum* ; aut consimilium vix promissis stantium quodpiam ullatenus isti adsociemus.

Nam

Nam (uti alias notum, ) si Jalappæ solitariæ vel Scammonio exasperatæ, aut (Mercurii in Pulveribus ac Tabulis masticationem non immerito non-nunquam declinantibus, ) supra positarum similiu[m]ve Pilularum mediocri dosi (æquabiliter & vel extempore saltem) permisceatur; abunde hinc proveniet, quod non solum è paulo ante notatis Mercurialibus *catharticis* (infidis tamen & vehementioribus) *preparationibus*, vel è tot *Mercuriatis Pilulis*, *Pulveribus*, aliisque *compositis* haec tenus alibi expectatum est; verum etiam, quod insuper (interficiendorum & rejiciendorum vermium intuitu,) in numerosa illa, maxima[re]m vero partem ingratiori *Morsulorum*, *Rotulorum*, *Pulverumque contra lumbiculos serie, in speciebus Diamercurii ac consimilibus* jam pridem hodieque propositis; diversimode hic quæritur. Quippe cum alias *Mercurius crudus* & per se, in hunc finem suo modo tutus quidem, at paulo languidior sumentibusque profecto formidabilis, *Decoctum ejus* (ni particulas Mercuriales quaqua etiam ratione satis absorptas simul afferat) pariter penè deses, *Mixtura denique cum duplo praeter propter Sacchari Canariensis trituranda parata*, (in liquidis vehiculis admodum instabilis, si tamen nihilominus placuerit) extemporanea tunc sit.

Imo, si tandem Casus aliqui tanquam reservati; vel renitentissimi quidam duriorum naturarum affectus obtigerint, qui Mercuriale vomitorium revera & in specie (citra fictam interdum in quartanariis, psoricis &c. quibusdam necessitatem) omnino requirant, nec longe sedatioribus minoribusque Antimoniatis, vel absque ullis evacuantibus solis Invertentibus, ac Resolventibus, Specificis, etiam Mercurialibus, item ipsis aliquando Aodynisi &c. res transfigi posse putetur, cur ad evitandam

dam laborum remediorumque (vix semel hic locorum in usum necessario venientium) multiplicationem, parabilis *Turbith illius* (*è Sublimato in aqua calida soluto per oleum Tartari præcipitati*, & post edulcorationem lento calore ad internos usus aliquandiu digesti) Dosis, adeoque pro duro nodo cuneum paulo duriorem reformidemus? cum alias *Præcipitatum quoddam* in usus chirurgicos (*Mercurio sublimato dulci superiori crudiorique, ad Extra proinde nonnullis dicto*, tamdiu nonnunquam haut sufficiente, requiri possit; & *Turbith hoc*, præsertim si (dum ad manum forte fuerit,) *cum Liquore silicum præcipitetur*, (ex oriente quidem hinc majori copia,) eum in finem per quam sit commodum; quod autem internam adhibitionem attinet, inter istum præcipitationis actum satis æque subactum; etiam citra *spiritus Vini simplicis vel camphorati divaporationes, aut spiritus Mellis aliorumve acidorum abstractiones*: quo profecto non solum crudioribus saepè præcipitatis, diversis sub coloribus (*per Soluti onem Ammoniaci, Urinam vel Aquam salitam, aut difficilius tamen per simplicem copiosorem*) subsidentibus, verum etiam Sublimatis emeticis paulo ante notatis securius apprehenditur; *Præcipitatis abstractiis*, post olei Sulphuris scilicet aut *Virrioli*, vel *spiritus Nitri Aquæve fortis abstractiones*, (etiam pro intensiori rubore si Sulphuris deflagratio displiceat, nonnullis repetitas) restituantibus, in parabilitate sua par aut nihilo inferius; *Præcipitato denique ex Aqua sorti cum Oleo Tartari collecto* quadantenus efficacius. Imo si quis moderatiores vomitus Mercuriali confortio stipatos aut ex parte sollicitatos omnino voluerit, dimidia præterpropter Tartari emeticī vel Mercurii vittæ dosis proportionali Mercurii dulcis quantitatī,

(Sul-

(Sulphuris aurati jam pridem ipsi permixti exemplo,) pro robustioribus addi poterit ; quo *Panaceæ istius purgantis* è Mercurii Vitæ (forte potius dulcis,) & vivi sublimatione nonnullibi quæsitæ , aliorumque (alterius sæpe mineralis prosapiæ , tædiosiorisve præparationis) promissa vel effectus, in isthoc genere haut difficulter habebuntur. Num autem in reliquis Emeticis, v.g. in totiens (plerumque tamen frustraneis circumstantiis) variato vel sub aliis titulis producto *Auro Vitæ*, in *Italorum quorundam Lapide Philosophico* (etiam *chalybeato*,) *vel Hercule &c.* adjectum Auri tantillum in rei veritate tantopere conferat, talia cum simplicissimis , (in tempore tantum & cum judicio datis) conferendo , nedum quidem pavidere potuimus. Et licet *Præcipitatus Solaris* (simul *Antimoniatu*s,) profecto non inefficax nec contemnendum , quorundam quoque , si credimus , *Febrifugum* , *Antivenereum* , *Cachecticum &c.* sit : revera nihilominus ne dicamus Mercurio (solitario , vel cum Antimonio tantum) decenter fixato , faciliorive modo præparato , sed etiam parabilioribus eundem scopum in affectibus vere curabilibus , æque feliciter obtinui-~~mus~~ . ceu in compluribus aliis quoque morbis fit , quibus fama speciosum quidpiam (saltem quia secretius , preciosius operosiusve videtur , (sub inimitabilis quasi effectus testimonio passim opponit ; quos tamen alias , tantum sub accuratori methodo & agendorum pensitatione , euporistis suis nullo fere negotio certiusve tollit.

Ipsum *Aurum fulminans* (recens etiam , nec adeo subito repercussum vel nimio pere edulcatum ,) in chronicorum pedissequo *Tympanitide* (pariter ac reliqua plerunque purgantia,) nil; in *Hypochondriacorum* torminibus , si quidem evacuantibus potius , quam

quam Præcipitantibus Anodynis res tum exigenda credatur, parum profecto (quod vel sola Jalappa cum Tartaro non transigat,) successum paulo attentius notantibus præstat: utut in Ardentibus, ad Diarrhœam tacite inclinantibus, inconsideratius (inter tot commodiora,) ad ciendos sudores datum, alvum præter intentionem satis, iimo (ceu quidam hinc questi sunt,) funeste pene moverit.

Ita nec *Inargentatas* assellationes selectus noster exigit. *Catharticum enim argenteum*, uti si è purissima, & (vel natura aut per repetitas sæpius cupellationes) à contagio Venereo sufficienter liberata Luna paratum fuerit, admodum deses est: sic è tritiori, quamvis in speciem puriori massa confectum, præter rodentem saporem, ac (haec tenus quidem innoxiam) vehementiorem tamen operationem, etiam pilulari forma datum, parum sane præstat in Ascite confirmato, alias si per purgantia curabilis fuerit, submissionis indicium statim ab initio vilioribus quoque ac mitioribus ostendenti. *Mercurio consociati hi Crystalli Lunares* justo vehementiores; *Vitriola* (per oleum vitrioli, desuper instillato Ammoniaci spiritu, per spiritus Nitrojos consimilesve, plerunque nimis venerizantes modos confessæ,) paulo ante jam notata; *Liquor inde cum Tartaro coctus, aliaque ventris incomoda*, privatæ potius curiositatis vel experientiæ quam publicæ dispensationis sunt. Quo referamus etiam *Lapidis calaminaris* Magisterium. Turbatorios è Venere vel ejus *Vitriolo Crocos* supra attigimus. Quæ vero è *Marte vel Martis Vitriolo* (genuino, nec image venereo) præcipitantur aut subsident Magisteria, quamvis inter purgantia vel *Florum titulo* referantur, nil hic (etiam diffusiori sub dosi) agunt. *Sal Martis purgans*, è capite mortuo Florum Antimonialium *Martialis*

lum extractum, Acuens tantum est in communi  
dos; ingratumque simul saporem catharticis ac-  
cessu suo affricat. Nec *Lapis Armenus vel potior Lazuli*, (alias quidem in se innocens; adeoque pridem  
supervacue *lotus vel ustulatus*,) expectationem no-  
stram, secundum promissa tantoperc hodienum  
hic saturavit; ut inter cathartica (nam specificam  
corroborantem vim Lunarem in sequentibus ex-  
pendemus,) huc referri, vel in *Vitriolicum* quid eo  
fine redigi debeat.

De cætero profecto ventrem turbandi multæ,  
pluresque forsan sequiori seculo prodituræ sunt ar-  
tes. Sed enim qui paucissimorum sufficientiam, ac  
rariorem (quam communiter credimus,) necessita-  
tem intimius novit; eaque tum, cum opus demum  
fuerit, circumspecte administrat; nec denique spe-  
cialissimæ isti appropriationi, (è collectiorum hu-  
morum diversa liquatione, indeque diverso colo-  
re, consistentia &c. deductæ,) nimium ceu supra  
jam notavimus, adhæret; in selectis his olim quo-  
que non solum ubertatem, sed etiam superabun-  
dantiam inveniet.

## Diaphoretica.

**A**TQUE SIC è Purgantium (haetenus notiorum)  
cœno emersi, divertamur ad *Diaphoretica* quo-  
quo modo sic dicta; amoliamurque primum hinc  
*Venerea*, plerisque Germaniæ nostræ districtibus  
alias, per Dei gratiam, in specificas destinationes  
tantopere neutiquam necessaria; vel si maledictum  
contagium alicubi exegerit; in minori quoque nu-  
mero, quod inde quidem obtineri potest, expedien-  
tia. Nam uti superioribus annis sola quedam cru-  
diora,

diora , vel inordinatus aut inconsideratus fere opposita Mercurialia vel Antimonialia malum non semper extirpare constanter quiverunt ; ita nec vegetabilia huc ab exteris tracta , (cuncta quoque vel coniunctim, ) paulo magis inveteratam virulentiam semper extinguere posse fideliter , passivæ circa talia versatiorum confessiones etiamnum testantur.

Imprimis autem cum *China* quidein , hic & ad alios morbos (ob accidentarium plerunque effetum, & è Bardana quoque vel Pentaphyllo , Scabiosa Miliive Ambrosiaco Decocto similiter habendum,) ad hyperbolem usque olim commenda tissima, in Lue nihilominus profecto parum possit. Cum *Sassafras* similiter in ea nil fere valeat ; de cætero pro *Catarrhalibus* quidem *Tincturis atque Infusis* haud adeo ineptum, saltem tamen Antimonialsibus, si vegetabilia deforent, hac etiam in parte posterius ; *Extractum* inter vegetiora æquipollentia remissius ; *Oleum* (quasi fæniculatum) tædiosum, utrumque supervacaneum sit; nec in *spiritu (abstractio ardente)* vel per Retortam, utrinque ad *Coralliorum*, solutiones nonnullis seorsim expetito, ) ultra consimiles parabiliioresque peculiare quid inveniatur. Cum *Ebeni Decoctum*, post deprædicatorem Judæum una cum ipso arculario *Ligno*, nec dum satis exploratum ; nec quod de ingratiore illâ *Saponaria*, de *Junipero Buxo imo ipso Fraxino* &c. aliis ut plurimum ex alio retulit , continuatori experientia satis adhuc statuminata deprehendantur : (licet perquam conveniens foret , si dum nonnulli major aliquando datur occasio , tela superioribus annis à curiosioribus chimiæque deditis laudabiliter cœpta, magis magisque pertexeretur , non solum circa penitiorem Vernaculorum Vegetabi-

bilium, quæ omnino dabuntur, explorationem & adoptionem; verum etiam circa selectiorum Mineralium, ceu Antimoniata quoque concinniora, considerate suo tempore adhibita plurimum simili-  
ter hic contulisse observavimus, circumspectam accommodationem;) Cum denique nunc pene ri-  
diculum sit, venereorum istorum syllogen aliorum quoque morborum causa, seu nonnullorum (su-  
periori seculo ad catharros etiam, ad cachexias ipsasque putatitias forte phthises talia præcipitanter extendentium) exemplo, in eo hodie vernaculo-  
rum gratiorum certiorumque proventu requisivis-  
se: Ponamus proin, (quod sub primordiis quoque, cum Topicis &c. in tantum satis sic sufficiebat,) *Guajacum* cum *Cortice suo* fortuito intermixto; (cur enim scrupulosius seorsim asservetur? pro *Decocto*, tanquam magis perluente, at quot evanidis utplu-  
rimum cautionibus circumscripto? *Simplex* ple-  
runque optimum, aut paucis tantum competenti-  
bus vegetabilibus sociatum: ceu ex tempore quo-  
que *Tincturæ* vel *Essentiæ* Pulveresque chimici al-  
terantes aut diaphoretici singulis dosibus pro re na-  
ta misceri queunt. Quo nec *Sarsa* (alibi forsitan præ-  
gnantioribus pullorum venereorum nidis tonsor-  
umque persuasionibus dedicanda) hic indigebi-  
mus; multo minus autem (invalidioribus vel ad-  
ditamentis suum debentibus,) *Aquis destillatis Guajaci* vel *Sarsæ parilla*, nonnullibi etiam *composita*; aut  
hujus insuper, vel (mæg quidem polychresto, cum  
spiritu tamen vini præter necessitatem sumptuo-  
siori, cum aqua simplici verò longe parciori ac tædiosiori,) *Extracto Guajaci simplici*, uti  
nec *Composito liquido*, (ob Sassafras, Rhodini &c.  
accessum,) *Essentia Lignorum* hodie dicto, in tempe-  
raturarum frigidiorum cachexiis haud quidein eva-  
nido,

nido, at nostratum præfertim Vulnerariorum Essentiis, spiritu Tartari, selectiori Antimonii Tinctura &c. nihilo hinc superiori. *Sal Guajaci fixum vulgare* parcum aut *ex Extracto* paulo copiosius, (sed exigua præriorum laborum impensarumque compensatione,) paratum, inter tot Alcalia diaphoretica parabiliora, (cum specifica vis illic utrobius admodum desideretur, selectus noster vel necessitas quædam singularis alias non requirit. Sic nec *spiritus ejus retortalis simplex*, (mæg supervacaneo *Composito*, quem *Lignorum* vocant,) præstat in Lue, quod per se Lignum solet; in alios autem tum internos (hodieque fere controverso *Heraclino*,) tum externos chimicos usus profecto satisfacit, seu (si omnino quis tale quid ad corallia sua &c. exigeret,) æquipollit domesticorum quispiam, *Corylinus scilicet aut Fraxineus, Iuniperinus, vel* (sed mæg sc̄tens) *Buxeus*; item qui è *Iuglandium viridibus putaminibus* haut inutiliter elicetur, &c. (Quod autem circa hujus fortis quendam miratur nuper quispiam, quod in abstractione à Soluto acris potius & salino-volatile redeat, id omnibus hisce acidulis, etiam Manuæ Mellisque spiritibus, imo ipso quadantenus Aceto destillato commune est; dum acidæ ejuscemodi liquorum particulæ magnam partem cum soluto corpore remanentes, salis volatile intermixtam & arreptam antehac in sui destillatione portiunculam sic forsitan dimitunt: æque ac in dicto Aceto destillato absorptas interdum sub Mineralium vel Marinorum solutione istius particulas, suscipiendo igne aptas, denuo interdum prodire contigit. Sed hæc in transitu.) *Oleum vero Guajaci*, vel in sola olei Tartari sc̄tidi (si gratiora punctum hic ferre nequeant) sufficientia, nec hujus loci, nec (si forte destillanti tanti

tanquam parergon provenerit,) *rectificatione quādām* adeo indignum est. Mineralia huc pertinentia, & quod deest hic supplentia, suo loco inferius refe-remus.

Quod autem reliqua *Diaphoretica simpliciter, aut simul Alexipharmacā*, (nam ob convenientiam & complicationem invicem ea hic, ne Dissertatio fru-stra ex crescet, seorsim non trademus,) attinet; ante quam inde selectum instituamus, (cum præsens talium, præsertim hisce in regionibus efficacia, ad-ditæque, ne abusus neglectusve delectus noxam se-cum trahat, cautelæ aliunde notæ sint,) id tantum im-præsentiarum incipientium causa addimus: ne ab una quidem parte, (per Bezoarticos consimilesve titulos, promissa ac indifferenter nunc nonnullibi præscribentium exempla seducti) *volatilioribus calidioribus atque fumosis Liquoribus atque Mixturis* inconsideratius nonnunquam abutantur: ceu talibus circa malignarum statum (speciosa quidem de causa,) demum vel denuo exhibitis, haud raro no-vas angustias ac dissolutiones virium funestas; in Variolis ac Morbillis, (non adeo malignis,) fru-straneas ebullitiones, intentiores æstus & insurgentis naturæ confusiones; præcipue vero nimis Campho-rata in eruditis, debiliore capite, tenerioribusve fœ-minis cephalalgias incompescibiles atque deliria sæpe lethalia &c. (per circumspectam Tempera-tiorum, simul præcipitantium vel etiam figentium adhibitionem haud difficulter evitanda,) plus vice simplici concitata vidimus. Ne porro & ab altera parte citra Malignarum plerarumque, Pleuritide quoque aliterve comitataruin principia, vel etiam (uti diversimode consulimur,) augmenta, complicatos interdum intensissimos furores, ceph-alalgias, hæmorrhagias, (præsertim in plethoricis cho-

choleris que,) magis quam par est veriti, nimium à volatilioribus præsertim salinis, (semet facilius resolventibus minoresque calores præ pure Sulphureis excitantibus) abstineant, & fixioribus solum (at rarissime tum sufficientibus,) semet expedire conentur; aut more hodieque non infrequentibus abusivis illis Venæsectionibus, imo Laxativis quoque vel Clysterisationibus commodiores cum viribus horas prius terentes, post festum demum Diaphoretica advcent. Ne demum in plerisque Malignis (ceu alibi quoque monuimus,) solis *Antimonatis*, etiam *Bezoarticus simplicibus vel Metallifatis* nimium confidant: cum licet sudores largiter moveant, malignitatis tamen seminarium & fructus raro simul extinguant; imo (dum circa istarum principium alias vomitus vel nauseæ frequentissime complicantur,) quasi ad ingenium redeundo turbas istas qualitercunque secundent, aut saltem non, (quod vel Mixtura simplex sola, aut cum Tincturæ anodynæ guttis aliquot sociata facile præstat,) compescant. Atque hæc proculdubio ex causis una est, cur Antimonium Diaphoreticum illegitimæ confectionis aut diuturnioris asservationis postmodum passive accusetur. De quo pluribus inferius.

Nos ad censum nostrum pergentes, (deinceps autem ob polychrestas nonnullorum vires, aut coincidentes præparationes vel adhibitiones, alterius quoque classis remediorum mentionem necessario injicientes,) ponamus inter calidiora quidem primo *Camphoram*; purissimam illam & sine pari, sed afflictissimam simul resinam. Siquidem non solum olim nullis fere non Pulveribus, Trochiscis, Electuariis & (eam plerumque respuentibus) Aquis similibusve liquoribus inconsideratus (brevi

post evanescens vel supernatans,) s̄epissime citra manifestam sufficientem rationem adjecta; verum etiam sequioribus annis usque dum (quamvis alias sat penetrans) amplius varieque, (saltem ut omnia ex omnibus habeantur,) torta est pro eliendo *Oleo*, quod tamen notorie hinc vel plane non, aut parcissime, debilius, compositum aut in Camphoram naturalem postliminio rediens prodibat; efficacioribus interim simplicissimis integræ *Camphora Solutionibus, sive cum Oleo quodam*, non tam (deside hic) *Amygdalino*, quam competenti destillato (*v.g. Iuniperino Succineove*,) in anatica proportione institutis, & communiter *Olei Camphora vel etiam Elixiris hysterici nomine* cuidam venientibus; sive potiori nobis hic & mage polychresta ratione, (quo Camphoræ, non Oleorum, alias insuper undiquaque haud quadrantium sit effectus,) cum *spiritu ardenti probe rectificato seu Alcalisato*; qui ultra iubtripulum ejus facile absorbet: saturatior sic quam *Vulgaris Essentia Camphora*, (parum secundum proportionem recipiens;) compendiosior insuper non nullorum *spiritu Matricali*, (qui camphora supervacue prius in Amygdalino *Oleo soluta*, & hinc operose super Alembicum per superinfusum Vini spiritum postliminio levata constat:) per se denique polychrestus est, & *Tincturas Succini atque Castorei*, (*ut longe præsentius Elixir vel Essentia Hysterica inde proveniat*,) haud inconvenienter exaltat; Aquis spirituosis hystericis insuper, spiritibus theriacalibus, Nervinis, vel etiam Simplici tantum, ad externos in defluxionibus usus, (sub debita tamen cūivis proportione, ne nimis infracta tantum supernatet, consulto permiscetur. Reliquas cautelas alii trididerunt, & præter jam dicta in Diaphoreticis Tincturis Hystericorumque classe ex parte repetemus.

Porro

Porro sunt Radices quædam, odorantibus aut (in substantia præsertim) gustantibus haud parum aduersæ, proindeque pulveribus, aliisque (graveolentiam illam citra temperamentum quoddam servantibus) formulis minus aptæ; majoribus tamen Antidotis, Tinctoriis Essentiisve compositis, &c. (ubi adversitatem suam admodum deponunt,) simpliciter hinc pro parte vix excludendæ. Nec enim tota eorum congeries intentioni nostræ quadrat: sed si v. g. *Angelicam nostratrem* (cur enim in Iola *Helvetica*, vel insuper etiam, quasi oleracea *Sylvestri* hæreamus?) aut ni leges nostras nimis excedere videatur, præstantissimam potius *Carlinam* cum *Enula* (alias polychresta) inde selegerimus, facile profecto carebimus tum *Petasitide* (quainvis *Cosso* hic nonnullis pari,) tum *Levistico*, vehementiorique adhuc *Imperatoria*, *Olsintio*, *Valeriana* que *Pontica* ac *vulgari*, *hortensi*, & (nam instruções scilicet officinæ omnes hasce species ostendunt,) *aquatica*; magisque adhuc istorum omnium (alias inusitatis) *Foliis* ac separatim assertatis *Seminibus*. Posset enim forte quispiam necessitatis tempore, vel dum Angelicæ semen in copia non suppetit, ex aggregatis reliquis aliisque symbolantibus *oleum Alexipharmacum compositum* destillare. Verum cum præter rem ingratius sit, & ejuscemodi pinguia, tanquam præ spirituosis præsertim salinis cum affinibus, longe minus resolutilia, angustias & ardores præcordiales in Malignis sœpe magis intendant; has denique aliasque necessitates (præter *Succineum*) vel *Ruta parabile* ac *polychrestum oleum* facile suppleat; præter rem istorum *Olea seorsim*, ut & *Balsamum Eleosaccharumque Angelica* inter tot acceptiora odamenta vel condimenta, hic requirentur:

tur : quemadmodum etiam *Extracta*, separatis ex *Angelica*, *Carlina*, *Levistico*, *Petasitide*, *Valeriana* &c. parata & reposita ; certe (si Tincturis & Essentiis spirituosisioribus conferas, vel nisi ipsa volatilioribus ac penetrantioribus sociis vel exaltebas,) in operandi modo curative quadantenus languidiora. Sin autem aliquis (Electuariorum Theriacalium forte loco, vel aliis de causis aliasve in Formulas, imprimis præsavorias) Compositum ex istorum vel consimilium Radicibus solidioribus rite paratum) *Extractum* velit ; & (præsertim in solitarios usus,) subtilioribus at correspondentibus accessoriis ex Animali vel Minerali regno simplicissime combinari vel exaltaverit ; contracterius hujusmodi Antidotus apparatui paulo diffusiori haud erit inconveniens ; & non solum *Extracta illa simplicia quasi singula* in suo genere repræsentabit, verum etiam operosissima quævis diversorum Authorum (superioribus annis utplurimum ingredientium volatilitatem dispergentium, aut fixiores partes parum vel non attingentium; hodie vero idem peccatum adhucdum haud raro circa ingredientia peccantium, vel ordinem tantum aut pondus istorum variantium, notoriave quædam saltem declinantum, aut labores solum inter nimiam curiositatem multiplicantum) *Composita* largiter compensabit : tot puta superiorum lustrorum *Pestilentia*, *Bezoartica*, *Regia*, *Imperatoria*, (effective numerantibus) *Aurea*, &c. Terras fixissimaque mineralia incassum adsciscentia : tot *Theriacalia*, ob compendiosiores valentiorum aliquot simplicium æquivalentes extractiones magis, quam ob Mellis medicati, (per repetitas spiritus Vini affusiones opido exauriendi) præsentiam culpabilia : tot insuper recentiorum *Extracta Antipestilentia*, ingredien-

dientium processusque respectu raro meliora; vel labores tantum (ob portatilem quidem, at diaphoreticis communiter minus aptam Pilularem formam) in Theriaca Benedicta Cœlestique multiplicantia. Quo etiam Pilulas Antipestilentiales recentissimas, exiguum sane Aloës proportionem, (si laxare debuerint,) adsciscentes referimus. Aquæ Angelicæ, Levistici, Imperatoriæ, Valerianæ, (etiam in ophthalmicis) simplices, (ut efficaciam quandam cum supervacua adversitate servent,) alias nullius hodie usus sunt. Nec comptior praxis in abstractio Angelicæ spiritu peculiare quid inveniet, quod, si Curativum quid quærimus, in Tincturis vel Essentiis Bezoarticis, vel ipsa potius Mixtura simplifici; sin Præservativum, potius in Infusis, domi quoque seu necessitatis tempore, (si regionis, naturalium, & malignitatis circumstantiæ revera, citra per frequens damnum tolerent aut exigant) paratis; sin demum puro tantum vehiculo pro abbreviatis hodie remediorum dosibus opus fuerit, in longe acceptioribus ac domesticis vel temperatoribus liquoribus aut aquis destillatis (tantum alterantibus gratioribus) non reperiatur: ut Aquis vitæ destillatis, plerunque præ Infusis debilioribus nullatenus hic indigeamus; ut nec aliis Aquis Bezoarticis, Theriacalibus, Antidotilibus, Stapedianis, de Bardana, spiritu Zedoariæ abstractio, Chilostagmate M. &c. De Sale supradictarum plantarum fixo (etiam seorsim nonnullibi pro complendis repositoriis, in nullos tamen vel rarissimos usus asservato,) conjunctim paulo post dicemus. Conditum & Confectio Radicis Angelicæ, inter tot acceptiora præservatoria cui bono? quemadmodum & Conditum Enulæ; quod Phonascis matresfamilias per nos domi parent, aut in æquivalentem Conservam concindant. Suffecerit

etiam diffusori selectui,) si præter *Radicem*, (Tincturis & Electuariis Alexipharmacis aptandam,) extiterit hinc forsitan *Essentia*, non quidem cum Vini spiritu simpliciter, aut è prævio Extracto per spiritum consimilem ardentein parata; sed si complacuerit, potius è *Magmate*, quod tantum Aqua simplici (Nitri fixi ad Radicem sub octuplo acuata) in Vaporoso Balneo colligitur, per sextuplum spiritus Vini rectificati sequestrata; Extracto resinoso stabilior, aquosis vehiculis mixtu facilior; ac sine turbulentia jucundior, Vino parum edulcato paucis guttis Heleniten præstans. *Magisterium cum Alumine precipitatum*, æque ac consimilia, Enulam parum refert: *Aqua simplex spirituosa* ingratior est præter necessitatem; ceu quoque Compositis alexipharmacis ac pectoralibus in paulo majori quantitate addita Radix, eas admodum adversas reddit. De cætero perpaucis in hoc genere suprapositis contenti, nec *Seseli Aethiopicum* huc traheimus, nec *Ceratiam* (etsi vel Maslach præberet;) nec amaradulcem (cum Extracto Pimpinellam, vel (cum *Minoris semine*) Bardanaradicem, alias in sua destinatione haut adeo rejiculam, *Allium alliataque* (ceu *Essentias* inde & *Aquas* jam olim confevere,) rusticis aut Horatiano Pæani, Victorialem agyratis relinquamus.

Nec è *Ruta*, (cujus Oleum destillatum promte in *Balsamum*, ut & *Oleum externum*, vel cum olivo tantum redigendum, paulo ante posuimus, quodque expresso oleoso recentium summitatum Succo durabilius est,) restat aliquid, quod è condigno huc referri mereatur: siquidem (alias adversiori) *Herba exiccatæ* haud parum deperit; *Viridis* vero cum summitatibus (quantum Aceta Bezoartica, Aquæ Hystericæ, &c. exigunt,) nullibi non ha-

habetur; excussum hinc Semen, inter valentiora carminativa & alexipharmacata, parum in se est rustaceum; *Acetum* matresfamilias passive parant; *Aqua simplex* per se ingratum sapit, siue exigetur, destillati olei parergon, *Extractum* penitus effœtum, *Syrupus* in adversitate sua vix melior, multis que subjectis & affectibus ob sacchari accessum inconvenientior est.

Quod vero residua *Amaricantia* concernit, equidem pleraque omnia multum hic possunt; nobis autem nihilominus unicum hinc aut duo selectiora commode sufficient, præcipue & instar omnium, polychresta *Myrrha*, ad usus internos, (quo vulgaris dissolutio seu *Purificatio sumpti fiat*,) saltem selectior & mangonii (nonnunquam perceptibilis) expers. Nec *liquidam ejus Essentiam*, cum quarta parte Nitri fixi (vel alterius Alcali,) & spiritus cuiusdam ardentis octuplo paratam, amatoris bonam partem, at citra notabilem efficaciam mutationem sic deponentem, in paulo diffusori apparatu (vel Hystericos in usus,) aversabimur: *Extracto* sane cum spiritu Vini facto, in diversas adhibitiones videtur commodior. *Oleum* autem, quod adhucdum saltem nidorosum, effœtum aut potius compositum per vulgatos processus prodiit, curiosiores per nos eliciant: inter tot Balsamica nobis hic non erit usui. *Cardui benedicti muliercularum pulvis* adversissimus, & in paulo malignioribus nimis languidus, *Semen* in pulveribus & emulsionibus quasi evanitum, *spiritus abstractius* pro vehiculo sœpe præter rem calidior, per se remissior & in plerisque insufficiens, *Oleum* vix comprehensibile; famosissimum *Scordium*, nec omnium locorum, nec si fateri voluerimus (extus in Chirurgicis *Myrrha* vel *Alliria* quoque satisfaci-

ente,) Carduibenedicto in plerisque adeo valentius, utriusque *Extractum* in hoc alexipharmacorum genere similiter remissius & nullius fere (sub gratiori quadam formula) dispensationis vel exhibitionis est. *Aquas* (quæ in seria hic medicatione vix ultra vehiculum sunt,) paulo post cum sui similibus conferemus, ut *unica forte* talium è parabiliорibus hunc in finem, si placeat, prostet. Qui miseros amplius præter necessitatem affligere voluerit, *Cardui Scordiique Conservas atque Syrupos, etiam (e Scordio diversimode) Compositum, & quem de Centaurio minori alicubi habent, exhibeat. Nitrum in Succo vel decocto Scordii coagulatum,* parum hinc & aufert & intenditur. *Diascordii communis & Rosati vires non elevamus; sed necessitatem saltem, cur inter tot temperatiora, (ipsum tot calidis pellentibusque nihilominus refertum) seorsim prostet:* sane nec Theriaca (ni forte unicum Trochiscorum viperinorum granulum veremur,) nec Mithridatum cum aliis etiam spirituofioribus, (modo quodvis pro re nata & considerate detur,) gravidis obest. Et cum *Cardui, Scordii, Centaurii minoris, Angelica, Levistici, Ruta, Pimpinella. &c. Salia* in sufficienti copia haud undiquaque seorsim parari queant commode, nec necessitas quædam aut adeo specifica præcellentia singula efflagitat, sufficere credimus, si vel unicum è vulgatioribus v. g. *Millefolio vel alibi Absinthio aut Artemisia solitarium*, vel etiam è conjunctis horum ac consimilium aliquot paratum Diaphoreticum, quasi catholicum, in Alcalium vegetabilium genere extet: sive jam *pure lixiviosum* placeat; sive *mediocriter sulphuratum*, (addito Nitri & Florum Salis Ammoniaci singulorum subtriplo, ceu infra repetemus, facile in *Salis febrilis* formulam disponendum;) seu denique *cum*

ſpi-

spiritu Nitri vel Aqua forti communi crystallisatum,  
 iatis, (sed ex alio tunc capite, alioque agendi mo-  
 do) Diaphoreticum; ceu de ejus adhibitione supra  
 monuimus. *Essentiale è Carduo solo, vel congeneri-  
 bus amaricantibus sociato*, non tam in succo ali-  
 quantum saltem evaporato subsidens, (inconspic-  
 cuum ac semitartareum vel bolare,) quam in in-  
 spissato diutiusque reposito decocti magmate *Ni-*  
*triformiter* tandem concrescens, curiosoribus feli-  
 gendum relinquamus. *Gentiana* demum & solita-  
 ria, & (vetus experimentum tentantibus,) tantillo  
 nucis Vomicæ sociata nobis quoque in gregariis  
 olim haud parum, certa æquivalens aut constan-  
 tius : quidquam nunc carior illa *China China* præ-  
 sttit. Verum cum acceptioribus certius & æquo  
 feliciter rem transfigere, vernaculisque porro (vel  
 saltem *Zedoaria*,) idem quod *Contrayerva* effice-  
 re possimus : cum porro *hujus & Corticis istius pe-*  
*pigrini Extracto, vel Gentiana Extractum æquipol-*  
 leat; neque hoc tamen (cum *Centaurii* ac conge-  
 nerum) comptiori praxi necessarium vel adeo  
 competens sit : siquidem (ni fortuito oblatum  
 Essentiæ cuidam Absinthiacæ compositæ associare  
 placeat,) in aliis formulis horrendum sapit, Pilula-  
 ris vero consistentia in sudoriferis hic locorum, (ut  
 alibi *Theriacam cœlestem ac consimilia* ea forma fa-  
 cilius adsumant,) inusitatum quidpiam, nec vola-  
 tilioribus competentioribus adeo exaltandum vi-  
 detur : hisce proin omnibus in separatos usus ac  
 dispensationes facile caruerimus. Nam si omnino  
 quispiam diffusissimos in apparatus *Scordii, saltem*  
*Germanici* (*Cretico* nequicquam postpositi) quid-  
 piam, aut *Gentianæ* veræ radicem forte Tonso-  
 rum causa, (inter tot Fonticulorum dilatoria &  
 attractiva,) parergi instar reponere, vel insuper

exigua quidem gratia Electuariō vel Tincturæ cui-dam alexipharmacæ pro gregariis adjicere volue-rit, nostra hic non refert.

Juniperi Baccæ, si forsan internis aut externis compositionibus similiter adjiciendæ fuerint, nul-libi non venales sunt; nec *Rob* hic locorum infre-quens, si Melli communi pro Theriacali quodam Electuario associandum videatur: de cætero inter tot præservatoria Alexipharmacæ & (si credimus) Nephtitica, comptior contractiorque praxis inibi adeo præsentaneum vel excessivum quid non invenit, sive in *Essentiam*, seu simpliciorem effectusque tantum mediocrem, cum spiritu proprio aut *Vino Malvatico*, *Juniperino hinc nuper dicto*, ) seu mage *Compositam* (injucundiorem, nephriticisque plerumque calidiorem, per superadditum saturato spi-ritui sal & oleum) redigatur; sive alio modo vel in Bolis, muliercularum more detur. *Aqua simplex* a-lias neglceti usus; *spiritus abstractius* vicatim po-tatoribus venalis, *Fermentatius* (ubi scilicet Baccæ in copia suppetunt,) præstantior quidem at delicatioribus ut plurimum adversus, ad Tincturas Alexipharmacæ in se quidem non inconveniens, sed o-perosior, & plerumque simul debilior est, vegetiori hic spiritu Vini Tartarisato, vel ab acceptiori quo-dam vegetibili abstractio minus phlegmatico. *Spiritum acidum*, (si quis forte ad Corallina vel odon-talgica tale quid è lignis vernaculis durioribus ve-lit,) supra de Guajaco notavimus. Ut proin sele-ctui nostro vix inde quidpiam, præter polychrestum illud *Baccarum*, (nam ridiculum nunc per descensum est,) *Oleum*, præsertim è non fermentatis destilla-tum quadret.

Quod autem amplius residua vegetabilia attinet, si pariter porro pro Compositis quibusdam, inter

*Zedoarium*, (tanquam vulgo alias usitatam, geminaque *Anthora* haec tenus frequentatiorem;) inter *Dictamnum album*, (cretico hic vix cedentem, de cætero in Uterinis vel Pulegio facile supendum;) & demum inter (parabilius adhuc) *Vincetoxicum* optio pro cuiusvis districtus aut consuetudinis ratione institueretur; & horum unicum saltem, (intra amplius attingendis) Antidotis, Tincturis vel Essentiis consimilibusve liquidis aut mollioris consistentiæ formulis, (cum & hæ radices in *Pulveribus* ingratiiores sint,) adjiceretur; necessitas protectio non foret, cur ternæ ille separatim existant; aut in ea gratorum vehicularum copia, vel selectiorum tantum sufficientia, invalidior *Vincetoxicum*, vel (in polychrestæ radicis perditionem) *Zedoariæ Aqua simplex*, (de spirituosa enim jam supradiximus;) aut utriusque ac *Dictamni albi Extratum*, (Composito quodam, ceu paulo ante monuimus, oppido satisfaciente,) seorsim exigantur: aut *Succisa* (Scabiosæ alias congener,) in radice, floribus & aqua; vel *Ulmariæ* (alias haut adeo rejiculæ) *Radix & Herba*, cum nauseabundi odoris *Floribus & Aqua* haec tenus recensitis superaddatur.

Sane, quo ad magis temperatiora hinc descendamus; si vel solam Cervinorum, Margarum & Antimoniatorum, (ubi scilicet fixiora locum habent,) præsentem sub exigua quantitate vel mole effetum intuemur; ubi vero penetrantioribus calidiorum vegetabilium particulis res transigenda est, allatorum & paulo post addendorum energiam, (sufficientem varieque applicandam) experimur; Traditiones denique ac consuetudines, cum Qualitatibus (aliis potius classibus qualitercunque decreta, ) tantisper suspendimus; nec *Doronici* (de cætero insontis ac in capitis affectibus mediocris

effectus) radice indigebimus ; nec *Uva versa*, quamvis signatura quoque nobilitata ; ni copia quandoque forsan facta Tincturas diaphoreticas ista colorare &c. placuerit : nam in inconcinniori *Pulvere Saxonico* proculdubio exiguæ illius , potiores Angelicæ sunt partes; & *folia* inter topica *Hyscyamus* (præter *Solana*, *fabaria* &c.) æquat. Imo nec famosissima *Scorzonera*, etiam nostras, (quis enim insuper *ex Hispania* cariosam sæpc, nunc peteret?) adeo necessaria hic deprehendetur : quamvis enim gustui grata, hic locorum parabilior, & alias bonum *Hepaticum*, imo *Galega* quoque (tantopere nonnullis in remissioris gradus Malignitatibus commendata , *Onobrichi* tamen nonnunquam nihilo infelicius nobis suppleta,) præsentior sit ; in exquisite tamen Malignis languidius & tantum instar accensorum semet gerit; in Morsu viperæ ,(obscuriori effectu,) pulverem Viperinum aliqua penetrantiora superaddenda vidimus : *Infusa* & *Decocta* hinc vulgo composita, in Ardentibus vel chronicis Hepaticis , (alias satis nauseante stomacho,) quis vere hic locorum bibit? in *Infusis laxativis* mucilaginositate sua penitiorem principium extractionem haut parum impedit ; in *Pulveribus* molem nequicquam auget ; nec *Extractum* (etiam ne mucagine scat, probe clarificatum,) excessivarum præ aliis familiarioribus virium deprehenditur ; ni omnino quispiam *Saccharatum*, præ tot Alexipharmacis (varie è *Cyano* quoque, *Calendula* &c. *simplicioribus* conquisitis aut amplius compositis) Syrupis , in exuberantiores forsan apparatus velit ; liquoribus cordialibus (è fructuum gravioribus acidulis *Effentiis* &c.) super addendum.

Vulgatoris *Sambuci flores sicci*, (quibus vinitores nequam *Moschatellina* nonnullibi fingunt,) potius ad

ad Topica pertinent : nauseabundum *illorum & Gemmarum conditum* inter vulgi condimenta : *Rob* pro plebejorum sudationibus , aut aliorum remediorum involucro nulli fere domui deest. *Tragea* in Dysenteriis non adeo malignis haut quidem rejicula , tot tamen æquivalentibus stipata est , ut tædiose pinsi , vel *Tinctura Actes* inter tot Hysterica inseri non requirat. *Spiritus è Baccis* ad specificas destinationes languidus ; è *Floribus* melior quidem , per se tamen in ardentioribus inconvenientior , in malignis insufficiens , pro spirituoforum *Tincturarum* vel *Mixturarum* vehiculo temperatioribus aut domesticis liquoribus profecto posterior ; de cætero per se , & imprimis in compositionibus plerisque paulo deliciorum palato ingratiior est ; æque ac *Aqua simplex* inde (potius matribusfamilias ad *Topica*,) destillata. Si oinnino hujus generis *temperatur* pro vehiculo , (siquidem per se , præsertim in paulo compaetioribus subiectis insufficietes & invalidiores sunt,) extare debeat , nec jucundiori Alteranti , vel Vini , Cerevisiæ , jusculturumve hau-stulo acquiescere quis posset , missis (non omnium districtuum) *Scorzoneræ* , *Scordii* vel *Galegæ* , remissiorique *Cardui Mariæ* , imò (aliis usibus commodius impendendi) *Cardui benedicti Aquis* , forsitan *Fumariæ* destillatam , ceu nullibi fere non parabilem , inter selectus nostri accessoria reponeremus ; præsertim si pro meliori conservatione & qualicunque penetrantia cum tantillo vini , vel compendiosius cum aliquantilla spiritus Vini particula , (nec hic nec in mage refrigerantibus quidquam incommodante,) parata fuerit.

*Spirituosas* & ad Aquas vitæ accedentes , *simplices atque compositas usitatores* , in hac ipsa pertratactione satis , (quoad necessitatem aut convenientiam

tiam,) expendimus. Nec iisdem de causis opus esse videmus, ut recentiores quoque *Correctiones aut Substituta*, *Elixir vel Aqua vitæ Antipestentialis*, *Liquor seu Essentia Alexipharmacæ*, (appensum capitello Succinum, & immersa postmodum sulphurea parum adoriens,) cum consimilibus variationibus haud adeo sœpe jucundis, huc referantur. Sane *Infusa simplicissima quoque* cum ardenti communi, vel prius (à parabiliорibus gratiорibusque) abstractio spiritu rite parata, seu (dum Theriacales compositiones, repetito tamen fatis extrahendæ, ob mellis accessum hodie quibusdam displicant, aut præter rem cariores existunt,) saltem pollentioribus aliquot vegetabilibus extractionique revera subiectis debite saturata, destillatas omnes manifesto anteceilunt; & tamen nihilominus in paulo vehementiori Malignitate per se parum præstant, ni salinis volatilibus v. g. spiritu Tartari, Salis armoniaci, Salis Tartari, Cornu Cervi (qui tamen æque ac aliquorum hic Guajacinus ingratiores reddit Mixturas,) & consimilibus, (præ Oleis destillatis plerumque hic convenientioribus,) exaltentur, nec Opii proportionali quantitate, (ni expressa Pestilentium narcosis moderationem suadeat,) destituantur: alias si (excessivo quoque) pondere dentur, sanguinem præter rem tantum magis inflammant, nauseas & anxietates præcordiales vix adeo compescunt &c. utut *spiritus Theriacalis solitarii vel camphorati*, aut *Bezoartici*, *Tincturæ Daphoreticæ &c.* titulis (ceu largi varii que sunt æque ac ipsæ formulæ,) veniant.

Qui missa tantum non omnium simplicium hoc spectantium coacervatione, (in moderno Theriacali spiritui ad famigeratissimam illam *Tincturam Bezoar-*

*zoarticam communiter destinata*) paucas saltem antepositas radices cum Myrrha, Croco & si libet aliquota pulveris Viperini parte proportionaliter miscuerit; ac pro totius v. g. unciis decem, Opii præterpropter drachmam unam (cum Castorei quoque, si placuerit particula,) adjecerit; miscellam hanc cum octuplo spiritus ardentis simplicis vel abstractitii (boni tamen nec adeo phlegmatici, decenter extraxerit; porro vulgatissimæ solum *Mixturæ illius simplicis*, à Tinctura Bezoartica operosiori, & nimis fere, (licet multum inter acidorum accessum postmodum secedat,) nonnullibi camphorata parum in fundamento proportione que differentis imitatione, tantisper saltem inter se permiscuerit, paratæ istius Tincturæ, *Spiritu Theriacali abstractitio vulgari* oppido præsentioris) uncias forte decem; (duabus Essentiæ camphoræ drachmis prius exaltatas:) spiritus Tartari (tangquam diaphoresis potissimi hic authoris,) uncias octo; etiam non rectificatas; & demum spiritus Vitrioli subtilioris (parum sic præcipitantis, spiritu Martiali parabilioris & hic æquivalentis, præque Cliffo malignarum nauseas magis una comprimentis,) uncias duas: compendiose tum in percolamento hoc, & vel Essentia papaveris erratici aliquanto magis colorato Liquore sufficienter habebit, quod non solum antedieta *Mixtura s.* & (ad abusus usque nonnullis familiarior) *Tinctura Bezoartica* pollicentur; verum etiam quod in aliis istorum *Imitationibus*, *Variationibus* aut *substitutis* (invicem sæpen numero semet perimentia adsciscentibus,) item in *Essentia Antidotali alexipharmacæ* (simul Viperina,) *preciosiori Viliorique*, in *Liquore alexipharmacæ Emulsioniformi* (eum Myrrha tamen,) ac consimilibus operosioribus aut ingratiорibus pa-

passive quæritur. Imo nec *Elixir Pestilentiale* istud usuale (*seu vulgatus*, oleosis supernatantibus nimis obrutum, *seu recentiori correctione* sufficienter tantam saturatum,) adeo necessarium erit istius sufficientiæ intuitu, & quod competentium spirituorum accessu amplius, (quando revera opus fuerit,) haut difficulter intendatur, vel plane una alterave Rutacei vel succinei olei gutta proportionaliter inficiatur quasi. Sit tamen hic quoque optio vel talium additio cuivis per nos libera.

*Tartari vero spiritu* (tanquam per se polychreste, & potiori diversiarum Mixturarum basi, quamvis graveolentiori, varie tamen obnubendo,) neutram hic caruerimus: non quidem ardelionum isto *venali*, acido volatilioribusque particulis enormiter spoliato, sed genuino, acri, quasi urinoso, propriis manibus cum sollicita fugientis volatilitatis conservatione, (quæ vero non tam in refrigeriis, serpentinis aliisve diverticulis, quam in justa insuper, passive tamen neglecta ipsius Tartari ad recipiens proportione debitoque ab initio ignis regimine fundatur,) parato. In *Retortiformi*, *desuper operculato* & *circumfluo plumbo* nequicquam munito vase, inque *Retortis tubulatis* vel *inferius apertis*, nobis omni modo renitentibus, item *per cucurbitam* negotium (alembici respectu) instituentibus, potior nihilominus pars disperiit; æque ac inter recipientis & retortæ commissuras *foraminulum vulgo*, (pro epistomio quasi) relinquentibus, quo scilicet incensarum sex, octo, imo duodecim librarum, (destillatorio inconsiderate inditarum) vehementiæ patefacerent exitum. *Cum Vitrioli crudi ana* vel *dimidio* nonnullis destillatus, (pauxillo tantum olei simul profluente,) copiosior quidem nec ad aperiendum & solutiones quasdam inefficax, at acidulus tamen,

&amp;

& in Diaphoresi paulo remissior habetur. Cum *ana Aluminis crudi vel usi*, urinosissimus saleque volatili copiosè intermixtus, alterius capit is est. De cætero pro *ustati illius* destillatione profecto sufficientissimus adhucdum deprehenditur, *crudus saltum Tartarus*, selectior & crassior, sive albus sive rubeus fuerit; nec quandam inde noxam observavimus, sive *spiritus simpliciter sic*, (modo in tempore & cum circumspectione, hujuscemodi volatilioribus debita) detur, sive prius pro tenerioribus forsitan, sine vel cum adjecto *Vini spiritu*, super *puros cineres aut Salis proprii particulam*, (tanquam *Acidis Vitriolicisque subjectis* longe commodiorem) prius, sed revera supervacue nec citra immutationem quandam rectificetur; nec etiam in iis, quæ depuratio pro parte separat, (in bolari puta materia, arenulis, implicatis assularum frustis atque fecum particulis) adeo invenimus, quod serio noxae cuiusdam autor fiet: siquidem *feces siccæ* alias bonum ac penetrantissimum dant spiritum; reliqua nil ultra tantillum aciduli innoxiique phlegmatis conferre possunt. Nec denique tanta hujus, & è depurato prius Tartaro parati, circa graveolentiam est differentia, ut (licet aliquanto plus salis, at ex adverso minus olei suppeditet,) tædiosus labor præmitti mereatur. *Infractionem fætoris* per instillatos Acidos spiritus, alii jam pridem rejecerunt. Atque simplici hoc spiritu diversos in usus tantisper contentus, facile insuper *spiritu Fuliginis* caruerit, sive *vulgaris* fuerit, Tartareo sanè longè post qualem cunque etiam rectificationem fætentior, sive (*cum frigus hic rarissime ad novo-zemblicam illam concentrationem* sufficiat, nec efficaciam hinc tantopere intendat,) *cum Alumine vel etiam spiritu Vitriolico*, (sublequa per Alcalia disturbance) speciosiori ratione

tione paratus ; extus respective parabiliōri æquipollentique Armoniaci spiritu. Ceu nec *Oleo*, agonizantium (forsitan Hystericarum aut rusticarum) resuscitationi interius destinato hic locus aut usus est : exterius , si pro gregariis balsamicum (in contusionibus,) resolvens atque nervinum fætidum interponendum videatur , sufficientissimo *Tartari* (minus fætenti) *Oleo* , similiter parergo , facileque tum insuper in retorta cineribus repleta rectificando. De *spiritu salis Tartari* cum affinibus , (per se & in compositis , interea symbolum egregie hoc conferentibus ,) sequenti classe dicemus.

*Aceta Diaphoretica vel Alexipharmacæ officium* in mediocrium Malignarum curationis actu facere , præprimis autem præservatorie in iis , (qui extra Hypochondriorum uterique peculiares repugnantias,) ferre queunt , haud parum posse certum est. Cum autem luctuosiori (quod Deus avertat,) tempore nunquam non è simplicibus quibusdam antedictis facillime parentur , sique placeat & ad manus sit , succi citri parte tum prompte quasi condiantur , *Rutaceum* insuper hic locorum passim familiarissime reponant matresfamilias ; urgentiorem hinc necessitatem non videmus , qua medicatum sic Acetum , (ceu diversæ *Rhizotici* , *Bezoartici* , *Theriacalis* , *Mithridatici* , &c. formulæ , sæpe inconvenientiora ingredientia assumentes , hinc inde proponuntur ,) semper & præcise in contractiori apparatu prostare ; vel majoris durabilitatis causa loco *communis* , (mediocriter tantum pro empyrematis declinatione) *Destillatum* , (cujus differentiam tum elevatarum particularum acidarum , tum subtractæ Tartareae substantiæ respectu alibi notavimus , laboriosius recipi debeat.

*De Oleorum Oleosorumque , præsertim camphoratorum*

torum aut sulphuratorum effectu equidem conte-mnendo, aliquali tamen (in ferventioribus ma-lignitatibus) inconvenientiae complicato, similiter paulo ante diximus. Sin nihilominus ejuscemodi *Compositi quidpiam* certas in intentiones expetatur, ex tempore fane consultius, (istorum *Lmorum* vel *Alexipharmacorum* loco vel limitatione,) è Suc-cineo, Juniperino, Rutaceove inter se, vel cum Camphora insuper aut Balsamo sulphuris mixtis, nullo negotio confiet. Atque sic quoque *Elaosac-charum* aliquod Alexipharmacum; si omnino (sed supervacue) pro Præservatio vel Mixturarum Be-zoarticularum, (ut *Elixiris istius pestilentialis* spe-ciem hinc induant,) additamento expeteretur. Nec *Balsamici litus* convenientius, quam usus demum tempore, sub una alterave ad summam formula, (missa tanto *simplicium ac varie compositorum* serie) facillime ac citra asservatorum deteriorationes, parabuntur.

*Electuarium seu Bolum Diaphoreticum* nostri, (proculdubio propter inveteratas Theriacæ Mithridatiique commendationes, & domesticum illud suum Rob Sambuceum ac Juniperinum,) adhuc equidem quadantenus admittunt; atque hinc ea antiquiorum vel recentiorum Antidotorum se-ries hodieque passim proponitur aut invicem sibi substituitur. Sed forte consultius foret, si istorum, (haut satis sæpe adhucdum interdum exasciatorum) loco, compendia factis admodum sic laboribus, sumptibus ac vasculis, vel *unicum tantum*, de-bitos in usus & vel vulgi requirentis gratia, appa-ratui paulo fusiori insereretur; simplicissime at proportionaliter è paucis aliquot selectioribus Alexipharmacis, (vegetabilibus, animalibus atque fossili-bus,) è Cordialibus porro quibusdam & aroma-ticis

ticas & demum ex Opii, sane ob insignem figendi  
 & hinc attemperandi vim, in ejuscemodi formulis,  
 (quibus quasi per accidens tantum simul Diapho-  
 reticum sit,) non negligendi particula confectum:  
 v.g. si (recentiorum quoque nunc imitatione qua-  
 dam,) Radicum aliquot, (tanquam compactiorum  
 minorisque proinde molis,) Gummatum, imo pul-  
 veris quoque (si libeat) Viperini sive colubri, (sed  
 liberaliori, quam granulari in Theriaca dosi,) Sul-  
 phuris, Terræ sigillatæ selectioris, aut consimilium  
 invicem proportionaliter mixtorum unciis duo-  
 decimi præterpropter, adderentur Aromaticorum  
 (croci, cinnamomi, carophyllorum vel carda-  
 momi) coniunctim unciæ duæ; Opique tandem,  
 etiam crudi selectioris drachmæ quinque, vel (ne-  
 gotiosus hic) Extraæ spissi drachmæ tres, aut paulo  
 amplius; ac totum hoc (citra Theriacalia vulgo  
 complementa) exciperetur triplo Mellis commu-  
 nis solitarii, vel (si ad manum, vulgatissimum hic lo-  
 corum, fuerit, (ana Mellis Juniperini suppleti: *Mix-*  
*tura hæc* post aliqualem prius fermentationem, (ve-  
 getiorum vim in hoc remediorum genere manife-  
 ste temperantem, adeoque in Theriaca recenti o-  
 lím haut inconsulto expectatam,) ac post subse-  
 quam sic adjecti Mellis essentificationem quan-  
 dam, (sub quali quali quoque nomine tandem ve-  
 niat aut dispensemur,) in Diaphoreticas expectatio-  
 nes exhibebit se sufficientissimam; si Viperæ adje-  
 ctæ fuerint, nihilominus etiam tenerioribus & gra-  
 vidis, (quoties extus, & intus completa quoque  
 dosi incassum tentatis!) innoxiam; citra Opobalsami  
 substituta, etiam penetrantiora, [v. g. dum Nu-  
 cistæ expressum hic fere languet, & succineo ruta-  
 ceo caryophyllaceo quoque aperte cedit,] sat tamen ef-  
 ficacem; *Theriaca Diatessaron*, (alias in suo quidem  
 ge-

genere haut adeo rejicula, ) antiquario *Electuario Papæ, Electuario de ovo*, ob vitellum & nucem volumicam, (in aliis compositionibus minus tamen hic exagitatam) jampridem suspecto, innoxio tamen & sat efficaci, item *Conserua Hederæ terrestris composita* (alias jam neglecta, ) *ac consimilibus* singulorum olim, (ne eadem chorda oberrare viderentur,) *Compositionibus* invenietur in haut paucis circumstantiis superior; *Theriaca Romana*, & prælonga *Mattb.* *Antidoto* profecto concinnior; *Theriaca* (uti vocatur) *communi*, & (tot editionum) *Orvietana*, etiam *selectiori*, dummodo peregrinas persuasiones eximus.) reliquisque celebrioribus quoque hactenus *Antidotis* (ut plurimum tamen, quasi sibimetipsis diffiderent, Theriacam in fine tandem arrogantibus, aut pondera parum saltem, vel ordinem ingredientium variantibus, aut indifferens accessorium superaddentibus) æquivalens, & interdum convenientior. Et cum olea supradicta, siquidem certas forte ob circumstantias mage proficuum visum fuerit, tam ab initio confectionis, (ad drachmas duas præterpropter,) quam etiam usus tempore singulis dosibus proportionaliter admisceri queant; quemadmodum & Extractum quoddam Alexipharmacum aut anti-Dysentericum, competenti menstruo seorsim, (suos alias in usus) ante præparatum, vel Camphora quoque contrita, aut ejus potius Essentia, vel salis Armoniaci Flores ac consimilia volatilia : facile sic *Electuarium* illud, (hac ratione diversimode, pro indicationum ratione, determinandum vel intendendum,) præstabit aut supplebit non solum vulgare superioribus annis *Camphoratum* quod de Croco dicitur; verum etiam seleiores illas, sub *Theriacea simplicis* & *Antidoti primæ ac secundæ anti-Dysentericæ* titulo propositas Formulas,

mulas, nostræ superiori de cætero (quoad compo-  
nendi rationem,) fere geminas; nisi quod laborio-  
sius quoddam vegetabilium alexipharmacorum &  
aromaticorum, (aque tamen simplici haut æquali-  
ter parentium aut pro parte vires deperdentium,) Extraictum forte præsupponant. Sic etiam Antimo-  
nialibus vel Jovialibus pro lubitu singulæ doses ex-  
timulari poterunt; quo facile nonnullorum *Theria-  
ca Antimoniata chimica* proveniet. Imo tandem,  
licet (per manus quasi) tamdu traditas alexiphar-  
macas, (nec experientia in quamplurimis affectibus  
adeo destitutas,) *Theriaca Andr. Mithridatiique* vi-  
res neutquam hic simpliciter eleveimus, nec supe-  
riorum etiam annorum querelas de inconcinniori  
improportionalique, (utut multis ex adverso excu-  
fata) compositione, de Exoticorum genuinorum  
defectu ac substitutorum insufficientia, de Alteran-  
tium superpondio & purgantium inconvenientia  
fedeat repetere, vel amplius adducere, seu Viperi-  
norum (nobis præteritis annis jam notatam) in  
dosi paucitatem, seu siccatae Scillæ quasi nullita-  
tem; Scinci cupedias: aut vanas illas (variis falsa-  
tionibus adhucdum expositas) Expositiones, & (uti-  
nam Chimicis periculosioribus potius dicatas!) in-  
gredientium inspectiones (liberalissima postmo-  
dum coena ab ementibus pauperculis redimendas;) licet denique nec Opium nobis inibi negotium aut alienationem quandam facebat, qui saluberrimum ejus concursum cum innocentia in his aliisque, (calidioribus præsertim aut volatilioribus) Diaphoreticis alexipharmacis copulatum, satis novimus; & talia, (Opii tantillo quasi condita,) etiam in malignarum illarum Cephalalgiarum principiis atque augmentis ad Diaphoresin, (nam in statu, contra vigilias atque deliria, Laudana solitaria equidem ple-

plerunque frustra, sæpenumero funesta sunt,) secundissime magnoque cum juvamine exhiberi, tamdiu confirmati scimus; adeoque singularem necessitatem hic non invenimus, cur (præter alia insuper selectus nostri alexipharmacæ) *Theiaca quoque sine opio* (quamvis citra id nihilominus sit dia-phoretica) vel consimile *Electuarium* extare debeat. Id tantum impræsentiarum, sepositis tantis per modo recensitis aliisque, (quæ vulgaris Theriacæ ac Mithridatii exclusionem forsan hinc inferre poterant,) inconvenientiis, hic addimus: quod simplissimum *Electuarium*, supradicto (qui cum *Theiaca nuper magis restricta & correcta* fere coincidit,) modo paratum & per mensum aliquot asseverationem in se ipso sponte quasi subactum, (quo Opii quoque vis somnifera, primis diebus ac septimanis etiam in pondere vix granulari quadantenus perceptibilis, evidenter supprimitur aut immutatur,) ad drachmam unam saltem datum sufficien-tissime nobis jampridem in diversis Malignarum speciebus præstiterit, quod *magnis istis Antidotis* pro alexiteria diaphoresi adscribitur, & quod è *Mithridatio atque Theriaca*, tum vulgari & ad literam, tum compendiosiori quoque ratione parata, in consimilium affectuum ac subiectorum collatione præstolabamur. Ut proinde vel ea de causa necessitatem non inveniamus, cur operosiora illa *Electuaria* seorsim hic extent. *Electuarium Nucum* patres familiæ in præservatorium sibi parent: *Conditum pro familia*, ejus saltem interpolatio est; & talia domum cum Rob sambucino, juniperino, &c. varie nullo-que negotio usus tempore finguntur.

*Extracta Antifebrilia*, alias è vegetabilibus præcipue Amaricantibus interdum contulisse perceperis, varie curiosiusque proposita, Quartanis vix

aut rarissime promissis stant; in Tertianis ac Quotidianis plerunque præcipitantibus seu Absorventibus insipidis, ac invertentibus salinis, (fixis aut volatileibus) cedunt; & si quis vel solam Absinthii Essentiam aut Extractum his interposuerit, sub pau-lo consideratiōri methodo nec hic *China China*, ut (per se totiens fidem in ea Gentianæ parabilitate fallens,) cum aliis insufficientioribus, ejuscemodi Extractionibus deinceps superaddatur, opus habebit.

Quemadmodum nec (inter tot nunc acceptiores diaphoreticorum formulas) excogitatis olim *Morsulis*. Siquidem vegetabilia hic aut ingratum plerumque sapiunt, aut pondus habent diffusius; Animalia vero huic formæ apta, & imprimis Mineralia Antimoniata per se in doméstico vehiculo jucundius sumuntur: aut si omnino quis expeteret, loco variarum, (in remissiores affectus hinc inde prostantium diaphoreticarum ac Bezoarticularum) Tabellarum, facile tunc formantur. Ceu usus quoque tempore *Trochisci sublinguales*; si simplicium (sufficientissimorum) loco, curiosiores tale quid singulariter eligerent, æqua facilitate è parabilioribus, (gustum magis ferientibus, nec odoriferas pretiosorum aut oleosorum particulas præpostere disperdentibus (vice *Trochiscorum Antipestilentialium viliorum aut pretiosorum quorumlibet*, (tunc efformandi. *Pulveres* in hoc genere vel duo sufficiunt; & quidem longe convenientius ex Animalibus aut Mineralibus quibusdam, efficacibus scilicet, (non suspectis aut pene nominalibus;) parabilioribus, (non præter rem & notabiliorem effectum caris illis Gemmeis, Bezoardinis &c.) insipidis denique ac contractioris, nec nimium (ceu vegetabilia pleraque ac Magisteria Animalia solent,)

Ient, ) diffluentis molis simplicissime parati. Sicque  
mediocribus quidem in affectibus ad expulsiones,  
resolutiones & inversiones admodum sufficiens;  
in intensiori vero malignitate volatilioribus vege-  
tioribusque præmissis consultius postmodum suc-  
centuriabuntur. Et si omnino vegetabile quod-  
dam, aut de vegetabili participans istis adjicien-  
dum videatur, præsertim pro gregariis; extempore  
id fiet convenientius: ceu pariter pro lubitu vel  
necessitatis ratione, singulis dosibus Antimonialia,  
Jovialia, Sulphurea, Cinnabarina, Colubrina, O-  
piata, &c proportionaliter tunc associari queunt.  
*Si itaque quis v. g. Cornu Cervi Phil. calcinati partes*  
*duas, & Terra sigillatae selectioris ac Unicorum illius*  
*fossilis, si ad manum sit, (uti hic locorum concre-*  
*mentum illud frequens & tolerabili precio parabi-*  
*le est,) singulorum partem unam inter se simpli-*  
*cissime miscuerit, & secundum dictas conditiones*  
*considerate suoque tempore dederit, aut tanquam*  
*basin insuper (dum opus,) ante notatis diversimo-*  
*de exaltarit; profecto longe concinnius, nec raro*  
*felicius assequetur, quod hucusque passim in tot*  
*ingratissimis vel inconsideratiis compositis, (sub*  
*solitario usu raro intensiori malignitati sufficienti-  
bus) Pulveribus Alexipharmacis, Pestilentialibus &c.*  
*inque pulvere Casaris rubeo ac griseo diffuse quæsumum*  
*est. Imo nec usitatoribus nunc istis, (ceu alias*  
*præter rem carioribus aut minus apte conjugatis,*  
*prætiosa durabiliaque vilibus minusque durantibus*  
*nequicquam miscentibus, vel pura puta solum por-*  
*deris aut ordinis variatione constantibus, aut su-*  
*pervacuum accessorium forsitan adferentibus,*  
*maximam partem, si titulos & persuasions demas,*  
*nihilo vegetoribus) seorsim indigebit: Speciebus*  
*puta de Hyacintho, Liberantis, Confectionis cor-*

dialis, contra Pestem &c. Pulvere (alias non contemnendo,) Pannonicorubro, consimilibusve camphoratis, inauratis, aliave ratione pretiosioribus, tot Bezoarticis majoribue minoribusque diversorum Authorum; & si qui recens nunc, plerumque tamen ex amaricantissimis, item è Nitro (Malignis cum vomitu sæpiissime vel cum diarrhoea complicatis neutrquam, utut in Alexipharmacis quoque succis concreverit, commodo,) vel demum iisdem nostris ingredientibus, tantum carioribus associatis) constantes, amplius sub Alexipharmacorum, Antipestilentialium & Bezoarticorum nomine sunt propositi. Nec demum opus habebit, ut Pusiones & Infantes usitatis ingratiioribus turbet, aut peculiares istis compositiones, saccharo (lactentibus, præsertim febrentibus tam inconvenienti) plerumque farta condat: cum pulvis illæ recens natis ad granum unum vel duo, provectionibus [usq; e dum anniculi fi- ant,) ad tria quatuor re datus, si que opus Anodynorum vel Cinnabarinorum portiuncula exaltatus, in Caloribus vagis æque ac permanentibus, in Exanthematibus, Variolis Morbillisque non adeo malignis, in Convulsionibus, Terroribus, Torminibus ac clamorosis Inquietudinibus, revera se tota die sufficientem præstet. I' a porro si diversorum Pulverum Antipleuriticorum etiam secretissimorum, ac Specierum Pleuriticarum loco, saltem ossium capitis Lucii pulveratorum partes duæ cum Sanguinis Hirci (rite tractati,) & sulphuris citrini singulorum parte una misceantur, absque aliis Tribulorum, Carduorum, Florum aut Radicum Papaveris erratici, Dentis Apri, Taloram, &c. additamentis, & absque omni Venæsectione, Pulvis hic bis vel ter, (sine, postmodum vel cum aliquantillo Opiatorum) datus expectationem hic locorum sufficienter complet: modo

do (si Pleuritis ferocior, & quasi maligna fuerit,) Mixtura simplex (elegans hic ruptorium seu resolvens) præmittatur, Expectorantia quædam (in majori nisu aut calore) liquida forma interponantur, & Invertentibus Cancrinis atque Corallinis pulveribus, (aliquantum, aut non Opiatis,) cura concludatur: æque ac in Febribus continuis & plerisque malignis, citra Venæsectiones quaslibet, (rarissime certis nonnunquam subjectis aut circumstantiis hic in curatione debitas,) citra Laxationes, Clysterisationes, aliasque alteratorias aut roboratorias ceremonias, felicissime nihilominus absolvetur, si (cæteris quidem paribus, & cum prudenti concurrentium requisitorum arbitratione,) malum primo per Mixturam istam polychrestam, solitariam, aut (in Vomitu symptomatico) guttis aliquot Tincturæ Anodynæ fortificatam, vel etiam per spiritum Cornu Cervi ac consimiles volatiles infringatur; residuum una alterave Pulveris supradicti, (qui tamen etiam in mitiorum nonnullorum initii per se aut diversimode exaltatus sufficiet,) dosi subigatur; ac tandem circa statum Corallinis Cancrisve (cum & sine Cornu cervi phil. calcinato) quasi absorbeatur; interpositis pro circumstantiarum ratione, contra siticulositatem quidem vel solo spiritu Salis, Clystrio, aut Rose minerali (in potu,) vel etiam ipso Nitro, (si vomitus ac diarrhoea absint:) in anxietatibus vero illis malignis, etiam circa statum nonnunquam repellentibus, tertiata vel subquadrupla tantum, non completa (ne nimis commoveat,) repetita tamen si opus fuerit, Mixturæ s. aut spiritus volatilis, vel etiam Electuarii alexipharmaci dosi: in Nauseis deum Diarrhoeis excessivis, Vigiliis Inquietudinibusque nimiis &c. Laudani (quovis modo

modo obnupti vel aliis associati) grano præterpropter, ante & post statum urgente necessitate, uti perquam proficuo, ita tutissimo; si modo Ungaricas exquisitas, opata circa statum (inter ferventia deliria) vix commode vel impune, melius autem in declinatione demuin, si necessarium fuerit, (ceu paulo ante quoque dictum est) admittentes excipimus. Quæ incipientium, clientes suos tanta pharmacorum proluvie nobiscum vexare nolentium causa ingenue referre voluimus. Tandem vero quod *Antifebries (Intermittentium) Pulveres, Species febrifugas, & similes compositiones attinet*, uti olim pulveratis quibusdam vegetabilibus (plerumque remissioribus,) aut postmodum è Diaphoreticorum, Præcipitantium Alcaliumque improportionata complicatione constant, ita promissis (ni vegeti cujusdam perfecta dosis subsit,) raro stant, aut ob (Amarorum vel confusi quid ingratissime sapientium) molem difficultime assumuntur, stomachove, præsertim in nauseam soluto retinentur. Quartanæ sane potentiores & ad spiritus Volatiles, imprimis opato combinatos, (ceu laboriosiores ad Mercurialia fixa &c. solent,) extensam manum exigentes, talia parum reverentur. In Tertianis plerumque (post catharticum, præsertim Emeticum,) simplicissimus Concharum pulvis, (solitarius, aut cum nativa Cinnabari vel pulvere Annodyn,) item, (ceu quoque in Quotidianis) notoria illa Alcalia diaphoretica, simpliciter aut cum sulphure parata, sola (vel Salis Febrilis imitatione) tertia parte Nitri & tertia parte florum salis Antimoniaci (qui Alcali sulphuratum commode ferunt,) sociata, magis profecto satisfaciunt: Nec Arcani duplicati, Aluminis mitificati seu dulcificati, Olei caryophyllorum, atque aliorum ejus generis

neris Antifebrilium ulterius hic mentionem faciemus.

## Diaphoretica Animalia.

**P**otius eo nunc deducti, ad *Animale Mineraleque regnum*, pariter in fecunditate sua hic nimiope-re extensem convertamur, & quæ selectui nostro potissimum convenire videbuntur facta inter se collatione, (ubi tamen propter polychrestorum affinitatem alterius quoque classis remediorum consideratio coincidet,) è vastitate illa segreg-imus. Sit autem primus *Cervo*, tanquam Diaphore-ticis (exotico pretiosissimoque quovis pollentioribus) exuperantissimo locus. Non quidem ut *sanguinolentas* illas *Typhas* cupediis subtrahamus; *excic-candas* forsan, (at cruento orgasmi tempore siccato parum sic validiores;) aut *vulgatori more destillan-das* in *Aquam*, (inter alia tamen præsentiora) lan-guidiorem sane, si simplex, vel accessoriis suis, po-tiorem effectus partem debentem, si *composita* fuerit. Nec porro ut *Immaturius ac mollicellum hinc decutiamus* *Cornu*, in vaporoso Balneo (siquidem in perflatili quoque loco etiam detracta cute su-spensum intus brevi fœtorem concipit,) exiccan-dum; cum *Pulvis inde diffusa* quidem mole admo-dum, efficacia vero cervina vulgatoria non lu-pe-ret; ceu alias *Cornu ipsum* (immaturiorum fere lignorum more) remissiorem spiritum, parciusque dat oleum. Quinimo nec *Sanguinem inde vel Cor conquiremus*, sive pro *Aqua Cordis Cervi*, ejusdem cum Aqua Typharum composita sortis, & hinc no-bis animi gratia ex *Hircino* olim eodem effectu de-stillata; sive pro utriusque spiritu, (si maturi *Cornu spiritu* conferas;) similiter dilutiori, & per

æquivalentem istum facile compensando : sive de-  
 vique pro *oleo fætido* è *Sanguine eo*, quod è *Cornu*  
 vel ipsa fuligine quasi per accidens habetur, aut (si-  
 quidem *humana* merito forsitan hic reveremur,) è  
 vulgatioribus equinis ossibus, *Hircino sanguine*, &c.  
 (si operæ pretium forcat,) elici potest, & in *varios*  
*Liquores ac Mixturas Antipodagricas* nonnullis redi-  
 gitur, nihilo specialiori; tenui post diversas rectifica-  
 tiones cum spiritu vini alcalisato in olidam *Effenti-  
 am*, seu superaddito sale proprio volatili in *Balsa-  
 num illud Antipodagricum* vertatur: oleosis ejusmo-  
 di alias vix decimo Arthriticorum nostrorum (ut ut  
 fætorem toleranter ferant,) quadrantibus; magisque  
 tum proficuis Salis Armoniaci, Calcis vivæ & ur-  
 nosis spiritibus. Porro vero *nec Cerebrum* curiosi-  
 tatibus hic vindicemus; quo *spiritus Cerebri humani*  
*analogum*, (empyreumaticum, nec tanti momenti)  
*Liquorem*, cum paucissimo Sale volatili oleoque  
 similiter in exigua quantitate simul prodeunte, (ut  
 per expressionem Animalium Cerebella plus ole-  
 osæ pinguedinis dent,) supervacue nanciscamur. Sic  
 nec *Os de Corde Cervi* (ob venatorias persuasions,)  
 aut *Sordes è Canthis* tædiose corrademus: certe ha-  
 rum, (largiter etiam exhibitarum) vis non est, ut for-  
 didum & fere hircum olens remedii genus tot præ-  
 stantioribus parabiliорibusque *Alexipharmacis* jure  
 præponatur: ceu nec *Cartilago ista Cordialis Co-*  
*rrallia*, oculos *Cancri* vel *Cornu Cervi* præparatum  
 superat, in multis circumstantiis ne quidem æquat.  
 Selectui proinde nostro sufficiet *Cornu*, si haberit  
 potest, *sponte* (*quasi complemento suo obtento*,) *deci-  
 duum*, in complures præparationes, (ob majorem  
 soliditatem seu corpulentiam extimarum partium)  
 convenientius; aut si defuerit, saltem satis ma-  
 turum seu induratum, sive de cætero paulo ante  
 vel

vel in orgasmo , aut exigua forte differentia brevi post cæsum fuerit , etiam post complures annos nihilo deterius , & *Cervini quoque Cranii* (quod alii alias in usus vel *Aqua Rosarum identidem mollificare* , vel etiam philosophice calcinare solent , ) vices revera satis complens , imo nec *Rhinocerotis* adeo commendato *Cornu* (ceu multoties & amplissima quoque dosi , tam *Crudum levigatum* , *quam excoctum* , aut in spiritum destillatum varientavimus ac *Cervinis* aliisque parabiliорibus aut temperatoriibus *Alexipharmacis contulimus* ) in rei veritate posterius ; quod etiam in diversis , selectioribus tamen , nec Eboris per Aquam forte in excavati aliterve ficti , vel consimilium mangoniorum temere accusandis *Unicornis* frustis plus vice simplici deprehendimus : seu *Cetacea* (uti videbantur,) fuerint , seu (uti offerentes adfirmare volebant ,) è *Quadrupede* , adhucdum eruditis incerto , & ex *Æthiopia* secundum nupera promissa expectato. Ut proin missis his preciosioribus , nihilo tamen valentioribus , sæpe suspectis & confisos in præcipitia ducentibus , (etiam insuper *Rupicaprarum* , quæ tamen nondum hactenus repetito experti sumus) cornibus , satis sit , si è *Cervino* , (parabili & sat in suo genere efficaci , ) extet primo *Mollificatum illud* , quod vulgo *Philosophice calcinatum* dicunt : non quidem operiosius in *peculiari vesica* vel simili apparatu , sed *vulgari solum coctione* (separata siquidem fluidis in morbis adeo forsitan placuerit , & acidulis spiritibus condita , non vero alutariorum more vix sine glutinis fœtore *siccata Gelatina* ,) paratum : simpliciter *Raspato* , (ceu ni per complures aquæ *Divaporationes friabilius* adeoque huic conforme reddatur , segniori (præsentius) longe (uti supra

diximus,) minoris molis graviorisque coloris præ molliculorum siccatorum pulvere : de cætero in debitibus indicationibus, (tanquam temperatum, in exquisite vero Malignis, non tam primæ debellationi, quam reliquiarum extinctioni potius cum fui similibus dicatum,) sat efficax ; licet glutinosior & sanguinolentior substantia, cum aliquota (ipsi proportionaliter inhærentium) particularum salinarum, ac præcipue sulphurearum parte sic subtrahatur. Nam in compluribus hujus generis subjectis, quibus illæ aliquantum aut quoque penitus demptæ sunt, nihilominus adhuc datur & observatur actio, ad Diaphoresin, Diuresin &c. sat evidens, quæ tamen è Principiis illis, aut eorum absentia vel diminutione, (alia Ignis, alia Stomachi resolutione, vel remediorum inibi adaptatione,) simpliciter æstimari nequit. Atque hinc *Ustum quoque, vulgare illud*, similiter revera & in se, (non ob vehicula tantum, strangula, aut creditum quoddam *Sal fixum*,) diaphoreticum nemini non hodieque observatur, æque ac Conchæ (ipsissima sane complurium locorum Calx,) aliaque calcinata, & adhuc fixiora officium suum nihilominus faciunt. Nec tamen ea proin huc trahemus ; *Cornu Cervi ustum* in specie (si referret,) facile è destillati spiritus residuo, leviter denuo calcinato, citra supervacuas omnes cum *Aquis destillatis levigationes aut muliercularum Restiotiones* habituri. Potius itaque nobis sit modo dictus *spiritus*, (uti sal fluidum vocatur) super Alcali, aut saltem super cineres cum affusa præterpropter quarta spiritus Vini parte rectificatus : penetrantissimum (iis, qui residem graveolentiam, vehicularis tamen ex parte palliandam, necessitatis tempore speciali energia præ aliis compensari sciunt,) in plerisque malignis

*Alexipharmacum*, & (in Vertiginofis ac Soporofis affectibus,) *Cephalicum*, extus quoque; in resolutilate sua salina caput pro multis minus, quam odorifera illa sulphurea replens; *Siccо*, (at nihilominus grave quiddam spirante) *Sale*, seu *simpli* & *solitario*, [sed vix coercibili,] seu per acidos spiritus [at in Armoniacale quidpiam] *fixato*, cum nihilominus in vehiculis denuo solvi debent, dispensatu comodius. His si omnino quidpiam, [dum] *Oleum fœtentissimum*, cum *Essentia* hinc nonnullis per affusum spiritus Vini rectificatissimi sextuplum præterpropter parata, internis usibus haut necessarium ut, ] superaddendum videretur, adjicemus forte & saltem propter refractarios nonnunquam infantes, (Præparata, tanquam inter deglutendum sensibilia, & que ac Mixturas seu gravius seu suavius olentes, nullatenus interdum admitentes,) *Magisterium*, non tam vulgare, per *Alcali aliquod*, aut (carius tantum) per *spiritum Salis Ammoniaci* præcipitatum; quam *Abstractum*, per *spiritum Nitri*, denuo eum post solutionem, (at caute, nec ad perfectam siccitatem,) abstrahendo paratum, & postmodum copiosa Aqua simplici, (ubi quod adhuc solvitur, seorsim diversimode promore, vel complacentia præcipitari potest,) edulcatum; priori valentius, at mole quidem in adulorum doses majus, adeoque siccis præsertim formulis ineptius, verum fallendis pueris commodum, in potu eorum pene insensibiliter diffluens: de cætero ad Diaphoresin præsentius eo, quod eleganter quidem è *Cornu Cervi Phil. calcinato* (per *spiritus Vitrioli quadruplum præterpropter dissoluto*,) post mediocrem hujus abstractionem copiosa Aqua s. præcipitando conficitur, ad alterandum, & influidis affectibus ad subadstringendum, quam ad evi-

dentiores sudores directe ciendos aptius ; licet hoc ipso plures in usus convenientius existat *communis* *Cornu Cervi Vitriolato*, id est, Usto, ana spiritus Vitrioli (sed per retortam probe rectificati alias ponticus potius quam jucunde acidus sapor orietur,) imbibito & sponte siccato.

Atque Cervina hæc , solitaria vel fossilibus non nullis (supradicto similive modo) sociata , aut Antimonialibus , Jovialibus &c. fortificata decenter adhibens , amplius nec (famosissimo quidem , at merito nunc paulo circumspectioribus non una de causa suspecto atque neglecto) *Lapide Bezoar* ulla- tenus indigebit ; sive *Orientalis* , etiam genuini , (certius nunc in vetustioribus Magnatum arculis quærendi ) deprædicationes cum effectu precioque contulerit : sive *Occidentalis* (proculdubio non ex una animantis specie) originem atque neglectum . Utriusque sane (licet vel è Panacis & Ambro- siæ Tartaro coagulati fuerint,) vires , siquidem alia præsentiora deforent , nobis saltem (ut aliorum experientias non adducamus , ) *Cervinus* , *humanum* *Dalech* , *Aprugnus* è *Vesica* , & (Orientali ut ovum ovo , colore lamellisque similis) *Equinus* è *Ventri- culo* , sufficienter æquarunt : ceu *Rupicaprarum* quoque *glomi* (parili concremento haut raro in *Vac- cis Caprisque* repertibili) istis simile quidpiam movent : æque ac solo Bezoartici Pulveris vel Tincturæ nomine , creduli majusque quidpiam inde sibi polliciti , passim nunc saturantur. Ut proinde lapillis illis in exquisite malignis , etiam sub larga Dosi , (ni in tènerrimis criticus quasi naturæ motus coincidat , ) revera claudicantibus , vitam atque sumptus frustra temereque exponi , magisque adhuc supervacue (ea eorum teneritudine) *Magisterii* *Tincturæque* consistentiam affricari , vel

vel (dum quovis vehiculo facile sumuntur aut subiguntur, singularia hinc *Electuaria Bezoardica* *preciosa* proponi, nemo non videat. *Viperas nostrates & Colubros utriusque sexus* jam olim Es-sentiis *Electuariisque nostris Theriacalibus*, loco exoticon *Trochiscorum*, (precium tunc potius, quam alias recentioribus nunc notatas mali-tias veriti) addidimus. Et sane *Bezoarticum illud animale simplex*, seu *Pulvis è Carne, Corde, Epate spinisque* (citra caudæ mutilationem) paratus, uti contra sui generis Venenum præservatorie, (nostra quidem, nec una tamen observatione,) plerumque parum nec adeo fidum, (contra *Natricum morsus nil*;) ita curatorie illic multum, nec minus in Venenis aliis quibusdam potest. Quid in Peste queat, Divina Clementia non sumus ex-perti. Sed ut sufficientem tum in tot clinicorum millia copiam taceamus, jam pridem æque exerci-tatis in dubium vocatus est, qui hodie nonnullis de novo commendatur. In extreme Malignis, & quasi pestilentialibus, (cum Vibicibus &c.) nos (ad præ-sentiora fugere coactos) haut semel destituit: sic quoque in Intermittentibus, licet Antifebrilis non-nullis secreto habeatur. In inveterata Psora & Le-prosis dispositionibus parum hucusque juvit; sæpe cutaneos ardores potius intendisse visus, & certe se-lectione Antimonii Coralliorumque Tinctura, Præcipitantium insipidorum Pulvere, Nitro &c. longe fuit posterior. Ne tamen penitus tantarum traditionum aut persuasionum Infecto, (quasi nec Cancer nec viliores Vermes exuvias deponerent,) apparatus noster destituatur, per nos in feliorum fortan hic usus, in majorum Compositionum com-plementum, fortuitove demorsorum levamen sit, sufficietque *Pulvis ille simplex*, aut ad corruptionem

pediendam *Floribus Salis Armoniaci*, vel (si alios in  
 fines placeat,) *Oleo quodam Destillato* potius, quam  
*Suffumigiis aut Nitro fixo*, (vix cum eo siccatas, ægre  
 sane hinc pulverabiles conservante,) conditus.  
 Curiosiores Liquidum hinc quidpiam insuper ex-  
 petunt : & sane Essentia inde ad recentiores du-  
 etus, brevi nulloque negotio extrahitur quidem,  
 sed pariter in quamplurimis requisitis debilior, ni  
 per accessoria, aut (non sine gratiæ immutatione,) per  
*Sal volatile*, non tam (in ea hic locorum rarita-  
 te) *proprium*, quam analogum sufficienter condia-  
 tur ; ut merito tantisper hic transeat : ceu quoque  
*Reliqua* potius Exteris in cupedias suas, (at, uti to-  
 ties post frustraneam Pulveris & Essentiarum exhi-  
 bitionem vidimus, Pullis & Juribus plusquam Sy-  
 baraticis cæterisque Accessoriis magis, quam Vi-  
 perinæ communicationi effectum debentes,) negoti-  
 tiosiorumque præterea furnullis secure relinquim-  
 us : siquidem quæsitæ peregrinitatis plusculum  
 plerisque subest : atque ut *Salia Theriacalia* (*quanta*  
*vel qualia* tandem hinc sint,) nunc exoleta viden-  
 tur; Salinæ vero Sulphureæque particulæ, quæ ignis  
 interventu è Viperis proveniunt, admodum à sim-  
 plicis Pulveris temperie proprietatibusque per-  
 multis abeunt ; ita posteriora qui ien Cervinis hi-  
 hilo valentius, saltem operosius parciusque Alexi-  
 pharmacum præstant, sive *Sal volatile per se*, spi-  
 ritus forma detur, sive prius in Armoniacum quid-  
 piam per *spiritus acidos* figatur, aut adhuc opérösius  
 cum adjecto Sale Tartari sublimando, in pristina for-  
 ma repetatur, vel denique *Acetosis* (in *Essentiali Sa-*  
*le Tartari hærentibus*) *particulis*, recentiori invento  
 combinetur, atque sic remedium istud hypochön-  
 driacis nostris alias polychrœstum, amplius tantum  
 extimulet. Qui Viperarum (quarum equidem di-  
 mi-

midiam, & ultra, pro completa dosi vorare, si libet, cogimur,) maestatione delectatur, potius *Pinguendinem* sine adulteratione quovis modo colligat, & moderate super ignem frigendo à crassamentis, durabiliorem sic separat: remedium (ut Nervosarum partium puncturas atque synovias, Auditus difficultatem &c. taceamus,) saltem in Oculorum (etiam rubentium) Pustulis profundisque Vulneribus, (si bis vel ter guttula in die instilletur,) habebit revera singulare, & omnibus *Collyriis ac Sief de Plumbo, de Rosis, de Thure, Mixturis ex Antimonio crudoe ejusve Croco, Infusis Veneris in Malvatico, &c.* superius; etiam citra alia quorundam olim (ut *Lignum exiret,*) accessoria. Nec hujus tamen (diversimode oborienti) defectui succedanea balsamica desunt: siquidem inter alia etiam Hepatis Mustelæ piscis Liquor, non tam tædiose in vitro suspendendo, quam simpliciter super lèntum ignem in semetipso liquando proveniens, idem largiter præstat: ceu ex adverso, quæ de illinenda parturientium umbilico *Pinguendine, de Lingua vivis evulsa, aut Exuvii coctis* eidem imponendis, (& per accessorium forte calorem, vel imaginationis æque ac in humani Corii Cingulo concursum, interdum quidpiam per accidens quasi conferentibus,) passive creduntur, nobis quidem raro, etiam foetu bene situato, promissis steterunt. *Oleum viperinum simplex* aut *compositum* morsificationum causa regiones haenostræ haut adeo requirunt; uti nec propter negletiores *Aranearum* iætus aut *Bufonum* conspurcationes horum seorsim *Olea*. Neglecta cōsimiliū venenatorum in vita antipathia, infudimus olim conjunctim at successive quædam: præstitit aliquid, at vix amplius quidpiam, quod non præstaret triviale illud *Scorpionum* (vili passim yenalium) *Oleum*

Oleum, saltem Simplex, (utpote vulgari off. composite nihilo remissius,) tantum cum Olivo citra Amygdalini disperditionem confectum : ut longe commodiora extrahentia, abstergentia, alexipharmacæ non-pinguia, præter chirurgica, taceamus. Quod autem amplius *Aranearum Oleum* concernit, tota die Febres, citra ejuscemodi Topicorum (magnam partem per accidens solum aut absoluta demum periodo juvantium,) applicationem à paulo versatioribus felicissime curantur : aut si quis omnino in diuturnioribus eo deturbetur, litus aut cataplasmata è vulgatissimis (ad residui miasmatis elicium communiter destinatis,) nunquam non habebit, citra ullam *Oleorum vel Emplastrorum antifebrilium* asservationem actualem. Quoad *Bufo-ninum*, Thersites fuerit aut profundus amator, qui nonnullorum commendatione Cosmeticum sibi hinc aut è similibus sordidis quæsiverit. (De *Zenexto è Rubeta*, adeo hodie, plerunque tamen per traditiones tantum commendato, nil habemus; & avertat amplius à nobis Deus istius experientiam. In extreme malignis ac pestilentialibus febribus, &c. Deo vocationique nostræ confisi, circa ejuscemodi periaperta æque securi fuimus.) Nec demum quod *Viperinum oleum* seorsim attinet, ei quamvis alicubi admodum commendato, nimium in reliquis venenis venenatisque morbis confidat quispiam : uti nec *Caravitino*, *Scorpi-anam Magno* (incondito,) aliisve etiam Hyperico Terebinthinaque (inconsideratus) inviscatis, aut nuper (accuratiore quidem compositione) diversimode eum in fine substitutis. Præcordiorum hic inunctiones supervacuæ, sëpe noxiæ, dorsi per spinam confrictiones nostratibus inusitatores sunt; & si quis balnearium hoc remedium ad resolutio-

nes vel expulsiones expeteret, cum & sine Nitro oleo & rutaceo, per simplicissimum Scorpionum, quandocunque lubet, habetur. *Coronam viperinam*, famosissimam illam cranii excrescentiam, (extus monticulis, intus venarum subjacentium cavernosis vestigiis, æque ac Bufonius verus, conspicuam) plus una vice vidimus, credebantque possessores, uti Unicornu animalis apice Aquæ alii cubi immersa, ita quoque injecto hoc extuberante Cranio (bullas tum ob exiccationem præviam aëremque intromissum emittente,) Poculi haustum reddi Alexipharmacum. In Diariis, Erysipelite, &c. sponte subsequebatur sudor; alias se eo componentibus non item: ceu utrumque quoque à *Bufonii* tum immersione tum rasuræ tantillo accidit: & vel ipsa ratitas talia ab ulteriori experimen-  
to inter manifestam hyperbolam, excludit; uti nauseabunda & accessoriis (potius, quam Sanguini vel stomachali Sali) effectum qualemque debens compositio, *Alexipharmacum de Ciconia*: pariter huc non pertinet, quasi pinguia prius seorsim, aut præsentiora vomitoria, & hinc Antidotalia dari nequeant; aut Ciconiæ caro, sanguis & ventriculus siccatus, ob escam accidentariam, majori jure huc trahi mereatur, quam alii serpentum hostes & manducones: inter quos & cochleas (delicias illas) ex imperfectis commessantes plus vice simplici vidimus: de Cervis autem adhuc duin dubitamus; novissimo forte Lapide, (anguem deglutitum referente,) parili naturæ lusu in ventriculo concreto, quo non solum diversis in regionibus inter margas &c. sed in nobis quoque hujusmodi concrementorum accidentiaræ configurationes inveniuntur, *Ciconiæ senioris deplumatæ spiritus etiam rectificatus, siccatusque crux,*  
cer-

Cervina nobis hactenus profecto non æquavit.  
 Ex homine, ne Cannibales ullibi desint, multa si-  
 militer huc tracta sunt: asleverare tamen denuo  
 possumus, quod post varia tædiose in *Sanguine re-  
 centi & siccato, in Ossibus*, (facta tantum appropria-  
 tione Arthriticorum purgantibus adjectis,) imo in  
*sordidioribus quoque tentata, fabricata quinetiam  
 Mumia tum vulgatiori, tum specialiori illa (per mace-  
 rationem in Salis spiritu ac frustulorum consper-  
 sionem cum Aloë, Myrrha, &c.) nihilo singu-  
 larius aut præsentius inde habuerimus, quod simili-  
 ter vel Cervina Hircinaque non suppeditent; sive  
*Aqua simplicis è Cruore abstræcta (debiliorisque,) si-  
 ve spiritus, Salis volatilis, olei, Balsamive nomine  
 veniant. Mumiam exoticam (teneriores revera of-  
 fendentem,) alii jampridem exesse jusserunt: & tot  
 habemus balsamica vulneraria, tot Essentias resol-  
 ventes, præservantes, &c. ut *Tinctura istius*, (sane  
 ni Alcali sub sextuplo præterpropter inter extra-  
 hendum adjiciatur, sat parca, nec simplices Myrræ  
 Aloësque Essentias admodum excedente,) uti quo-  
 que *Oleo quorundam cocto externo*, quamvis in se  
 haud inefficaci, commode carere possumus, æque  
 ac *Pulvere vulgari contra casum ac speciebus Diamu-  
 miæ*, dum vel soli cancerorum oculi cum & sine An-  
 tmoniatis, sanguis hirci aliaque domestica, - vel ex  
 tempore (citra actualem etiam recentiorum formula-  
 rum contra casum asservationem,) commiscibilia a-  
 bunde satisfaciunt. Solus *urinæ spiritus* sive salis vo-  
 latilis liquor, ut afflervetur hic, præ aliis meretur:  
 neque hunc tamen per *olidas fermentationes, tædio-  
 sas & protractissimas*, (donec magmatis copiam nan-  
 ciscaris,) *exhalationes* aliasve ambages conquire-  
 mus, cum longe compendiosius in medicos usus  
 (etsi Fuligineum quid acedat,) æquivalens & suffi-  
 cien-**

cientissimus habeatur saltem *ē Sale Armoniaco*; sive cum *Sale Tartari* (extemporaneo scil. nitrosoque) aqua simplici vel spiritu Vini diluto instituatur destillatio, sive cum *Calce viva* solutione Ammoniaci decenter humectata, fortassis pariter volatilitatis suæ partem superaddente. Interea nihilominus sic longe saturatior præsentiorque liquor proveniet, quam simplicis *spir. vini* à *Sale Armoniaco abstractio-*  
*ne*, nonnullis commendata; oppidoque erit purior præ vulgatoribus libellorum modis, acidas Armoniaci particulas simul ex parte propellentibus, aut (minuta ipsius spiritus copia,) Florum potius haut parum suppeditantibus: quo *Zinckum quoque & Ca-*  
*laminaris lapis* pertinet. Nec ejusmodi *Destillationis residuum* plane rejiculum est: siquidem cum *calce v. va* instituta, in capite mortuo relinquunt *Fixatum illud operoseque quæstum sal Ammoniacum*, etiam ad internos usus hinc elutriandum, seu in *Liquorem quorundam Nephriticum*, (qui tamen in effectu saltem mediocris deprehenditur, de cætero vero nil est aliud, quam calcis in spiritu Salis solutio,) redigendum. Sin autem destillationi *Sal Tartari* fuerit adhibitum, caput mortuum (falsissimum,) per se quidem, (ceu alibi quoque breviter notavimus,) elutriando & coagulando *sal dat quasi culinarium, sed acerrimum;* & hoc retortæ inditum, non spiritum acidum, (uti expectabamus,) sed post *Urinosi* (inibi occultati,) *pauxillum, acidum* (at in usus suos haut inutile) *sublimatum*: & si denuo hic restitans caput mortuum (saporis non alcalini, verum similiter acidi, quasi Nitrosi,) spiritu Vini rectificato extrahatur, & liquori huic falsissimo instilletur spiritus Vitrioli, præcipitatur *Coagulum acidulum*, gratum & instar Magisterii cujusdain plumosi splendens; bonum aperiens, & *Sale nonnullorum Hypochondria-*

eo, (è Florum Salis Armoniaci , cum Sale Tartari  
 sublimatorum capite mortuo extracto,) neutquam  
 inferius. Sin demum supradictum spiritus Armo-  
 niaci (cum Sale Tartari parati) residuum spiritu  
 Vitrioli perfundatur , & totum per retortam destil-  
 letur in arena , *spiritus curvis Armoniacali Acidō*  
 compar nec inclegans exit : quæ non quidem ad  
 selectum nostrum , sed tantum parergas , tanquam  
 unius laboris superpondia , & saporis toties in eo-  
 dem subiecto mutati documenta , adduximus.  
 Nec similiter præterire hic possumus , quod hodie-  
 que à pluribus subtilissimus ille , (& merito  
 proin Armoniaci Urinoso adjiciendus) spiritus , qui  
 in quorumlibet Florum Armoniacalium urinoso-  
 rum sublimatione primo prodit , inconsiderate pro-  
 fecto (impacto a libellis *Phlegmatis fætidi* nomi-  
 ne,) abjiciatur. Qui hunc *Urinæ vel salis Armonia-*  
*cis spiritum Cervino è cornu vel corde parato* , per repe-  
 titam abstractionem sociare , & pro *secreto* *Salis*  
*spiritu volatili* habere voluerit , eandem (graveo-  
 lentiorem hinc) Mixturam etiam extemporanea  
 confusione nanciscetur. Qui vero ob salis Tartari  
 accessum , pro *Tartareo* aestimat , tantillum quod  
 hinc forsitan levare poterit , nimium extendere vi-  
 detur. Qui denique Salis spiritu de novo figit , *sub-*  
*tilius tantum* nec proin inefficax , intentioni tamen  
 nostræ nunc haud adeo necessarium *Armoniacum*  
 reproducit : ceu pariter è debita spiritus illius urin-  
 osi & Vitrioli acidi mixtura , (sæpe in præcipita-  
 tionibus nonnullis accidentaria ,) post destillatio-  
 nem provenit *spiritus decantatissimo illo Antepilepti-*  
*co è Vitriolo & urina prolecto* , nec (dum recentior fue-  
 rit) in certis circumstantiis contemnendo , quoad  
 qualitates & effectum par ; neuter tamen adhuc  
 dum absolutus mali istius domitor deprehensus  
 est.

est. Quæ tantum obiter hic attingimus : ut & quod *Tubuli illi uterini* (per spiritus Armoniaci simplicis evaporationes &c.) revera bene faciant ; sed hucusque vix tres invenimus , quæ ad ejusmodi Nasclalia rite depuduerint : quod porro in Aurium affectibus loco instillationis (nonnullis consuetæ,) longe præsentior commodiorque nobis se stiterit *Vapor, qui spiritu isto & oleo Tartari,* (præsertim cum Aqua quadam cephalica odorifera parato,) subito per guttas aliquot confusis , in exiguo angusti colli vitro exurgit , & meatu auditorio excepitur : quod denique Hypochondriacis præsertim plethoricis , præsupposito Acido præternaturali oppositus, raro expectationem saturet.

*Ebur* quamvis huc communiter referatur , parvi tamen hic momenti vel effectus est : ceu quoque *Magisterium quodvis, etiam abstractitum, aut cum Vitrioli spiritu è spiritu Nitri præcipitatum :* Nec singulare quid *Philosophice quoque nuper nonnulli calcinari cæptum,* in Hepaticis uterinisque præstat , quod Corallinis , Martialibus &c. non transigatur . Sic si Gelatinis intestina inviscare referret , *Eboracea* ( dum dens philosophice calcinatur accidentaria,) profecto præsentiorem haberemus Cervinam : *Ustum* alia ossa testæque non solum æquant , sed magis superant: ut totum proinde, cum *Testudinis cuiuslibet Scuto, ac Hircino* in suffumigiis sane Cervinis præsentioribus,) *Bovinoque* (donec ejus in Goa sc. germinantis radiculæ afferantur ,) *cornu* Tornatorum manufacturis relinquamus.

Hic vero potius inseremus *Concharum oblongarum* [parvarum majorumve,] saltem *Aqua simplici* (citra *Acetum accessum, aut nigredinis rasuram*) elotiarum Pulverem ; *Calcinatis* olim (nec tamen penitus hinc invalidis,) præsentiorem , in Febribus

bus præsertim Tertianis , in ebullitionibus ac præfocatiobus præcordialibus, in morbis fluidis aliisque stomachi intestinorumque exotericis acoribus &c. (solitarie, vel inter Corallinorum , Cancrinorum , Martis aut Cinnabaris nat. accessum,) plus nobis tota die præstantem , quam alibi preciosissima quævis. *Cuilibet Matri perlarum aut Ostrearum (tædiose quoque nonnullis loco Magisterii subtiliter erasarum) testis* , alias par est : & *Blattæ Bisantinæ , Entali , Dentali , Favaginis , ipsius quoque Umbilici marini* (cui aliquando cochlearum nostrarum , in prædictos usus sat validarum Domunculas per signaturam æque feliciter substituimus ) vices sufficienter supplet. *Magisterium autem seu vulgare seu pluinosum* , (è conchis cochlearumque testis æque ac è Matre perlarum splendidissimum, & cuivis Perlato simile,) supra relatum effectum , ne quidem attingit , nec in aliis destinationibus singulare quid præstat.

Ponamus proin amplius *Lucii [recentis] non quidem solas cum osse cruciformi Mandibulas , sed reliqua quoque capitis omnia, non cartilaginea ossa , intermixtis (ubi dantur Truttarum (vulgo dict:s) Linguis , aliisque congenerum prædatorum dentatis officulis* , pro simplici saltem Pulvere ; cuius vis ad materiæ acidæ vel acris in primis viis , circa ipsam pleuram &c. præsuppositæ inversionem, notoria, *Magisterio proprio sive præcipitato sive (elegantiori Dia-phoreticoque) abstractio nitroso longe hunc in finem præsentior est ; & magis adhuc Suis Leporis que Talis. Cervi Bovisque (ad venerea quoque , sed utplurimum minori succelu tractis) Priapis comodior ; Pene quod ipse Leviathan nuper (per non nullorum curiositatem) cum sartoria mucilaginosissimaque costa hoc cum qualicunque effectu contribuit, respective parabilior: ceu eadem de causa æger-*

gerrime (*ni frustra uultentur,*) pulverabilibus *Ver-*  
*ris aut Apri*, item pusionum *Lupinis rarioribusque*  
*Castoris dentibus* (quibusdam pariter in *Magisterium*  
*redactis,*) merito præfertur: five per se (secundum  
supradictas in Pleuritide cautions,) five potius  
congeneribus nonnullis, etiam opiatis sociatus de-  
tur. *Pavonem specula & calamorum scriptoriorum in-*  
*teriora* (Animæ nomine vulgo venientia) mulier-  
culis hic relinquamus.

Accedat potius (ne plane incruentus sit noster  
delectus) *Hircinus sanguis*: non quidem *Lanianum*  
*ille*, defusa (pro more) serositate oppido debilior ac  
friabilis, nec famosus saltem pauloque olentior,  
sed parcior, è *præioso miseri patrimonio stillans*, sed è  
collo tantum quidem inter jugulandum collectus,  
at cum salso viscidoque illo sero, debite citra combustio-  
nem in *Balneo vaporoso* siccatus; æque sic efficax,  
splendens renitensque, ac si Testicularis fuerit:  
sufficietque similiter nostros in usus simpliciter so-  
lum (dum de *Destillatis* supra diximus.) *Pulveri ja-*  
*tus*. Qui ex *Anate*, *Anseri*, &c. quibusdam, (olim  
etiam in Antidotos) proponitur, tanquam infidus  
*Culinis*, *Ciconiæ* credulis curiosisve cedat. *Colum-*  
*binus* (ut cruores reliquos hic appendamus,) profe-  
cto fugillatos oculos alias nil aut perparum juvat;  
*Afininus* non è *laciniis tantum*, sed ad drachmam  
quoque datus, vix unum alterumve per *Philtra* for-  
te dementatum levasse visus est, alios vix notabili-  
ter. *Suillus*, *Agninus*, *Bovinus*, &c. inter tot stiptica,  
*Hysterica* & (in aquis destillatis) refectiva, *Lanio-*  
*nibus* relinquatur: *ipse Leporinus* (cum infantili suo  
*cerebro* febrentique *corde*,) extus in erysipelate *Hir-*  
*cino*, *Cervino*, &c. nihilo est superior, & ejusmodi  
linteainina menstruata alias nauseabunda sunt, in-  
ter tot passim commodiora euporista: intus vero  
in

in Dysenteria nuper nostra nil solide contulit, multumque fuit, si in uno alterove per horas aliquot (non sine subsequis angustiis) secessus interdum suspenderet: Imaginem impressi timoris ipse, (qui in Taurino iracundiæ sigillum attulit,) alibi false risit.

## Diaphoretica & Alexipharmacæ Mineralia.

**C**onvertamur proinde ad *Mineralium classem*, præ reliquis hic pariter exuberatissimam, sive *Simplicia*, sive *Composita* (*antiquiora aut recentiora*), diversaque horum omnium Variationes, (ut plurimum eodem residentes, aut supervacui saltem aliquid processui appendentes, vel tacite è vetustissimorum libellorum orco reproductas,) intuemur. At qui compendiariæ Praxi nobiscum adsuevit, missis hujus generis coincidentibus, aut præter rem carioribus, tædiosioribus &c. haut difficulter paucis aliquot sequentibus, aut (in libero convenientiorum selectu,) consimilibus acquiescet.

Si enim primo quispiam è *Terrarum, Margarum confiniumque*, (huc usque dum tractorum) generibus, unicam saltem, non quidem præcise tantum *Silesiacam Strigonensem*, (quamvis præ reliquis haec tenus merito usitatiorem,) sed & alias quandam, (ceu variæ nunc in Germania observatae sunt,) selectiorem, pinguem, imprimis *Rubram*, & non tam annulo quam continuata experientia sufficienter signatam, nec deprædatoria *lotione* exhaustam habuerit; causam non videmus, cur alias insuper è *Turcia vel* (si credimus) è *Lemno placentinas*, (sæpc suspectas,) aut *Bolum* vel è media non-nun-

nunquam Germania Armenum, (dum alias tot epicerastica atque sistentia Gummea, Opiata, Martialia, Corallina, &c. præ manibus sunt,) vel denique è *Maltha minores* (cum S. Pauli,) aut *majores* (cum Eremitæ signo) *pastillos S. Pauli Baculos*, & *Vipera vel vermiformes Massas* (rariitatibus aptiores,) *Samiam ac reliquias Terrarum cinereo albo, flavente & colore variantium exoticas species* exigere necessum habeat: aut cur nostrates quoque residuæ ex ordine *Marga*, sæpe nimium quantum limosæ, & (quod nec in Terra sigillata nunc infrequens,) impuriores, vel nedum satis comprobatae seorsim existere debeant. *Galactites & Lac Luna* potius curiosorum hic museis quadrant; quodque alibi pro nominis ratione præstant, in Crystallo similibusque pariter invenitur. Sic est quidem aliquid *Terra Catechu*; *nec essentia ejus* (cum ardenti acidulove Menstruo extracta,) inter sistentia rejicula est: cum tamen hactenus tot ei fere conformibus Martialibus vitriolaceisque, tot Corallinis, Succineis, Opiatis, &c. idem æque feliciter aut certius obtinuerimus, inter Alexipharmacæ vero nil queat, eccur eo prelio massam Metallici germinis vel atramentosæ analogiæ, Regionis naturam æstimantibus, procul dubio haut adeo expertem è Japonia usque redimamus? *Magisterium Terra sigillata* (per præcipitationem,) manifeste deses est; quemadmodum & famosus *ille spiritus*, aliarum argillacearum vel bolarium terrarum extorto Liquore vix notabiliter præstantior; sane non is, cui loli in vere malignis, etiam sub larga, (quam exigit) dosi temere confidas. Ita *Tinctura Terra sigillata* (cum Salis spiritu solutæ, & post hujus evaporationem vel abstractionem, spiritu Vini extracta,) tum originis tum coloris causa speciosa quidem, aut pro-

simplici adstrictorio Martialibus, æque ac ingratus istius Liquor, (cum Terra aliquoties spiritu Vitrioli imbibitur, & hinc denuo quasi deliquando solvit,) revera posterior, in Malignis autem alias (cum sui similibus stringentibus acidis) inconvenientior est; ac longe tunc securius res Alexipharmacis Opiato sociatis, ac Præparatis Præcipitantibus transigitur. Si quid hic superaddendum, potius (vulgare nunc passim) *Unicornu fossile* videretur: non quidem quoad massam illam iolummodo, quæ *Cornu* refert, sed etiam quoad residuas partes, dentes scilicet per quam elegantes, *Mandibulas*, *Tibias* &c. experientia nobis æque, (si compacta nec per tuberæneorum alienorum accessum erosâ vel corrupta fuerint,) efficacia. Paratum hinc *Pulverem Polychrestum* supraposuimus, cum diverforum additamentorum variatione; inter quæcum vegetabilia solidiora & vegetiora (si quidem omnino pro gregariis placeat,) per extemporaneam mixturam haut difficulter esse queant, non videmus, cur tum superius relatos *Pulveres ac Species*, tum *Terram sanguillatam*, *Bolum Armenum* aut *Cornu Cervi*, scorsim per infusa vel decocta alexipharmacæ insuccata, syllogi huic associare debeamus: ceu quoad residua, *Ochra Alutariis*, *Creta* intèr tot præcipitantia stomachica, domesticis usibus, *Smectis* in specie Fullonibus *Tripolitanæ* politoribus aptior est; nostrati forte *Bolo*, ceu alii *Rubricam* volunt, ob Martiale confortium tonsorum cataplasmatibus relicta.

*ET Talco rubro* extrahitur quidem per Aquam regiam pulvis mediocriter Diaphoreticus; sed istum inter tot æquivalentia, (etsi vel naturæ Solaris fuerit,) curiosioribus merito relinquimus. Ut colicorum aqualiculis *Ophiten* suum imbricatum; intus à nobis, cum vix ultra sui generis absorbentia quid posse

posse videatur, nondum satis tentatum, utut extus à circumforaneis ad mendacium usque deprædicitur. Ipsæ *Gemma Orientales*, & (nescio cur adeo neglectim habitæ) *Occidentales* huc vel alios in usus tractæ, (ut conjunctim omnes expediamus,) profecto aurifabrorum officinis aptiores existunt: non quod *levigatis sive preparatis*, in sufficiente quantitate datis vires aliquas, (et si stomacho perinde ac *Porphyrio* reniterentur,) præter rem denegemus; sed (uti quoque in generalibus monuimus,) quia parilis inversio, præcipitatio, resolutio, adstrictio, & si quis insuper aliis est earum operandi modis, è longe parabilioribus *Præparatis*, aut siquidem illarum tincturæ seu colorationes (Mechanicæ fere testimonio) sunt quasi metallicæ è symbolizantibus Mineralibus abundantius, minores inter expensas habetur. Quod autem fere granulari tantum pondere in complurium doses assumantur, & ut plurimum minus durabilibus longeque solubiliорibus, (adeoque earum particulas intus quasi inviscantibus) Vegetabilibus obruantur, in *Alexipharmacis* ac *Cordialibus* illis *speciebus de Gemmis calidis ac frigidis, Eleotuarii contra pestem Liberantis, Confectionis cordialis, de Hyacintho famosioribus Cordialibus, temperatis &c. officinalibus*, ut & in *Pulveribus Pannonicis ac consimilibus variationibus* nemo non videt; & proin effectum maximam partem aliis potius ingredientibus adscribere possit. *Calcinationes cum Sulphure vel Nitro, Solutiones* jam saturatas vel invertas ) & *Magisteria vulgaria* alii jampridem elevarunt; nec in *secretioribus* efficaciam curiositate majorem hactenus invenimus. In specie *sint Hyacinthus & Sapphirus* pestiferorum tumorum salutares interdum (dum Succinum alibi æquipollit,) circelli intus tamen *tum perse, tum in Solutionibus*

*deliquatis aut Essentia formibus liquoribus*, longe parabiliora certioraque Animalia vel fossilia Diaphoretica temperata non superant. *Topazius, Amethystus* &c. (omnium fere centrum) *Rubinus*, alias per se hodie inusitatores sunt, eaque de causa Vulcani quoque minores hactenus tentationes (præter labores forte *cum spiritu Æruginis &c.*) subierunt *Granatus* (cujas cujas,) *Carneolus* (aliquanti quidem in hæmorrhagiis aliisque fluoribus effectus,) & famosior adhuc *Smaragdus*, cum accidentaria sua (per urinosum, multa similiter sic exaltans Menstruum,) *Tinctura atque Sale* quod præstant, liberally sene vel in solis Corallinis ac Martialibus invenimus: nam pro Diaphorisi quantum in rei veritate valent?

Ponamus itaque in præsentiorum parabiliorumque sylloge ex (antehac adserto) Stimmii, primo *Antimonium illud Diaphoreticum*, alias vulgatissimum; simplicissime tantum cum Nitri (etiam absque Tartaro) illud sat subigentis triplo, *sed unica saltē ac simultanea* (eoque undique validiori,) non trina (inæqualiori, ac tandem in candenti quoque crucibulo languidiori) detonatione circratum; citra alias ambages, diutius post deflagrationem *protractas calcinationes*, aut *cum spiritu Vini Circulationes &c.* apertoque Vase; ni potius pro *Clissi Florumque* conservatione retortam tubulatum, aut perfundorie solum inferius perforatam provenienti hinc emolumento impendere lubeat. Atque ex ejuscemodi Massa, post edulcorationem, (ni particulam pro purgantium stimulo, aut ulteriores in curiosiorum quorundam Extractiones servare placeat,) liberali aquæ quantitate, (ne crassior lixiviosiorque ejus dissolutio plusculum suffuretur) institutam, Pulverem nunquam non infontem tuffissi-

tissimumque, etiam post quadriennium habuimus : videnturque qui cum concitati postliminio Vomitus Anxietatisque præcordialis passim arcessunt, adeoque non nisi recentissimum, vel denuo cande-fatum volunt, inter elutriationem *Flores* superstans-tes nauseæque autores, una eluisse, aut terna illa- detonationis repetitione *particulas quasdam minus adhuc attactas* reliquisse, vel etiam inter elutriatio-nem *Reguli* (nonnunquam simul provenientis) gra-na simulpistillo contrivisse, aut potius propter hy-perbolicam commendationem, Antimonium hoc in *vehementioribus Malignitatibus*, alias vomitibus, aut nauseæ saltem (levi occasione exasperandæ) complicatis indifferenter exhibuisse; ceu supra monuimus. De cætero in sua competentique destina-tione sufficiens est, & idem, quod (ob Tartari ac-cessum) *Tartarisatum*, aut cum *Nitro* *Tartaroque di- versimode camentatum*, vel cum *sextuplo quoque salis* *Petræ* *supervacue*, aut magis adhuc prodige *cum Cor- rallis Perlisque calcinatum*, idem quod *Cerussa Anti-monii* (*e Regulo*) pollicetur, aut subtilioribus (*in speciem*) *Floribus Antimonii fixis*, ac similibus (post repetitam in suo *Nitro* fixo, vel *Tartareo Alcali coctionem*,) *Præcipitatis* adscribitur, præstat. Præ- terea *Floribus vulgaribus*, *Mercurio vita Crocove Metallorum*, validioris ignis continuatione, vel flu- ente *Nitro aliquanto magis fixatis*, item *Nive quo- rundam* (post spiritus Vitrioli abstractionem a Re-gulo vel *Floribus*) *diaphoretica*, *Floribus* *purpureis à fabulo sublimatis*, *Præcipitato* (post abstractas *Aqua regias*) reverberato, quin etiam *seipso crudo*, *cum Cor- nu Cervi calcinato* partim certius, partim securius comodiusque est : imo à Bezoartico minerali haut adeo quidem effectu distat, ut in defectu con-tradictorie aparatu isti secure tunc acquiesci possit.

Ponamus tamen nihilominus paulo diffusorum Myrotheciorum, & vel subtilioris nitroositatis accidentis gratia, Bezoarticum illud , saltem simplex : sive jam *communis* è *Butyro modus* placeat, sive commodior ille, quo *spiritum Vitrioli Philosophicum spiritumque Nitri* (qui alias vulgari præparatione in Aquam Regiam, spiritui Nitri composito affinem abit,) compendiose servamus : dum scilicet à *Mercurio Vita communi* (è *Butyro* prius vulgato more sequestrato,) sextuplum boni spiritus Nitri per arenam ad siccitatem perfectam abstrahimus ; pulvere residuo citra consueta illic cohobia ulterioresve ignitiones, ac citra nimias grati & innocentis acriis elutriationes sat valido atque seculo. Cum aliquando levem quendam Nitri spiritum sic adhibuissemus, Diaphoreticus quidem erat, at post finitum sudorum plerumque *Vomitus quidam*, sed citra notabilem commotionem, sequebatur ; effectu in quamplurimis , ubi circa præcordia vel ventriculi orificia exoterici quidpiam exitum merebatur , percommodo. Qui autem hoc nolit, leviori suo spiritui , *Nitri crudi ad Mercurium Vita ana* addere , & hinc intensiori igne perfectam abstractionem instituere poterit. De cætero compendiosius adhuc *eum Crōco Metallorum* similiter procedit , si pariter boni spiritus Nitri sextuplum ad siccitatem inde abstrahatur. Pulvis hinc elegans , priori ponderosior, securissimus & eximie diaphoreticus est. Elegantiorem autem adhuc habebit, qui *Sulphur Antimonii auratum aliudve quodvis* , (uti complurium laborum parergon est,) simili sextupli abstractione, (nam *Detonatio cum Nitri crudi triplo*, ni in retorta tubulata instituatur, plurimum disperdit,) in albissimum pulverem fixarit. Quisquis ex his quatuor placuerit, (cum coincident,) sudores quidem,

ad scrupulum semis hic locorum per se vel cum Cervinis &c. datus, egregie movebit; Bezoartici tamen titulum in permultis malignioribus, petechialibus, ungaricis &c. haut semper tuebitur: ceu jam monuimus de Volatiliorum hic præcedentia, ad intimorem Malignitatis, (cujus potius Produçtum quam Causam esse credimus Vermiculos in sanguine, hodie toties allegatos,) depulsionem. Nec enim, qui paulo accuratius *Solaris* quoque operationem observat, & cum simplici Bezoartico (positis iisdem circumstantiis,) confert, præsentiorum adeo effectum ex Auri (plus minus, pro præparantium opinione dissoluti) imbelli granulo, istaque hinc coloratione (etiam *per Ignitionem nonnullis intensa*) deprehendet: æque ac si eodem fine *Antimonium* quoque *Diaphoreticum solare* diversimode, & vel è Scoriis (post Solis depurationem desuper restantibus, nec semper à Veneris contagio iminunibus,) quæsitum adhibuerit. *Lunare* quantuin dicto simplici præstet, alii nunc etiam observarunt: sive *per vulgatiorem*, (tractu temporis ut plurimum venereum saporem induentem,) *modum*, aut *per subtiliores adhuc solutiones* confectum fuerit. Qui omnino tale vult, selectius aliquod *Lunæ Magisterium*, (si in diffusiori apparatu prostatibit,) majori compendio & efficacia sensibiliori ex tempore Antimoniatis illis admisceat: aut utriusque loco, singulis Bezoartici vel etiam Antimoni diaphoretici dosibus, dimidium & ultra *Cinnabaris* nativæ adjiciat, elegantiorem ipsisque laboriosioribus *Electris majoribus, detonandis, aut* (quamvis haut æquabiliter) *destillandis* præsentiorum Pulverem nanciscetur. Atque simpliciori hac mixtura ctiam *Ioviale* quoddam, (cum *Saturninum* existere vix referat,) æque efficaciter confiet.

*Venereum* in libellis quidem at in experientia satis commodum nondum vidimus, in Venerem hanc alias minus proni. *Mercuriale* per adjectum Mercurium vitæ vitrificatum, aperte Antimoniale, nec semper hinc adeo fixatum est. *E Ferro*, tanquam intimiori Antimonii socio, convenientius hic quidpiam complicari videtur: Sicut è Limaturæ Martis candefactæ, & Antimonii pulverisati ana, per continuas (Regulique concretionem sic præcaventes) agitationes, Scorias saltem quis conficiat, Massamque pulveratam cum triplo Nitri in crucibulo carenti successive detonet, remedium habebit sub scrupuli semis aut quindecim granorum pondere, non solum *Bezoarticum Martiale quodvis* (sive *Butyrum super Limaturam aut Crocum digestum*, sive operosiori, minori tamen quæsiti Martis participatione, è *Regulo Martiali cum Sublimato destillatum fuerit*,) æquas, in Cachexiis, Ictero, Scabie &c. superans. Notabile simul *incrementum*, quod in hac denotatione ultra primitivum Martis & Antimonii pondus, elutriato pulveri, (procul dubio è Nitro in terrestritatem fixato,) accedit.

Atque his quidem *inter siccā* facile quis acquiesceret: addamus tamen in paulo diffusiores forsitan apparatus, etiam *Sulphur Antimonii*, ceu parergæ ejus vel alias satis parabiles hujusmodi particulæ vocantur, licet in rei veritate ne purissimæ quidem à Regulino consortio immunes sint, & totum fere *Antimonium* per alcalia ita rubefieri seu sulphurari queat. Sit autem illud in internos usus oppido non *crudius istud*, quod semiemeticum, (inque ultiores fixationes aut chirurgicas destinationes aptius,) primo ex Hepatis vulgaris vel Scoriarum Reguli &c. solutionibus per Acida, aut saltem Uri-nam crudam pessundatur; sed *Ultimum* solummodo

do ac purius, post continuatam demum præcipitationem sidens : (ubi *Liquor hinc collectus* & evanescente sic fætore exhalatus , si spiritus Vitrioli receptus fuerit, bonum *coagulum aperitivum, Tartaro-Vitriolato conforme*; Sin autem Acetum simplex; massam in *Liquorem Arcano Tartari similem*, facile redigendam relinquit.) Vel etiam, quod *e vulgari Tinctura Antimonii, sive Hepatis communis aut scoriarum Regulinarum*, vel potius (cum inter talium detonationem multum purioris Sulphuris disperreat,) *ex Antimonii cum sale Tartari vel Nitro fixo liquati Extractione*. (per spiritum Vini rectificatum instituta,) sub Acidorum instillatione facile denuo sequestratur : parabilius sic præ parciori (nec tam regulino consortio hinc exempto ,) quod in boni remedii perditionem, *e Cinnabari Antimoniali postliminio repetitur*; securius præ crudiori, quod (dum Lixivia saponaria & Tartarea crudum Antimonium plerunque parcus adoriuntur ,) cum ipsius *Calcis vivæ quadruplo coquendo*, copiose colligitur , attractu temporis iterum griseam vestem induit; aut quod *ex Aqua regia vel spiritu Nitrī composito* nonnullis circa frustula, ulteriores in operationes provenit. De cætero, si præsertim unica adhuc Aceti destillati abstractione magis aliquanto fügatur, sive qualiscunque (in tenerioribus semet exerens) nausea, præcordialisque commotio sic compescatur, & sub debita nonnunquam continuatione (cum judicio , ac citra empiricos modernarum Panacearum abusus) adhibetur; in contumacioribus cachexiis &c. remedium non est condemnandum; *Panacea nonnullorum ex Antimonii Sulfure ac Regulo cum spiritu Vitrioli*, pars nuperæ cum Nitro fixo è primo Ente Metallorum diversimode quæstæ, (modo appensam hyperbolendemimus,) plane

alias simile; sive solitarie detur, sive cum Præcipitan-  
tibus, Diaphoreticis, Cinnabarinis, &c. combina-  
tum. Præterea quoque *vulgaris* (ex Hepate scilicet  
non edulcato Scoriisve Reguli, vel Clissi capite  
mortuo comparatæ *Tincturæ* loco esse poterit; dum  
alies hæc in vinosis acidulisque vehiculis cum  
aliquali fætore semipræcipitatur; & inter *consimi-*  
*les*, *Alcalisato*, *vel sulphureo menstruo paratas*,) quo  
ad *Liquida* simul nunc transeamus, ) quæ cum solo  
(quovis etiam) ardente spiritu e *Sulphure Antimoniali*  
quovis extrahitur, parcissima est, & parcior adhuc,  
quæ in hoc *consimilibusque Processibus*, post tot tædio-  
sissima cohobia, sub paucis tantum, nec virtutis a-  
deo concentrationem aut reclusionem (uti in flori-  
bus Martis nigris contingit,) ostendentibus guttu-  
lis super *Retortulæ rostrum saturatori colore pellitur*:  
dum porro, quæ pariter per *solum ardentem spiritum e communi Vitro Floribusque* extrahi jubetur, ni  
tædiosissima prius ignis continuatione (cui quidam  
etiam *peculiares alicubi Furnos condiderunt*,) per-  
diu exerceatur, loco Lili cujusdam Liquorem po-  
tius purgantem vel Emeticum, (etsi vel *Arcanum*  
*Tartari similiaquesalina adjiciantur*,) præbet; *Sola-*  
*ria vero Vitra Scoriæque, ad eandem incudem tracta,*  
*quemadmodum & spiritus e Corallinorum Saturnique*  
*sale aliquantillum nonnunquam ardens atque*  
*striatus*,) communi substitutus, nil effective excessi-  
fivum conferunt, (ceu omnes hæc inter digerendum  
eundem quoque, *quasi semi-Nicotianæ odorem de se*  
*spargunt*:) dum denique per *Terebinthinæ spiritum*  
*parata intus compluribus indicationibus minus*,  
quam extus chirurgicis quibusdam intentionibus  
convenit: Quæque insuper superioribus annis  
(per majores quoque ambages,) quasi à *Cælo ipsa-*  
*que S: lute aliisve Diis titulo tenus missæ prodierunt*,  
coincidentes tantum sunt, & à triviali quadam,  
tam

tam in processu quam in effectu nil aut parum differunt: Et qui demum pro speciosiori acquirenda, Alcalium loco Antimonium cum Arcano duplicito fundunt, Hepar in fundo nihilo melius nanciscuntur, atque sic egregium Sal illud tantum disperdunt: Sane qui in insigni talium Variatione, urinosum sive lixiviosum *aliquid coniunctum* expectit, cum Volatile plerisque circumstantiis hic videatur convenientius, majora operæ pretia merebitur, si (donec *verum Lili* propaletur,) cum *spiritu Salis Tartari* extractionem, (ceu alii etiam cum *spiritu Tartari subtiliori solent*,) instituet: siquidem vel originis causa urinosiori salis Armoniaci spiritu, qui itidem super Sulphur Antimoniale digeri, vel etiam inde (aut à scoriis Regulinis Nitratis vel Hepate Antimonii non edulcato, levata simul purioris hinc sulphuris, sed exigua plane particula abstrahi potest, accommodatior videbitur. Sed hæc non hujus loci sunt.

Qui vero potias *Acidum quidpiam*, majoris fixationis gratiæ *Tincturæ suæ complicatum* cupit, elegantiores præsentioresque vix habebit, quam quæ cum *Aceto destillato* (sed forti,) aut cum *Ærungnis spiritu* (*simplici vel sulphurato*,) e *Croco Metalorum* aut *Sulphure aurato* (*potius, quam e renitentiori Vitro simplici vel Mercuriali aut Antimonio diversimode fixato, vel inter Vitriolum laboriose camentato*, aut per repetitas extinctiones *in Aceto soluto*,) primum, & hinc cum spiritu ardenti denuo extracta fuerit. In humóruin impuritatibus, cachexiis, scabie, &c. (nam ad morbos tantum non omnes extensio hyperbolica est,) ad guttas quindecim vel viginti data, partes suas fatis, at insensibiliter fere, (æque ac prædictum Sulphur selectius, aut in robustioribus tertiatæ vel subquadruplæ correctiorum

Emeticorum Antimonialium doses interdum solent,) agit : & aliarum *cum Acidis spiritibus e Regulo Floribusque* laboriosa prius subactione conquisitarum, aut è *Butyri Antimoniales capite mortuo* cum acetosis (coincidente fere ratione) paratarum, vel cum *Mellis, Mannæ, Guajacique spiritu*, aut (si unquam aliqua,) tædiosissime per *Aacetum Antimonii proprium* imperatarum promissa vel expectationes sufficienter explet; efficacior *Liquore quasi composito*, qui nonnullis cum *spiritu Salis ex Antimonio Diaphoretico non edulcorato* (quia ex edulcato post cessantem effervescentiam parum retinet,) extrahitur; cicuratior & tractabilior ea, quæ *ex Antimonio crudo ejusve Regulo*, sed renitentiori, adeoque facilius quidem *e Croco Metallorum aut Sulphure aurato cum eodem spiritu salis*, (solutione Butyro Antimoniali conformi) primum, & hinc cum Ardente quodam consit, in vehiculis tamen sponte semet [instar Mercurii vitæ] præcipitans, pauloque diffusiori dosi vomitoria nauseæve creatrix : quod ipsum etiam in *Consimili, quam aliqui e Butyri magmate, potioribus salinis particulis* (per repetitas spiritus Vini rectificissimi abstractiones) prius orbato, conficiunt, haut raro contingit; necessitatemque hinc aliis imposuit, ut Magmati isto edulcato denuo *spiritum Vitrioli s. aut Philosophicum* affunderent, & post (protractionem, vixque sine butyrosis stillis procedentem) abstractionem, ardenti demum menstruo eam supervacaneis ambagibus elicenter: si quidem Mercurius vitæ compendiosius hac ratione, quo vel liquida vel sicca forma *Panacea illa* (*e Butyro Antimonii dicta*, superiorum autem quadam nihilo præsentior) proveniret, tractari seu magis, (secundum aliorum formulas) figi potuisset..

set. Ita quæ ulterius *cum Tartaro* (diversimode digerendo coquendoque) e *Floribus aut Vitro*, *imo e Crudo quoque* (in vase ferreo, symbolum suum tum satis conferente,) item ex *Oleo saccharato aliisque tædiosioribus*, aut *Antimonium minus* (quam per ipsi appropriatum quasi *Acetum*) castigantibus modis proveniunt, nullatenus similiter supradictæ mitissimæ *Tincturæ* comparari queunt: ut *multas manifesto hic Emet:cas aut menstruum potius*, (*solitarium & per accidens tinctum potissimumve effectus deprehensi autorem*) *sistentes*, prætereamus. Qui diffusiori Apparatu delectatur, aut *Sali Antimonii* (alias parcissimo, vel pariter per spirituum associationem composito & quasi *Vitriolato*,) æquipollens aliquod securius desiderat, *eam*, (utpote sub paulo concentratori consistentia in flocciformes massulas alias concrecentem,) *facile in Extracti consistentiam coagulabit*, & pro lubitu ut *olim Cornu Cervi usto*, ita convenientioribus adhuc *pulveribus & spissioribus Extractis*, etiam *Opiatis*, haud difficulter, (æque ac in liquida consistentia nos per ejusdem generis additamenta solemus,) associabit. Qui demum *Aceti destillati robore vel Æruginis spiritu quandoque destituitur*, laborumve compendia querit, non tam *Vitro* (renitentiori & vehementiori,) *quam Sulphuri aurato consimilive Antimoniali*, *Acetum saltem simplex* (Vini vel Mellis, tantum fortissimum) in duodecupla majorique proportione affundat, digerat & evaparatam massam spiritu Vini extrahat, &c. sub guttarum duodecim vel quindecim (non vero excessiva) dosi remedium superiori quidem aliquanto inferius, nec tamen rejiculum (citra nauseæ concitationes) habebit; extus quoque proficuum. Atque hæc de potioribus Antimonialibus. *Cinnaba-*

rim Mercurio (cujus potissimum ligatura ac dispositione agere videtur,) reservabimus. *Regulus* vero, uti facile & felicius quidem per *Detonationem* (cum brevi subitaque *ligatione*,) aut e Mercurio vitæ fusō, quam per solam *fusionem* cum *Alcalibus* *Tartareis* *Nitratisque* paratur; uti quoque *Martialis*, (ob qualcumque participationem sic dictus, & nonnullis etiam pro *Vitriolo quodam*, (quod è simplici Regulo cum Vitrioli Sulphurisve spiritu non provenit,) destinatus, similiter haut difficulter confit, præsertim cum Nitri Tartarie accessu; citra repetitas deprædatorias *fusiones*, aut *stelliformium* (è superstibibus sulphureis scoriis) *liturarum affectationes*: ita pro nostris nunc intentionibus ac laboribus, (sive Emeticam sive Diaphoreticam Antimonii destinationem spectamus, ut reliquæ magis sulphureæ partis parilem præstantiam expendimus,) neutrum in specie ac seorsim adeo necessarium invenimus: ceu quoque singulariora, (præ Antimonio crudo, Mercurio vitæ, Croco Metallorum aliisque substitutis, aut Marte aliter magisque saturatis,) Remedia per totam usitatorum notiorumque classem profecto non præstat.

Sic nec in *Minera* separatim conquirenda negotiosiores hic erimus. Est quidem aliquid (cujus potissimum causa expetitur,) *Acetosus ejus Liquor*; nec complures Mineras quidpiam haud adeo saepe rejiculum, in liquationibus suis perdere diffitemur: *Istud* saltem uti medicis usibus hactenus minus cognitum est, ita per detonationes aut destillationes nostras pariter nihilominus magnam partem dissipabitur, aut alias immutabitur; *Aceto vero proprio* intus quidem vel Clissus Antimonialis, Ros vitrioli, &c. extus autem parabiliora adhuc Menstrua æquipollent: ut parcissimam hanc sine additamentis

tis (quo *Liquatio Antimonii crudicum Alcali Tartareo* in retortula pertinet,) Aquam, è Pumice quasi petere, vel crudum, aut (minus speciosius) ipsum *Crocum Metallorum cum crusta panis*, (liquorem spiritui Vegetabilium acidulo parem conferentis) torrere pro *Aqua illa infida Antepileptica*, hic non sit opus.

Quod reliqua *ex Antimonio destillata*, (quo in iis coniunctim concludamus,) concernit; contrariae Praxis necessitatibus abunde profecto satis facit *vulgare Butyrum* illud; *Extus tot* (tædiosiorum minusque polychrestorum) *Oleorum Saccharatorum aut Mellitorum*, (acidis spiritibus, ne fere simplex tantum sacchari vel Mellis spiritus exeat, necessario inter destillandum exasperatorum) loco æque commodum, & nonnunquam præsentius; (utut similiter ejus compages inter illinendum à humente carne dissolvatur, Antimonique particulae inde sic præcipitemur:) *Internos vero in usus* plane polychrestum est: non quidem ut *immediate* cum nonnullis adhibeantur, (quamvis in vehiculis dilatantibus, adeoque subsecuta præcipitatione nil nisi Mercurii vitæ tantillum, cum spiritus Vitrioli Philosophici particula inferentibus, in se sit innoxium;) aut pro supradiæcis Tinæturis, *Spiritus Vini repetitis abstractionibus semiedulcetur*: sed quia tot quasi parerga, intus utilissima, (Cinnabarim scilicet, spiritum philosophicum, Mercurium (præter vivum purissimum,) Vitæ, (cum in vomitiones ea copia non absumatur, in Bezoarticum minerale, Vitrum Regulumve commode, redigendum,) una levique opera, fœnore vero permagno fundit: adeoque (postquam vera Argenti vivi participatio satis hactenus refutata est,) longe consultius *cum Mercurio sublimato, quam renitentioribus Mixturis sali-*

*Jalinis, fortificatore Salis spiritu vel aquis causticis destillatur; tantum è crudo Antimonio: (Mixturæ in retortula unum saltem alterumve cochlear simplicis aquæ, loco cellarie reposituræ superfundendo.) Quo etiam Butyriformibus Croci metallorum vel Sulphuris aurati solutionibus, cum spiritu Salis (lentè desuper concentrato (institutis merito præponitur: *Rectificationis* de cætero haut adeo indigum, cum à subsidentibus nonnunquam *Argentivivi granulis*, aut *disjectæ Cannabaris aliisque*, (propter vehiculi ferentis defectum) *subsidentibus innoxiosque particulis* seu decantatione, seu filtratura (per emporeticæ frustulum) facile separari queat. Ut autem modo dictus Liquor, (quem (incidenter hic tactum) vulgo *spiritum Vitrioli Philosophicum* vocamus, sat validus (citra consuetas & subtiliorem acorem revera subtrahentes *Evaporationes*) habeatur, sufficit pro perfecta totalique Præcipitatione, Aquæ simplicis frigidæ octuplum, aut (si Butyrum crassiusculum fuerit,) decuplum. Quod vero de Vitriolica volatilitate perparum, de Antimonii acetositate adhuc minus, de Nitrosa (si ad sublimatum recepta fuerit,) substantia quasi nil participet, adeoque ni penitus, eminenter saltem sit Salinus, solutionem cum eo factarum sapor ac notoria per spiritum Vitrioli præcipitatio, Acetosi porro ex Antimonio Liquoris parcitas, Vitriolicarum particularum defes gravitas, Nitrosarum in prima sublimati confectione consueta subductio, &c. sufficienter procul dubio ostendunt.*

*Spiritus Tartari Antimoniatus* (è solutione Florum cum Tartaro,) pro potissima sui parte saltem Tartareus, adeoque cum Eo pariter, qui è *Salino Antimonii coagulo*, (diversis menstruis collecto) destillatur, nec raro purum putum solummodo.

Men-

Menstruum postliminio reddit, laboriosiorum ac curiosiorum est. *De Cliffo* convenientius titulo de Nitro dicemus. De cætero si quispiam non solum Antimonialibus haetenus pro Diaphorisi (inter temperatoria) propositis, verum etiam supralaudatis Fossilibus aliis & animalibus, (vegetabilibus quinetiam competentibus,) *Cinnabarinum seu Antimoniale*, seu (potiorem nobis plerunque visam) *Nativam selectiorem* addiderit, *Mercuriale quoque quidpiam*, tutum, efficax atque parabile in istorum confortio habebit; ceu alias non quidem directe & per se Diaphoreticum, sed bonum saltem ac polychrestum hic exaltatorium, multorumque concurrentium symptomatum præsens est deleterium: ut æque feliciter, imo securius revera-curabilia, (inter competentium accessum) percurari tantisper queant, citra vulgatiorum Mercurialium, (plerunque saltem transcriptorum) remissas aut infidas experimentations, vel Secretiorum operosiores perquisitiones.

Nam ut inter ista quidem oppido nonnulla inventiantur, quæ post diuturniorem assationem, aut spirituum Acidorum vel Acetosorum cohobia quidpiam hic præstent, id tamen usitatorum aliorum Diaphoreticorum effectu haut adeo est superius, inque nonnullis processibus suspicioni fere (vel de futuro,) complicatum. Quot vero sunt insuper, quæ omnibus licet peractis, (ut faciles circa ea lapsus taceamus,) dum Diaphorisi destinantur, nauseas, angustationes aut saltem salivationes movent, vel pro exiguo levamine noxam non unam tacite imprimunt? Et qui nobiscum interdum *Aquilas illas*, *Astra*, *spiritus albos atque rubros*, *Olea dulcia & fragrantia*, *Salina denique coagula &c.* experientiae subjecerit, plerunque præ Præcipitato quo-

quodam (modo dicta ratione fixato,) nihil singulare inibi inveniet ; aut plane loco Mercurialis remedii , tantum *Vini spiritum spiritui Vitrioli philosophico sociatum, aut Boli vel Arena, Sacchari, Aceti, Armoniaci,* (unde etiam consuetus ejus odor , ) vel *Salis communis* (concentratorem interdum fumosioremque hinc) *spiritum, solitarios aut diversimode mixtos, vel Martialibus potius aut Armoniacalibus particulis imbutos.* Miraculosus e Smiride , (diutius ignendus) curiosiorem , *Aqua* (quam supra de Menstruis attigimus , ) & quidam etiam ex *Amalgamate Joviali in peculiari instrumento candefacto, vel cum arena* (symbolum suum probe contribuente , ) parant , haud adeo hujus loci est. Et pura puta *Antimonialia*, quia *Mercurium vitæ simplicem aut Vitrificatum vel Regulinum recipiunt, pro Mercurialibus nihilominus exposita*, data opera, (sed salva tamen circa recentita nunc vere Mercurialia confidentiorum experientis) præterimus.

Quod autem *Secretiora vel singulariora saltē attinet, sane qui lenta continuaque, sed perfecta fixatione, (etiam sine Sole vel Antimoniatis) paratur, sub considerata nec abusiva exhibitione hic equidem per quam est proficuus, Præcipitatoque quorundam Diaphoretico (per repetitas aquarum causticarum abstractiones & ignitiones, ) præsentior; ceu jam ante in Universalium recentione notavimus.* Verum ni laborum quandoque prodigos nobiscum in experimentationem alliciat , vel sola saltē tædiosissima illa fixatione , à contraciōnori Practici (alias sat agentis) apparatu excluditur : Ita tentavimus etiam cum Alcahestino substituto, *spiritu salis Tarataris saturatissimo, circa Præcipitatum fixiorem, ut & circa sublimatum dulcem (diutius prius digestum)* hunc quoque in finem quidpiam ; sed circa nova Mer-

Mercurialia haut undiquaque securi, cicurationis que insufficientiam veriti, absolutas observationes in iis non attigimus. Utinam vero *veri Diaphoretici clavem atque modum* paulo planius manifestasset, quisquis ob tantas commendationes tot inquisitionum, sumptuum ac laborum, nequicquam à plerisque insumptorum Autor est. Nec enim loca Parallelæ [quod scilicet entelechiæ suæ scopum acquirat per ruborem Sulphuris ascendentis, cui Sulphur Mercurii indissolubiliter necatur: Quod Ignis Veneris dulcis sit, Diaphoreticumque illud æque dulce; dulcoremque hunc suum partim ex isto igne, partim à proprio suo extraverso Sulphure habeat: Quod equidem Ignis Veneris non sit Vitrioli spiritus, utut rectificatus; sed sulphur Cupri volatile, forma olei viridis, melle dulcius, in Cuprum irreducibile planeque separatum a Mercurio suo, qui tamen in album anonymum Metallum redeat: Quod porro alibi, ni alio forte respectu dicatur Sulphur Veneris separari saltem e feceretur capite mortuo Vitrio' i Veneris, quod Venerem a Etualem in se habet; idque per Ens peregrinum, fermentale, naturæ tamen amicum bis terve sublimando;] & si quæ alia hoc trahi possunt, rem (etiam medio-criter versatis & Venerem noscentibus) satis dilucidant, si vel maxime conquirendi illius Diaphoretici processus (circa indeterminatum Sulphuris Veneri & Aquæ Regiæ pondus, &c.) suffcienter forct declaratus. Quod sublimatione cum Armoniaco ejus-vestoribus, aquæ ac solutione cum Duplicato istius spiritu hoc fine frustra fuerimus, supra annotavimus; illic sulphureas quidem, at metalli non expertes particulas (ceu è Minera quoque Cupri cum diversis spiritibus acidis habentur,) nacti; hic vero tam dulce Vitriolum, quam Sal Martis purgans aut Flos Martis niger unquam est. Nec cum Æruginis spi-

*spiritu, (utut Mercurium pro coloratione vel qualicunque fixatione, à crudioris quoque Veneris Tutiaque tantillo admodum alterari sciamus,) operæ pretia præ Aceto destillato fecimus, &c. Quid alii in fugaci continuatissima que destillationis spiritu Vitriolico, quem contra potissimi Autoris verba alicubi hoc titulo proposuerunt, invenerint, ipsi scient, videoturque Aurum hoc Horizontale niinium quantum adhuc sub Horionte latere.*

*Cinnabaris autem quam diurno (donec paucis ab hinc annis magis nunc increbresceret,) usū præstantissimum ac securissimum Mercuriale paulo ante laudavimus, non solum Diaphoretica, modo dicta notabiliter exaltat; ut v. gr. *simplex Bezoarticum minerale hujus debita proportione tinctum, sape pro Solari æstimatum fuerit*: nec Epilepticis tantum (etiam recens natis,) si unquam quidquam inter ejuscemodi Specifica, (in sufficienti tamen ubique dosi) beneficit; verum etiam Histericarum (ne Opiatis quidem placandarum) Colicorumque tormenta, Vertigines, Vagas Arthritides, Dentium aliarumque Nervosarum partium Dolores, Cutaneosque affectus complures &c. (solitaria vel Præcipitantibus aliisve specificis sociata) evidenter lenit atque tollit; In Phantasæ insuper vitiis, Morbillis, Petechiis &c. plurimum confert: præciplue *Nativa selectior*, aut à saxo adhærente per tritram & elutriationem separata; citra aliud Artificium: ut enim vix in Stomacho, (vel pusionum observatione,) resolvitur, sed incomprehensibili fere nec dum determinato contactu, desubito sape (cum consimilibus aliis,) quod suum est agit; ita nec per nimiam curiositatem divelli vult: ceu neque *Sulphurea pars*, e selectiori quoque Minera, (cum e viliori, saxeæ potius substantia*

tia sic solvi videatur,) per *Alcaliz fudendo vel digerendo*, (difficulter licet, & exigua plane quantitate,) extracta; neque ipsa Cinnabaris per principiorum suorum syndiacrisis in famosum illum *Præcipitatum Diaphoreticum* redacta, seipsam nil paßam (uti superius quoque circa universalia notavimus,) superat; *abstractione vero Acidorum*, alias non tam alteratur, quam pervertitur; æque ac *Materia, quæ post consuetam Mercurii separationem ibi restat*; meritoque proinde quæ natura hic conjunxit, homo non separat, etiam curiosioribus ex Alcalibus volatilisatis aut consimilibus menstruis; Sunt autem in ejusmodi nonnullos usus, imo pretiosarum istarum *Panacearum, aut è Sole, Antimonio, Mercurioque fixatorum Massarum loco*, cui-dam Cinnabaris Antimonialis quoque insuper placuerit; uti tanquam parergon destillati Butyri haut difficulter, neque parva vulgo (nonnullis affluata) copia, sed ex Antimonii crudi Sublimati-que ana libra una, ad tres quatuorve uncias ple-rumque habetur; *citra Capitis mortui (extremo non perusti) repetitas cum novo sublimato distillationes, aliisque quæ sita hic Compendia; modo Ignis taltem, (secus ac vulgares libelli habent,)* non sit nimis intensus, sed sub modificatione quadam, (ne sensim concrescere incipiens Cinnabaris disjicitur, Butyroque cum Mercurii granulis accedat,) etiam *citra Suppressionem, tantummodo continuus; ita aliis adhuc modis æque feliciter v. g. Sulphur Antimonii cum Argento Vivo debite (ceu in Cinnabi-ri factitia) miscendo & sublimando; item per duo saltem inversa Crucibula successive collectam re-ctificando, parari vel depurari poterit.*

Atque hæc de Mercurialibus : quibus si (præter supra positum Antimonium Martiale cachecticum,)

cum,) quis addiderit Joviale illud non inelegans, *Sudor feri Maximi nomine*, sed non sine multis ambagibus haut ita pridem descriptum; adeoque (his merito missis.) saltem Amalgama ex ana Jovis Anglici & Argenti Vivi paratum, pulveratum, & cum ana Sublimati probe mixtum in retortula Igni arenæ mediocri, & indito in recipiens Aquæ s. (ad pondus omnium ingredientium) sub quadruplo, destillationi subjecerit; liquorem cum gummoſa quadam particula (statim & vix horæ spatio transiuntem,) residuo in Retorta affudexit; totumque caletactum probeque agitatum (citra tot reclassificationes) simplicissime tantum per emporeticam duplarem madidam filtrarit; quod charta hic absorpsit, una alterave Aquæ simplicis unica postmodum transcolata quasi eluerit, novæ retortæ filtraturam hanc indiderit, adjecta pro singulis primitivorum Ingredientium (Argenti Vivi, se. Sublimati & Jovis,) libris, Nitri crudi unica semis; & omnem liquorem Spiritui Nitri composito conformem, ad extremam usque guttulam & totalem Nitri (*alias residuum denuo solventis*) exhaustionem per arenam, Igne in fine forti destillarit; Pulverem (edulcorandum) in fundo habebit ad grana octo vel decem, (non tantum tria vel quatuor) satis, nec tamen adeo hyperbolice diaphoreticum; *Bezoartico Joviali*, quibusdam è *Soli Stanni atque sublimati butyro*, per aquam simplicem tantum præcipitato, longe convenientiorem; & (cum Antmoniatis diaphoreticis extempore pro lubitu misceri queat,) *Bezoartico minerali Joviali cui vis* (ex Antimonii Stannique regulo, vel etiam è solo Stanno ac sublimato, per diversam Butyri destillationem & spiritus Nitri fixationem parato,) aliisque tædiosioribus adhuc operationibus parem; imo

si (famoso nunc nonnullibi) *Antihæctico*, (per simplicem Reguli, cum Antimonio præparati, calcinationem cum triplo Nitri confecto,) titulum per indirectum acquisitum demimus, in reali diaphoreticaque sua destinatione superiorem; magisque adhuc dicti abusivi *Antihæctici succedaneo*, quod ex ana Antimonii ac Jovis, agitatione in scorias redacto, & cum Nitri triplo in candenti crucibulo detonato, potest colligi. Quod reliqua concernit, profecto si *Sale genuina Calce*, vel (nonnullis) ex ipsa *Jovis minera per Acetum*, sed (ni frustra esse voluerimus,) fortissimum, aut *Nitrosis fortificatum*, vel etiam cum *Nitri æruginisve spiritu* paratum experiemur; Diaphoresis inde Hystericarumque allevatio intus haut tanta, *externa pro umbilico applicatio* inter præsentiora Galbaneta & Castorina, supervacanea, *Magisterium e dictis solutionibus*, etiam *Vitrioli spiritu præcipitatum*, (splendidum quoque ac crystalliforme,) æque ac cum *Nitro crudo* (ægrius quidem) *Detonatum*, nimium defes; & parumper saltem validius deprehendetur *Abstractum per Nitris spiritum*. *Tinctura* nonnullis usitata, tantum Salis istius Jovialis solutio est. Nec in *spiritu*, sive *e Calcis Jovialis cum Tartaro cocta Magmate* destillato, (Tartareo,) sive per *Solutonis Nitro&detonationem collecto*, (cliffiformique) singulare quidem invenire potuimus: uti revera, nec in (superioribus annis) adeo decantato, & per Cygni plumas cantumque hieroglyphice descripto *Pro effu*; ubi *Jovis & Mercurii Vivi Amalgama cum Nitro moleste*, ac (ni sulphurei quid amplius accedit,) difficulter detonatur; Vaporum vix declinandorum noxas nec Floribus, (commodioribus quoque modis, si adeo in chirurgia necessarii forent, elevandis,) nec *Cliffiformi* [simul tamen,

men, ni rectificetur, semistiptico nec adeo miraculoſo) *Liquore* compensantibus, &c.

Cæterum, uti hactenus è Minerali regno sat numeroſe Propoſita, Indicationibus (temperatum quoddam Diaphoreticum exigentibus.) ſufficienter ſatisfaciunt; atque hinc ne ſocienos qui-dem consanguineosque ſuos, ſibi hic ſub efficaciam, gratia vel parabilitatis ratione collatos, in contractiori ſyloge tantisper exigunt: ita longe minus adhuc videmus, ecur Preciosiora illa è *Sole* pro fudatione vel confor-tatione varie petita, huc insuper trahere debeamus. Non elevamus temere eorum, ſi bene præparata fuerint, efficaciam: faltem cum Cervinis, Tartareis, Antimoniali-ibus, Cinnabarinis, Corallinis, Martialibus, Opiatis etiam & Analepticis parabiliорibus, (ceu ſupra quoque notavimus) ſub judicioſa applica-  
tione idem obtineri queat, ad quid perditio hæc? Si parca doſi miſcentur aliis, nihilo plus conferunt, quam forte Margaritarum atomus in Laudani per-  
lati doſi; aut lapidis Bezoar granum in Alexiterio. Justas autem, & vel repetendas vel continuandas doſes quoṭae paſſim facultates hiſce in Districtibus temporibusque ferunt? aut ſi habitiorum vel in-  
gratiis ferant, aut inflatis Acherontaque moventibus exigant, quoniam tandem ſpecialiori id fit effectu? Sane in Malignis (dum plebeji penetrantioribus euporiftis ſuis felicius ſecuriusque paſſim curantur,) vitam meorum hiſ elocate nolle. *Au-  
rum fulminans*, (ut potiora, ſeu Diaphoretica ſeu Cordialia refientia conjuṇctim persequamur,) alvum in Continuis nonnunquam periculoſe, (ſi-  
ve remiſſioris edulcorationis ſive Affeſtus eo tunc inclinantis cauſa) inovens, quia exhibentis potius error eſt, hic non attingemus. Sed nec debite tra-  
Etati

Etati propinatique tanta singulariorque est Diaphoretis : quemadmodum nec *cjusdem* (*per Acidos spiritus aut Sulphuris flagrationem*) magis cicurati : ut largam istius, æque ac *Solis cum Cornu Cervi crudo vel usq; stratificati*, & (*per salinas forte, residuas quoque, aut ipsius quoque Ignis hic forsitan particulas*) friabilioris redditi, vel (*post Menstruorum abstractionem, aut Mercurii divaporationem*) *cum Sulpure* (*vix citra hujus scorias*) *Purpurisati* requisitam dosin, precium largius, & eorum insuper de his ac reliquis fere omnibus Decreta taceamus, qui Solaria non adeo crasse pulverisata vel resoluta, sed tantum non *Irreductilia* volunt. Ejusdem vero diffusioris (*in revera Solarem operationem*) dosis est *Solis quoque Crocus, qui cum Nitro, Sale & Alumine coquendo &c. confit*; Aluminis præterea (ceu alibi notavimus,) terrestrioris partis, (uti qui loco Olei Tartari *per Silicum Liquorem precipitatur*, Magmatis istorum,) haut expers. Qui *Tinctura Antimonii repetito inceratur*; illius præ Auro longe potentiorem contractioremque energiam scientibus, Antimoniali vitula arare facile credetur. De *Bezoartico Solari* diversimode quæsito, quemadmodum etiam de *Antimonio dia-phoretico Solari*, (è scoriis post Aurum transfusum restitantibus, aliterve comparato,) paulo ante inter Antimonialia diximus. Et licet nuper parcum *Solis pondus hic duplicatum, vel etiam triplicatum sit*, nihilominus qui ejus generis Solaria Magisteria &c. etiam ultra drachmam semis exhibent, id quoque (quemadmodum & in *Bezoartico Cervino aureo*) nimis adhuc parum putabunt. Quamvis præterea *Solis* & *Antimonii* intimior in istius census remediis amplexatio, ea magis commendare possit; sæpius tamen experti scimus, quod *Pulvere*

extempore è Bezoartico minerali vel Antimonio dia-phoretico & Croco Solis bono, proportionaliter composito, nihilo propterea sint valentiora. Sic præcipitus *Solaris Regulinus* (cum Regulo Antimonii confectus,) & imprimis famigeratior ille, ac *Mercurio dulci solari*, (*diuturniori igne fixatori*) fere speciosior, qui ex *Amalgamatis solari spontanea precipitatione* provenit, egregia profecto iunt Medicamina : sed & absque Sole, (ceu cuius ut plurimum octava tantum pars in dosi est,) si modo sufficienter fixata, & postmodum circumspete exhibita fuerint, viros se sistunt Alterutrum horum, (præter parabiliora, renitentioribus affectibus nihilo minus sufficientia,) forsan expertentibus. *Solarium Incerationes per propria, Lunarisve aut aliarum Minerarum liquores tædiosissimos*, quo *unicornu aliquod Solare*, vel consimile quid habeatur ; *Aureum vellus è Rore*, (tale quidpiam per se quoque è Sulfure suo nonnunquam deponente,) aliaque Solis aliquantillo plerumque saltem condita, curiosis relinquimus : quemadmodum & toties repetitas ejus *Volatilisationes*, tandem paucas aliquot, nec adeo excessivas guttulas, vel solum Vini Oleum, spiritui suo jam ante complicatum postliminio redentes. Pertinet huc parcissima illa sæpeque vix notabilis *oleofitas*, quæ Spiritui Vini (pro majori proin quantitate prius Aromaticis oleosioribus nonnulli condito,) & per hujus generis Metallicas solutiones infraexto, post digestiones supernat. Item quod post reiteratas Salinorum spirituum abstractiones, *instar Sublimati cuiusdam* sed perparci, rariusque Florum forma subsistentis, sed plerumque in oleosas guttulas semet resolventis ascendit ; sapore vegeto seu semistiptico adeoque dilatationem quandam hinc oppido exigente.

gente. Reliqua abusive similiter sic dicta *Olea*, *Saxia*, aut *Vitriola*, singulariora quoque , cum oculatioribus horum , & adscriptitiæ pollentiæ æstimatoribus prius transigant. *Gemina vita*, solutioni Solis cum salis spiritu factæ affinis ; Floribus Salis, (potioribus effectus autoribus,) præter modum turget : & quantum Solis in dosin afferat *Elixir*, per *Sacchari colliquamentum* speciose alias institutum, tentanti docet experientia. Cui bono vero reliqui præterea tot *Solis discontinuandi modi*, utut expediti vel etiam secreti : dum interim prædestinatione ejus, (tanquam pariter certis proprietatibus circumscripsi simplicis,) vix aut non respondent? Quærimus in Auro temperatum quidpiam, Diaphoreticum, aut Corroborans mitigativum ; (quavis etiam id fiat ratione , aut quovis Archei speculo.) At qui animo manuque , paulo liberiori hisce requisitis experientiæque confert *Tartarum vitriolatum solarem*, *Rubinum solarem cum nitro fixo*, aliisque eodem residentibus salibus confectum ; item *Liques Solares per vehementiores Acores*, (resolutioni haut raro adhibitos,) stipticum aut vitriolicum quidpiam , sæpe non sine rosionis nota induentes ; *Oleosas insuper extractiones*, sat quidem (vel Aromaticæ virtutis causa,) Analepticas , at quamplurimis affectibus , refectionum temperatum exigentibus , neutiquam quadrantes , &c. Cuncta hæc multum profecto à supradictis nostris & naturæ quoque intentionibus abire haut difficulter deprehendet. Qui *Solares Tincturas etiam e Carbonibus*, *Antimonio*, aliisque sulphureis subjectis alicubi per *Alcalina* querunt, rem nimis longe, & ab ovo ferre repetere videntur. Speciosiores sane , ceu alibi notavimus , pro fortunarum nostrarum tenuitate , plus vice simplici per *Mannam*, *Rorem*,

*Spiritum Saturni, Microcosmicum, Salis Tartari, Olea  
subtiliora aromatica, &c. tentavimus, fateriq; cogi-  
mūr, vires earum aut tantas non fuisse, uti paſſim  
excessivi talium commendatōres, præſertim Mo-  
nopolia hinc extruentes simplicioribus (auro nihil  
non tribuentibus,) persuadere conantur; aut in  
per multis à concentratorum vel integre servato-  
rum Menſtruorum beneficis particulis potius,  
quam à Solis soluti tantillo prodiiffe. Quo ipſo  
cautius mercari docti, aurique minus hinc prodi-  
gi, vilioribus adhuc, aut oculatæ manui (inter  
consimiles enchirises) merito ſuspe&tis, præter  
rem tædiosioribus, cum nostris vel adhuc simpli-  
cioribus in eundem ſcopum reſidentibus, ſi mul-  
tum eſt, æquivalentibus, aut magna quidem (sub-  
tilioris processus efficaciæ respectu) promitten-  
tibus, circa congenera vero verſatum, ac proce-  
dendi modum naturæque vires atque poſſibilitatem  
penitus noſcentem, vix ſeducentibus, ſumptus at-  
que labores tantopere ha&ctenus impendere nolui-  
mus: ſupra laudatis parabiliорibus nostris, & *cru-  
di quoque auri ſubtiliſſima rafura*, (ſi hujus ſolitariæ-  
que tantus, non vero in Mixturis acceſſoriorum  
potior foret effectus,) æquipollentibus, ſatis nunc  
contenti. Idemque nobiscum alii quoque forſi-  
tan, etiam per singulariorum, ſecretiorum, aut  
(ob parcitatē proventus, impensarum autem ex-  
ceſſum) cariorum obſervantiam, & inter præmatu-  
ros incuratorum obitus, atque ſpem ad vitam ma-  
ge ſanam longioremve nequicquam extenſam,  
procul dubio experientur; prompteque tandem,  
fatebuntur ſatiuſ eſſe, ſi Medicus Pract. hoc ævo  
ſibi e Medicamentis aurum, quam ex Auro medica-  
menta paret. Quisquis præterea (ſeu majoris effica-  
ciæ ſeu ſubtilioris præparationis cauſa,) nihilomi-  
nus*

nus diffusoribus his aut variegatis laboribus manum admovebit, observabit insuper, revera (primo) supervacaneam, & plane prodigalem esse *Solis*, (*imprimis repetitam*,) per *Antimonium fusionem*, aliave per *Cineritum vexationem* (in nostras quidem destinationes) præviam: cum simplices illi, vel paulo vetustiores ac bonæ notæ Regionum auriferarum Ducati, nihilo deteriora vel invalidiora hoc in genere Medicamenta præbeant; tantillo Lunæ in plerisque solutionibus alias prius subsidente, aut si remaneat, aperte innoxio. Supervacuas comprehendet plerasque, toties repetitus *Calcis*, alias per competentes enchirises solubilioris, *Calcinationes* (*communiiores aut cum Mercurio*); *Sublimationes* cum *Ammoniaco sale*, vel quasi singularius esset, *cum Salis & Urina spiritu*, utrobique non sine multa Solis perditione, etiam inter elutriationem institutas, aliasque protelationes: cum qualitercunque quidem sic magis attenuata vel florificata Solis substantia, (quantum nos quidem inter competentiorum Menstruorum adhibitionem notare potuimus,) in genuino effectu vix præsentiores vel exaltatores, sed (ob variam Auri dispersionem,) cariores saltem Tincturas fundat; diversimodeque sic tentatum ac per vulgatores haec tenus quidem processus circumactum Aurum, ut plurimum nihilo difficilius per usitatas reductiones redeat, quam simplicissimum quodque aut primitivum aliquod ejus Præcipitatum. Imo si *Irreductilitas* horum tantum est, ceu Solem suo modo destrui posse vel modos dari, (qui *Saturnum Antimoniumque* spernant, aut hujus saltem Tinctura post liminio reficiantur,) credimus; querere nihilominus nobiscum posset simplicior aliquis, an Aurata ea tunc agant, ut Aurata? & quænam tandem (oculatori) hoc,

nec jactantiis aut vulgi rumoribus tantum hodie dante seculo,) revera obseruetur inibi præeminencia? Sic repetitas toties abstractiones cum subsequis suis dilutionibus ac Filtrationibus, majoris depurationis aut subtilisationis causa institutis, plerunque similiter frustraneas esse, Solemque manifesto magis magisque, (subtractis semper Menstrui particulis solutum ferentibus,) secedere, quivis qui pretii gnarus est, aut saturatius hinc medicamentum expetit, facile adverteret. Et si quæ amplius circa hæc laborum ac sumptuum minus prodigi, finitis curiositatibus suis annotabunt.

De *Bezoartico Lunari* superius inter Antimoniatam diximus. Sique reliqua, plerunque tamen minus directe ad Diaphoreticorum titulum pertinentia, per Lectoris indulgentiam hic post Solaria considerare licebit; principio varias liquidorum siccorumque formulas earumque effectum diversimode experti, diffiteri profecto similiter nequimus, quod ubi Invertentia vel Absorbentia præparata, spiritus volatiles urinosi, Salia similia volatilia, Cinnabarina, Succinea, & cætera præsentiora Cephalica Opiataque desierint, plerunque frustra assuantur. Quod porro (quibusdam huc tractus aut substitutus) *Lapis Lazuli*, etiam citra supervacuas *Lotiones*, *semidestructorias* *Calcinationes*, *pistorias* & *Emplastrationes*, quantum è plerisque istorum sperari potest, haud infeliciter nonnunquam & in tantum suppleverit, sive in (innoxia de cætero) substantia; sive in genuinis, (nec exoterica tantum aut potissimum arripientibus) *Extractionibus*, Lunarium imitamento institutis, sed proin nec hunc protinus huc trahemus. Sane si omnino quispiam in diffusori forsitan apparatu Argentei quidpiam (tanquam præsolaribus minus pretiosum) exegerit;

vel

vel simplicissimo saltem *Luna fina*, ex *Aqua fortè*  
*cum Muria præcipitato Magisterio*, tanquam præ eo,  
quod *cum Alcalibus præcipitatur* (ni admodum e-  
dulcoretur,) longe acceptiori, subtiliori atque alios  
etiam in usus singulariori, secure tantisper ac-  
quiescet; seu per se seu cum Antimonialibus &c.  
dederit: nec adeo præsentiorem inveniet *Tinctu-*  
*ram quorundam siccām*, *aliosque consimiles subsiden-*  
*tes Pulveres*. Ita si *Liquidum quoque quidpiam, Tin-*  
*ctura nomine haētenus veniens*, omnino voluerit  
*e predicto Magisterio cum Salis Armoniaci vel etiam*  
*Salis Tartari spiritu*, (tanquam plerisque intentioni-  
bus præ aliis conformi,) *Liquorem simplici qui-*  
*dem procedendi modo habebit*, qui nihilominus  
*operosiori isti*, *e Nitrofis Luna Crystallis cum Ammo-*  
*niacali & hinc Vini spiritu conquisito*, siue *viror ejus*  
*displacet*, pauxilio spiritus istius Ammoniacalis fa-  
cile in *caruleum* denuo vertendo; item *volatile*sati-  
onibus, *per Armoniaci additionem* adhuc tædiosius:  
(ac parva à simplici sublimato Lunari, *per idem Sal le-*  
*vato*, differentia) institutis, aliisque speciosioribus  
minusve suspectis Processibus, (in suo genere &  
operandi modo,) ad minimum par erit; *Extractio-*  
*nibus autem non solum inconsideratus in Argento*  
*euso vetustiori*, *vel Calce vulgari* (*per Venerem*  
*præcipitata*) quæfitis, verum etiam (non sine fru-  
stranea variatione, laborum multiplicatione, resi-  
duæ Veneris suspicione, *vel præsentiori concen-*  
*tratarum Menstrui particularum effectu*,) passim  
*imperatis*, magis probus, *præsentior aut parabilior*  
*deprehendetur*; utut vulgares *vel curiosiores quo-*  
*que*, *per Urinæ (in specie) spiritum (solitarium, aut spi-*  
*ritui Vini vel Acetofis nuptum,*) *per Alcalia aut Ace-*  
*tofa, vel Æruginosa*, sui simile inibi plerumque am-  
plexantia, &c. hodieque nonnullibi proponan-

tur; aut *Luna prius tot præviis*, (Venerem tamen insolidum raro sequestrantibus) vexationibus, tædiosis per *Sulphur* aut *Mercurium calcinationibus*, *Acetosis* (pro *Lunar dicto Sulphure*) *Menstruis*, ope-*rofioribus exotericisque Crystallisationibus*, aut *exigui proventus sublimationibus Ammoniacalibus*, (quali- cunque de causa vel prætextu) subjiciatur. Multo minus autem opus erit, ut præter hæc, (plane pro superpondio annexa,) ulterius adhuc *Florum (inter Nitrosorum Crystallorum detonationes, aliasve rationes)* comparandorum causa, vel pro spiritu quodam quasi *Lunari* (per dictam detonationem, aut solutio-*nium, cum & sine Tartaro institutarum, destilla-*tionem, dum vulgaris Vitrioli Lunaris spiritum alii* pridem meritoque taxarunt,) acquirendo, Argen-*tum disperdamus, aut tædiosius è fecibus cum dis-*pendio repetamus Oleum e digestis cum Vini spiritu (simplici vel aromatisato,) Solutionibus Lunaribus, alias magis Vini genimen est: Sal Lunæ vitriolica ac plerunque semivenerea mixtura. Nec quid in Tartaro vitriolato *Lunari* seorsim quæratur, vide-*mus. Ejusmodi Metallica diversimode quidem discontinuari queunt; num autem modi isti Natu-*ræ nostræ ipsiusque simplicis, semper convenientia, alii experientia talia nobiscum conferentes, haut difficulter deprehendent. Atque hæc in transitu de Argento, crumenis hodie forsan consultius quam destillatoriis includendo.*****

Sequitur in ordine *Sulphur*; bituminosorum pri-*mas; extra vulgares (in quibuslibet malignis, tabidis, obstructis, &c.) abusus, euporiston polychrestum; saltem crudum selectius; ceu id jam olim Floribus aliquando destituti, & antiquitatis exemplum, æque præterea facilem Arsenicalium, (si intermixta forent,) in sublimatione ascensum ex-*pen-**

pendentes, secure dedimus: citra *Præparatio-*  
*nem* istam Dispensatoriis in specie sic dictam,  
 aliterve per *Extinctiones*, *Incerationes*, &c. (cui  
 bono, dum pingue hinc; aut oleosum istud alias  
 operosè querimus?) institutam; citra curiosio-  
 rem *cum Salis spiritu*, (integrum sæpe Sulphur in-  
 recipiens prudente) *cocturam*; & citra quam-  
 libet etiam *Sublimationem*, noxia (ceu monuimus)  
 vix subtrahentem, totum potius quadantenus mu-  
 tilantem; sive cum *Sale communi* (forsitan ob ea:  
 ipsa præsupposita Arsenicalia, superioribus annis-  
 nium suspecto) perficiatur, sive tardius cum *Sau-*  
*bulo*, aut *Colcothare*, vel adhuc protractiori frustra-  
 neove labore, cum *Albificato saltem Vitriolo*, (exi-  
 gua utrinque florū ascendentium acidulatione:) sive  
 tædiosius *per se*; aut carius tantummodo cum  
*Corallis*, inconsultiusve demum, nec sine empý-  
 reumatis contagio, cum *Gummatibus*, etiam minu-  
 to horum pondere: ceu id alii quoque, æquè ac frustra-  
 neas *Sublimationum repetitiones* notarunt. *Diurnas*  
*Florum* (*per se vel cum Alcalibus*) *Digestiones* labo-  
 riosioribus; prælongas è Sulphuratis, (inter Aro-  
 matum oleorumque, plerumque composito gra-  
 veolentiam quandam imprimentium, vel magis  
 adhuc exiccantium, aliorumque supervacaneorum  
 aut extemporaneorum consortium,) extructas.  
 Formulas, species *Diasulphuris*, *Pulveres Alexiphar-*  
*macos* (*Myrrha*, *Angelica*, *Nitro* &c. indifferenter  
 complicatos,) & *pectorales* libellis suis relinquam-  
 bus; simplicissimâ quadam polychrestorum, &  
 quoisque licet gratiorum aliquot compositione,  
 vel extemporaneâ tantum admistione satis hic  
 contenti: ceu sanè (præter supra positum Pulverem  
 Pleuriticum,) *Bezoartico* nostro, vel consimili  
 cuidam acceptiori, (in febribus *Catarrhalibus*

epidemiis, Ungaricis nonnullis, aut mage Pestilentialibus;) quandocumque videtur, Sulphur seorsim levigatum haud difficulter additur; & idem forsan in Pectoralibus observari posset, ni frequenter fere talium usus præsens hic quidpiam, vel quasi pro additamentorum fundamento exigere videretur. Quo fine si quis *Sulphuris, radicis Ireos flor. & Aronis*, (cum vino vel aceto mitificati) ana permiscuerit, pulverem habebit non solum adultis, sed etiam infantibus adhuc dum sufficien-tissimum; & pro utrisque per Opiatorum, Antimoniatorum, Jovialium, aut Saturninorum (ut plurimum tamen hic claudicantium) particulam, amplius haut difficulter alterabilem.

*Lac Sulphuris* in bronchiorum infarctu crudo ac Florificato revera præstantius perdiu experti sumus, (quamvis Magisterii ratio in specie repugnare posset;) & hinc cujuslibet complacentiæ committimus, si placuerit, non (carius tantum) *é Floribus, sed e crudo* faltem, nec tædiosius parciusque *cum Alcali Tartareo Nitrosove*, sed longe copiosius, revera tamen innoxie, cum Calce viva percoquendo; aut solum (exoterici vel aduersi quid nequicquam veritis) *Alcalibus illiquando*, & postmodum Urina, vel rejiculis quibusdam Acetositatibus, (ne Vinum frustra disperdatur,) præcipitando facile comparandum; sicque *Florum*, (ut occultationis causa, de cætero profecto frustra & citra exaltationem quandam,) per repetitas spirituum acidorum aliquosve modos, extus *Albificatorum*, (quales etiam in præparatione spiritus Æruginis sulphurati tandem ascendunt,) locum consultius tunc supplens.

Quod *Balsamicorum* indefinitam fere seriem, fætoribus plerumque complicatam attinet, internis usibus contractiorique apparatu oppido satisfacit.

facit *Terebinthinatum*, sive *simplex* fuerit, sive (quo exosum pene nunc per ardelionum deturbationes & fallationes nomen obnubatur,) aliquota olet *Fœniculivell Anisi parte* inter extrahendum alteratum: pure *Anisato vel Fœniculato Sulphuris Balsamo* sic parabilius, at æque nihilominus in suo genere efficax: *Suceineo & Fun perino* (nisi certas in circumstantias solitarium aut parili ratione alteratum quis velit,) acceptius, & in quibusdam intentionibus penetrantius: *Tincturis illis, quæ cum Ardendispiritu è crudo sulphure, vel evaporati aut præcipitati Balsami colophonia* vel residuo, (parca imprægnatione) confiunt, saturatus, & sub contractiori dosi præsentius: quorundam Vitæ Corallisato, Martiali, in speciem Antimoniato, Vitriolato, aliterve (per frustraneas variationes) quæsito *Balsamo*, (dum Menstruum ut plurimum additamenta parum aut vix attingit, vel adjecti spiritus acidi Vitriolici, &c. filtro absorbentur, aut postmodum subsident,) ad minimum æquipollens; facile pro lubitū *Camphorandum*. Sit autem è *Crudo* tantum, non ex *operosioribus Floribus*, sub proportionali, (non vulgo excedente,) ad *Solvens* pondere; per simplicem saltem in retortula *Dissolutionem* (quid enim aliud est?) paucas intra horas, vel etiam è *Sulphuris Hepate*, (ad illius tamen perfectam solutionem plus quam ana salis Tartari requirente,) simpliciter sic (citra notabilem alias adversitatem,) præparatum: siquidem cum *spiritu Vini* è dicto *Hepate extracta Tinctura* indicationibus haut paucis (propter Alcali magis liberatum minusve obtusum,) fere incommodior videtur, minusque saturata est; æque ac quæ cum *Armoniaci consimilive urino* *sor spiritu* super Alembicum levatur, pariter per multis intentionibus inconveniens; (utut equi-

dem Lunam, inconstanter sane nec speciose rubificet; & si qui alii modi sunt, etiam Metallicis, (inter præcipitandum,) vel propriæ quoque Mineræ, (dum Sulphuri substituitur,) particulis supervacue combinati. Est aliquid *Oleofus illè Liquor*, qui (citram nimiam olentiam) per spiritus Therebinthinæ vel Olei cujusdam debita cohobia, non verò subitaneam extremamque (inter intolerabiles fætores,) destillationem exit, & concentrari quoque haut difficulter potest; nihilominus assumptæ oleositatis majores in actione partes sunt, & laboriosiorum saltem Myrotheciis loco vulgatis Balsami, quadrare videtur. Reliqui communes *cum Colcothare, Sale, Pumice, &c.* processus, partim Flores potius Liquoremve acido sulphureum, partim fætentissimam Oleositatem fundunt, intus adversissimam, extus vel Extero quodam Sulphuris Balsamo in plerisque circumstantiis, (nam solitarius ob inviscationem in Litus, ut plurimum est incommodior,) facile supplendam. Pararetur autem hujusmodi *externum Balsamum* convenientissime forsitan cum *Hyoscyami vel Papaverino*, ubi suppetunt, aut saltem *Amygdalino oleo*, (dum alii Sambucinum ex arillis, alii Nucum, Rapistri, Rosatum, vel Cannabinum, inter supervacuas hujus vel illius Autoris inquisitiones præferunt;) *e Crudi, non florificati prius, nec etiam Alcali quodam* (extus nonnullibi inconvenientiore, *dissoluti Sulphuris* proportionali pondere; per simplicem tantum (sine Vino, opus oppido protrahente,) liquationem seu dissolutionem; citra lentam illam, parumque Sulphuris assumentem digestiōnem. *Camphora* pro lubitu postmodum facillime alterari poterit. Cur autem *cum Lini oleo viscidum illud,* (nec destillationem, seu solitarie, seu *cum Colcotha-*

cothare , inter tot tædia præmeritum,) *Hepar* seorsim confici debeat , non videmus : dum *Diasulphuris Emplastrum* per aliud quoque hujus generis, *Balsamum* æque efficaciter , auctiori solum additamentorum pondere , (ne Unguentum pene , per *Vulgationis descriptionis* observantiam Emplastri loco exeat,) conficitur; ceu *consimile e Sutoria quoque pice pulveratique Sulphuris inspersione* Chirurgi quidam extempore , nee sine fructu parant. *Aqua calcis vivæ sulphure* (ceu de *Lacte* hujus diximus) saturata , bonum quidem , attamen circumspetionis indigum est Topicum ; ne in sui similes salinos humores incidens , æque ac *Oleum Tartari cum Amygdalino concussum &c.* malum potius augeat.

*Spiritus*, etiam genuinus & venali certior, quamvis in Præcipitationibus , Fixationibus, Vitriolisationibus, &c. ob externas quasdam conditiones vegetius se gerat , apparatu tamen nostro , (cum Vitriolicus , longe parabilior hujuscemodi postulatis nihilominus satisfaciat ,) incassum superaddetur ; per tot tædia laboresque seu e *Campanis*. *Patinis* ve refrigeratoriis , seu *Aquæ mersis Crucibulis*, aut *Revertoris tubulatis*, vel (diffusius alteriusque potius destinationis,) e *Perfumationibus aquæ simpliciis*, aut exotericis e *spiritus Nitricohobiis*, aliisque suspectis , molestis , aut saepe penitus ; vel expectatam solum quantitatatem fallentibus modis perquirendus. Ita nec modicum illud , (ni singulariter prius per instillatum spiritum inceretur ,) è residuo capite mortuo *Sal* extrahi vel reponi meretur ; Acido quodam Vitriolato parabiliori & abunde satisfacente. *Liquorem in Florum confectione (sulphureum*, & modo dictæ Aquæ simplici, sulphure non nullis perfumatæ parem ,) Rori minerali adjicere possent , qui istorum sublimatione occupantur.

Atque hæc de Sulphureorum selectu eadem opera & coniunctim. *Nitroſa* huc ſpectantia ſub Diureticorum, *Aluminosa* ſub ſtipticorum titulo considerabimus. Supersunt ē (communiter huc relato) facilitio *Ammoniaco*, quæ ſicca cōſiſtentia hinc parantur: ſiquidem de ſpiritu paulo ante ſub Urinosis egimus. Si quis autem inde reposuerit *Flores* tantum, eosque ſaltem ſimplices non qui-dem à *Sale communi*, aliisve *Additamentis*, equidem integrum pene Ammoniacum, aut quidpiam vul-gari *Ammoniaco purificato* ſimile, refundentibus, vel preium ſolummodo (uti *Corallia*, niſi *Tinctu-ram* ē residuo quæras,) incassum intendentibus; ſed (recentiori quoque monito) cum *Alcali quodam Tartareo* vel *Nitroſo*, ſimilibusve (acidam partem retinentibus) modis ſublimatos & vere Urinosos: facile profecto caruerit tum *Martialibus*, tum ipſis quoque *Hæmatitinis*. Nam *Martiales*, ex iis primi quidem (per pauci,) alias ferro minus infecti, reliqui vero *flavi ac rubentes*, ſeu *Limaturæ* ſeu *Batitu-ræ* vel *Stomonatis* (exigua circa ipſum laborem differentia,) particulis saturati, ſimplicibus ingra-tiores, & in Spleneticis inter tot prætantiora Martialis raro efficaciores aut penetrantiores, *Nigri* de-mum, excessive Stiptici, alterius destinationis ſunt. *Hæmatitini* vero colore quidem ac ſapore, haut vero in efficacia ſpecialiores (toties promissa ex-pertis) deprehenduntur. *Subtile illud Ammoniacum*, ē ſpiritus Urinofi & Acidicujusdam fixi: miſcella, (ſæpe accidentario nec interdum circa finem, citra ſubi-liorem particularum diſperſionem colligibile, ſuperius attigimus: quemadmodum & *Capitis mortui*, poſt ſpiritus urinofi deſtillationem reſtitantis Producta, E ſimplicium Florum, cum Sale Tartari ſublimatorum reſiduo, *Sal Neutrale* quoddam pro-ve-

venit : E *Martiali* vero vel *Hæmatitino* jam pridem : *Massam*, quasi *Vitriolicam*, (in deliquia pronam) separavimus; & cum è *Ferro* quidem, non tam vere purget, (utut *Salis Martis purgantis* titulo alicubi proponatur,) quam (seu per se, seu cum *Sirupis aliisque faccharatis*,) abstergeat tantum aut extimulet ; *Vitriolo Martis* porro sapore effe&tuque revera sit posterior, proinde per Arenam ex ejusmodi liquamine, (ante perfectam sui exsiccationem) destillavimus *spiritum flaventem*, jucunde (niflorum adstringentissimorum, tandem ascendentium inconsiderata permixtione pervertatur,) acidum & congeneribus ex *Ammoniaco Acidis spiritibus*, diversimode cum *Charta*, *Farina*, aliisque additamentis, (vehiculum præbentibus, aut urinosa sequestrantibus &c.) conquisitis, revera elegantiorem ; parergo præterea sublimatorum *Florum*, & nonneminis nuper aliquantillum forsitan *Martialem* : nihilominus cum *Salis communis spiritus*, præsertim propriis *Floribus saturatus*, pariter splendeat, idem post peractam destillationem oleat, idemque tum extus, tum intus, sub circumspecta adhibitione præstet, Tincturæque *Martiales* longe præsentiores saturationesque sint ; nec iste proinde statim ob præsuppositum aut inhærens *Martis tantillum publicis usibus seorsim vendicandus* videtur ; pariter atque *Hæmatitinus*, è *Sale ex capite mortuo* (per aquam aut ardenteum spiritum) extracto conquisitus : siquidem intus prædictis nihilo deprehenditur præsentior; extus ut in jucundis illis Veneris solutionibus jam olim (infeliores forsitan) nos sefellerit, supra notavimus. *Nitrum fixum Armoniacale*, per utriusque detonationem, curiosorum est : quæque amplius ex *Ammoniaco supersunt*, consultius Pyrotechnicis opificumque laboribus remittuntur.

At-

. Atque hæc quoque de potioribus Diaphoretico-  
rum & Alexipharmacorum materiis, eorumque  
diversimodis Productis. Convertamur nunc ad  
Diureticorum, Lithontripticorum, affiniumque  
reliquorum aperientium seriem.

## Diuretica , Lithontriptica , alia- que Aperientia & Detergentia.

**S**int autem è *Vegetabilibus* quidem, similiter pro  
sylloge intentioneque nostra tantum pauca  
quædam, temperatiora, abstergiva aut simul mi-  
tigativa : siquidem calidiora malum in præservati-  
one, & accidentia in curatione frequentius augere,  
reliquorum vero pleraque, (præsertim cum ad Ve-  
sicam itur,) expestantem fallere, de cætero com-  
modioribus sane vel præsentioribus ex Animali-  
bus Mineralique regno cedere, oppido deprehen-  
dimus.

Primas proin (cum progenie sua) esto *Tartarus* ;  
*sique selectior & quasi per se crystallatus fuerit*, quid  
obstat, quo minus lotus saltem, (ceu diu secureque,  
etiam cum *Rubro splendidiore* consuevimus,) detur?  
citra ullam haec tenus (per nimiam quorundam sa-  
tagentium inveniam. *Depurationem* subtilissimam  
partem, (ceu *residuū*, multorum dissolutionibus  
inserviens *Aqua* docet,) manifeste, vix autem  
Arenositates, (cum ipse Tartarus Corallia simili-  
aque coquendo solvat, insolidum subtrahentem;  
aut si omnino quispiam feculenti quid, (volatili ta-  
men sale refertissimum) vereatur, *semel tantum*  
*considerateque depuratus*; uti communiter *Acidi*  
*Tartari* nomine venit; citra vanas (adeo nivei)

*Can-*

*Candoris, tremoris ac Crystallorum* (seipsa indiffer-  
rentium) affectationes, aut separatas repositiones;  
*Tinctura* huic è Santalo, vel potius è Papavere erra-  
tico, (seu in substantia admixto, seu spiritu Vini, à  
Tartaro postmodum abstrahendo extracto,) cum  
spiritus Vitrioli tantillo superinducta, oculos de-  
lectat, & haec tenus sub *Pulveris Digestivi aut Hepa-*  
*tici rubri titulo* Tartarum jucundius, quam in no-  
velli aliquot ejus nominis compositis occultavit;  
de se nil aut parum confert. Quemadmodum nec  
recentior *Acidi Tartari in remissiorum istorum*  
*Vegetabilium succis aut decoctis concretio.* Ita nec  
*Tartarus Aluminosus* seu saporem seu intentionem  
remedii spectes, tanti est; præstantior vero in Tar-  
tareos scopos *chalybeatus*; sed hic quoque extem-  
poraneus est, per facilem *Vitrioli Martii factitii*,  
(etiam tantum pulverati, nec prius in succis disoluti)  
admixtionem; misla incomptiori debiliorique in-  
fectione, quæ nonnullis per aliqualem cocturam aut  
immersionem *Martis* fit.

Porro licet multis dissolutionibus, præcipitatio-  
nibus, &c. solus saepe *Cinis clavellatus* sufficiat, po-  
namus tamen ex ejuscemodi prosapia *Sal quoque*  
*Tartari*, tanquam destillati spiritus aliarumque  
nonnullarum operationum parergon, ac certis in-  
tentionibus præ aliis vegetabilium Alcalibus aptius.  
Cui regionis ratio suppeditat, *Sarmentitum* (*aut*  
*Lixivium in despissius*,) per nos oppido substituere  
poterit; at uti in certas applicationes subtilius, ita  
in acredine requisita aliquanto remissius inveniet.  
Sufficiet nostræ quidem nunc destinationi *Sal illud*  
*tantum è spiritus (totaliter prolecti) capite mortuo*,  
*etiam ulterius non calcinato*, notorio more secre-  
tum, citra ulteriore *cum Calce viva vel supra*  
*Martem* acuationem, curiosioribus laboribus

relictam; & citra sigulorum tum primitivas, (polychrestum spiritum frustra disperdentes, tum *ultiores ad Cæruleum usque Calcinationes*, teneriores & internis usibus præcipue nonnunquam expetas particulas incassum disperdentes. Qui fixius tale quid ad certas solutiones, præcipitationes, &c. (præsertim sicca forma) desubito vult, *anatica saltem Nitri Tartarie detonatione facile*, (ceu passivum hodie est,) habet; verum, (ut alibi monuimus,) acicidarum fixarum Nitri particularum haud expers, & subtilioribus proiude productis inconvenientius. Quodlibet horum aqua simplici calida prompte solvit; aut post debitam exhalationem, spissoris lixivii forma, post filtraturam, servatur; ut profecto *Oleum tadiose per Deliquium*, (de cætero tamen innoxium,) frustra similiter conquiratur.

*Tartari hinc Vitriolati* empiricos superioribus annis (in Hypochondriacorum ebullitionibus, &c.) abusus alii sufficienter notarunt. Reponi tamen aliquid forsan in diffusores apparatus inde posset: ceu diversarum solutionum (vitriolatarum vel Alcalinarum) præcipitationibus (nobis sæpe non advertentibus, & totum inconsiderate effundentibus,) sufficienti copia ceu parergon nascitur; aut elegantior *adhuc* habetur, si Tartaro Tartarisato in f. q. aquæ f. dissoluto, parili consuetoque modo Vitrioli spiritus instilletur, & totum hinc debite coaguletur; acore tamen Vitriolico in utrolibet aliquanto magis, quam vulgo (non sine subsequâ adversitate) solet, exuberante, & Vitrioli spiritu hic (propria substantia aliterve) intaminato; alias noxas, si quæ revera, extra abusus (è libellorum commendatione natos,) observatæ fuerint, huic potius quam *impuritati Salis Tartari*, (quid enim

enim hic accederet , quam fecum ligneorumque frustulorum innoxium Alcali? ) adscriberemus. In Vegetabilium catharticorum remissioribus *succis concretus* parum hinc validior ; *Mineralibus autem aut Metallis particulis* per recentiores inventiones imbutus , partim nil minus quam istorum proprietatibus quadrat ; (ceu supra de Lunari Solarique monuimus : ) partim elegantioribus acceptioribus ve Præparatis aperte cedit; præterquam quod etiam ex tempore nonnullis eodem effectu , certiorique ponderis participatione, (ut in Emeticis , ) associari queat. *Tartarus Vitriolatus ex Essentiali sale Tartari* (alias laboriosiori) hic preciosior , *Nitratus Nitrum* est , Alcali Tartarei tantillo extus quasi illitum ; & facilius tum extemporanea utriusque mixtura, tum *in ultimo Nitri* (per Olei Tartari particulam depurati) *coagulo* ; si opus foret, haberetur. Præstantior existit *Tartarisatus quorundam Tartarus*, è duabus saltem Salis & tribus (purioris aut semei depurati) Tartari partibus præparatus , sive per se detur, sive potius (alias facile humescens' ,) cum spiritu Vini solvendo in Tincturam diureticam & interdum semilaxativam (ad imitationem *Balsami Tartari* quorundam,) redigatur : (ceu alii *Nephriticæ titulo* , liquorem ex una Tartari & duabus calcis vivæ partibus excoctum , & post filtratum inspissatum , similiter cum spiritu Vini extra hendo, non penitus rejiculam parant.) Atque hic *Tartari Tartarisati Liquor seu Tinctura* , à Balsamo Tartari rec. parum differens , si cui in paulo diffusores apparatus placuerit, etiam loco cujuscunque *Tincturæ Tartari* esse poterit. Nam *Vulgata* quidem , sive è spiritus destillati capite mortuo cum nonnullis , sive è sale Tartari simplici, aut (cui bono?) ad cæruleum, &c. prius calcinato prolixiatur, cum

cum spiritus ardens, & (alias sponte superstans,) divaporetur hinc aut abstrahatur, parum ab Oleo Tartari per deliquium differt. Reliquæ verò *sub,i-  
liores* visæ, salis perquam exiguum in dosi vehunt, aut largam dosin exigunt; sive (cum aliquibus) *spi-  
ritus Vini rectificatior simpliciter saltem super sal il-  
lud digeratur*, & aliquantum inde alteretur; sive compendiosius *spiritus Vini communis tantum isti  
superfundatur*, & cum statim in duas partes se-  
cedat, (subtiliori superstante, phlegmatica cum  
potissima salis quantitate subsidente,) ista prior  
per tritorium separetur, & vulgaris Tincturæ  
loco usurpetur. *Quæ e sale Tartari cum Silicibus li-  
quato confit*, quamvis stabilior sit, supradictâ  
Tartarisata ob silicei tantillum, etsi vel auratum  
fuerit, revera præsentior non deprehenditur. *E  
crudo Tartaro cum spiritu Ammoniacali urinoso pro-  
lecta præter rem carior & operosior est.*

Si operæ precia mereri voluerimus ponamus *Arcanum illud*, seu (uti nonnullis vocare placuit) *Sal Essentiale Tartari*, ob facile deliquium in duplo præterpropter Aquæ cujusdam destillatæ vel spiritus ardoris simplicis aut appropriati, vel etiam Elixiris proprietatis (simpliciter sine acidis para-  
ti,) &c. dissolutum: efficax sic *sub Tinctura con-  
sistentia Spleneticum, Nephriticum, &c.* sive per se detur: sive aliis, Alcalinum consortium terenti-  
bus combinetur: nam ut reliquas Tincturas aci-  
duelas Martiales, Corallinas, &c. exigua quan-  
titate instillatum, post aliqualem amplexationem in colore quadantenus equidem exaltat, ita libe-  
raliori paulo pondere complures earum disturbat aut invertit. Parabitur autem *longe compendiosius* unica saltem Aceti destillati affusione, ad perfe-  
ctam usque Salis Tartari saturationem, (quod duo-  
de-

decuplo vel sedecuplo , pro istius robore & aciditate sit ; ) & unica similiter spiritus Vini rectificati abstractione ; citra tot supervacuas (ceu alibi jam monuimus,) repetitiones. Imo rudimentum ejus in vulgatis, (Aceti destillati & Olei Tartari) præcipitationibus gratis quasi sëpe numero nanciscimur , & inconsideratiùs plerunque rejicimus. Nec inefficax medicamentum provenit , si *cum Aceto non destillato & sale Tartari* eodem modo procedatur , & Magma residuum (nam salis sicci consistentiam non assequitur,) spiritu Vini solvatur. *Abstractus in illa salis Tartari saturatione Liquore* (spiritui Mellis , Guajacino , vel consimilibus , in acrimonia sùa aciditati cuidam sociatâ conformis,) haut inconveniens *pro Opii aliisque vegetalibus ac Marinis &c.* Menstruum præbet , si protractiori tam en labore , per alembicum colligi placuerit. Ipsi sum verò Arcanum Tartari *Sali Viperino* , *Cornu Cervi* , &c. ulterius per nos associet , qui volet : extemporaneâ si opus foret , salis cuiusdam volatilis urinosi , per acetosa pro more ligati mixturâ (cum eodem recidat,) idem assequi poterimus.

Superest famosissimum *Sal Tartari volatile* , sive (cum ægre sicca consistentia per se servetur,) *Spiritus Salis Tartari*: remedium licet generice cum sui similibus volatilitatibus conveniat , specialibus tamen , destinationibus neutquam hic destitutum ; bonum diureticum , diaphoreticum , atque resolvens , in paulo diffusiori apparatu haut contemendum , præsertim cum dimissis ambagibus per diversa compendia possit colligi. Publicavimus de eo paucis ab hinc annis in peculiari libello nostras observationes , aliarum quasi solicitatrices ; & revidebimus proinde propediem totum , cum aliquali auxilio , è versatissimorum viorum

rum publicatis interea experiens natus. Interim ne manca hic sit pertractatio, qui *Urinosum quid,* (ceu Alcalina natura eo potius, quam ad acidum quidpiam propendere videtur,) hinc expetit, primo quod ipsum Salis Tartari selectum attinet, convenientissime assumet huc è spiritus destillati capite mortuo, secundum paulo ante dictas limitationes segregatum; ulterioribus ad viorem vel coeruleum calcinationibus neutquam exhaustum, si mora datur, mediocri calori (quo insigniter rarefieri comprehenditur,) per menses aliquot expositum, aut ubi suppeditat, id potius, quod mediocriter in figurino furno ollaque tecta *calcinatis Vini siccis fecibus,* (den *W:indruisen seu crassamento post spiritum ardentem à vini fecibus abstractum restitanti) candidissimum, urinosissimum & jam quasi semivolatile largiter superstans. Extemporaneum e Nitri Tartarie detonatione,* propter adhærentem adhuc aciditatem quandam nitrosam, ejuscemodi laboribus incommodus videtur. Quod autem modos ipsos pro colligenda volatilitate ista concernit, sunt equidem plures in odore saporeque, (præsertim si mage phlegmatici seu diluti per rectificationem super alcali Tartareum concentrentur,) in effectu coincidentes: sed enim cum nostra hic intentio in specie ad parabiliora quævis brevioresque processus, quo usque licet, directa sit; ex adverso vero *cum Bolo* plerumque debilissimus, *in fastigato superiorum annorum Fornace* per directa Receptacula, aut nullus aut invalidus; *cum Silicibus*, ut & post subastrationes, item per *Vini super Alcali Tartarei abstractiones* æque parcus, & in ultimo hoc processu spiritus Tartari communis haut expers, (ceu quoque è Tartaro Tartarisato similis colligitur,) proveniat; cum porro qui *per spiritus Vini Incerationes super Sal Tartari*

tari (vulgare vel Aceto destillato saturatum) institutas laboriosior; per Digestiones autem cum ipso spiritu Tartari (alias tædiosioris conquisitionis, & per se sat polychresto, justo preciosior; qui demum e Salis Tartari, Calcis viva & Salis Armoniaci mixtura nonnullis alicubi conqueritur, totus aut maximum partem Armoniacalis sit: non immerito proinde, (missis tantis per suspicionibus ex Accessorio hic natis,) laborum minus prodigus penetrantissimo validissimoque Liquori, qui ex anatica Salis Tartari & Aluminis seu crudi, seu potius Usti destillatione, vel per Arenam provenit; aut si pure Tartarea ingredientia desideraverit, isti acquiescet, qui ex Oleo Tartari nigro (alias accidentario,) cum Sale Tartari aliquandiu negligenterque quasi digesto, haut difficulter habetur. Parilis quidem in effectu, sed paulo graveolentior & neutralis aut nimium Tartareus est, ex anatico Tartari crudi Aluminisque pondere destillatus; nec adeo ab eo, nisi nonnunquam majori Salis volatilis copia differt, qui similiter per arenam e dictis ante fecibus vini siccatis (ous den Weindrusen) elicetur, & post reëctificationem super Sal Tartari cum spiritus Vini parte, graveolentiam nonnihil exuit: ut uterque horum supradictis (pro cuiuslibet lubentia & detestu,) surrogari queat.

Qui vero Solutionum, (hinc forte faciliorum,) respectu in Acidam (e vel cum Sale Tartari) volatilitatem potius inclinat; licet Urinosi prædicti (præsertim concentratiores) spiritus, circa competitia vel prædisposita subjecta profecto haut sint desides; & à Sale pure lixivioso, (naturam ejus, & autoris adeo commendantis loca parallela considerantibus,) ad Acetositatem exigua sit consequentia; nihilominus di missa fortasse Liquore, e Metallicis solu-

*solutionibus (cum Aceto paratis, &c. in massam vitriolicam coagulatis,) ultimo extremeque tandem destillato, æque forsan speciosius occupari circa parabiliorum & accidentarium illum, qui in præparatione Arcani Tartari, (sive destillatum, sive commune Acetum receptum fuerit,) haut difficulter sub abstractionibus colligitur, & jam pridem Salis Tartari quidpiam secum abstulisse creditus est: quemadmodum alii quoque de *Liquore*, qui de *Tartaro Vitriolato communi* (mediocriter tantum citra extremam destillationem) abstrahitur, putarunt. Sic *Alcali Tartareum cum certo Bolo* destillantes aliquando, spiritum acidulum spurium accepimus. Sed de his aliisque, qui trahi huc possent, v.g. *spiritu è Terra foliata* validiore igne prodeunte, *Liquore à Tartaro Vitriolato* (*è Terra foliata cum spiritu Vitrioli parato,*) *abstracto, &c. acetosis*, hic non est dicendi locus.*

*Oleum Tartari nigrum* intus gratosiores jam pri-  
dem noluerunt; eoque multo minus, inter tot ac-  
ceptiora, *Rectificationem* quovis etiam modo, pro-  
meretur; utut de cætero salis volatilis quidpiam,  
consimilium destillatorum more vehat. Extus cum  
spiritus sui parergon sit, pro lubitu repositum greg-  
gariis adhibeat, qui volet; potens, resolvens & bal-  
famicum, etiam in contusionibus carnosarum ner-  
vosiorum partium &c. Nec rejiculum olim hinc  
paravimus *Emplastrum*, ad imitationem Diasulphu-  
ris: Verum de Tartareis satis forsan nunc actum  
est.

Sequatur *Terebinthina, saltem nostras; exoticæ cu-*  
*jusvis* (nomen insuper nonnunquam mentitæ) lo-  
co, quosvis in usus, (missis solummodo minutiis)  
sufficientissima, intus quoque, si certi casus Diure-  
sin cum laxatione alvi exigant: etiam absque *Lo-*  
*tine*

tionē aut curiosiori per pyxidem ligneam transcolatione, si per se (quamvis proscēto sic ingratiō,) innotoriis Vehiculis, Emulsionibus aut Mixtūris extemporaneis omnino exhibenda foret : nam quæ *Cocta* communiter vocatur, ad occultationem sui, diversis in formulis aptior existit. Nec proin tamen opus est, ut cum frustranca spiritus jaētura seorsim vulgo coquatur ; siquidem quod post vulgarem spiritus destillationem in vesica remanet, non solum istius, verum etiam ulterius (in Topicis,) *venalis Colophonia, Resina siccæ, maritimorum Zopisæ, imo* (cum gratis sic habetur,) *communis Picis, & (dum ipsi resinosi Myrmeciorum grumi, der Walt-rauch)* / & si perperam Mastichi collati, aliquanti tamen nonnullis aestimantur, exoticorum aliquot Gummatum locum satis commode supplere potest ; Internis usibus, (si placet vel opus esse reperitur,) tum per se, tum adjecto diuretico catharticove stimulo quodam extempore (sine tot *Pilularum, Cicerum, Marmelatarum, Electuariorumque Terebinthinatorum* aslervatione) prompte destinandum. *Oleum autem flavum atque rubrum* inter tot resolventia & Balsamica, tanti non est, ut ulterius hinc destilletur ; multo minus *Sylvanorum Abiegnūm Temp'linūm ve*, ut seorsim reponantur ; vel *resinosius istud è semimaturis Abietum conis* (in molen-dinis instar Olei lini) exprimatur. *Spiritus Terebinthina* nihil debilior, at intus sumptu gratior *per Vesicam*, quam tædiosius (licet una alterave drachma pro Terebinthinæ libra una copiosior) *per Cucurbitam* habetur ; restitansque illic *Colophonia* exiguum in Spiritus pondere defectum facile compensat. *Ex immaturis Abietis conis* plane quidem similis destillatur, at parciōr proventus operæ precium non præstat. *Aquam in spiritus*

Terebinthinæ abstractione (*primò per Vesicam, nus omnem per cucurbitam*) una profuentem exhibeant Acetove destillato, (dum alii Terebinthinatum seorsim parant,) aliterve admisceant, qui acceptiora aptiorave remedia menstruave nolunt. *Tinctura Terebinthina* supervacua in nostro delectu Terebinthinatorum multiplicatio est.

*De Juniperinis* inter Diaphoretica paulo ante egimus. *Veronica Extractum* inter Pectoralia sequetur. Ubi vero *Baccarum Alkekengi*, etiam rite siccatarum datur copia, (missa insipida quidem, sed languente *Aqua*, inconcinisque inter tot *Anodyna Trochiscis*,) *Extractum liquidum*, sine saccharo quoque durabile, de cætero non inefficax & simul (pro Solanorum natura,) mitigativum, haut inconsulto hic adjiceretur: aut in defectu, vel si magis placuerit, polychrestum illud *Hedera terrenstris Extractum* saccharatum, supervacanci *Sirupi Conservaque* vicem satis supplens: *Aquam enim simplicem aque ac spirituosa*m adversus odor, alias hinc excludit; & si fateri voluerimus, nec reliquorum simplicium v.g. *Apii, Petroselini, Saxifragie, Asparagi, Fragaria, Ononis, Parietaria, Linaria, Lithospermi, Genista, Raphani utriusque, Cardana, Pimpinella, Dauci, &c.* pro superioris seculim more *Destillata*, (utpote vel peradversæ vel languidores, muliercularum medicationibus aut turgentioris receptissimi ampullis aptiores,) ullatenus hoc referri merentur: nisi omnino quispiam pro paulo diffusiori apparatu forte *Fragorum aquam*, (non ut inter congeneres præsentiorem, sed tantum acceptiorem) velit; seu per se, seu durabilius cum exigua spiritus Vini particulâ, (nam gratissimus refrigeransque fructus pro fermentatitio spiritu acquirendo frustra disperditur,) inde abstractam; quasi pro

pro aliorum remediorum, (sed domestici Liquores hic quoque satisfaciunt, ipsaque Aqua minus in universum est durabilis,) Vehiculo. Sane similiter haut adeo multum est, quod ultra hoc, etiam in plerisque (operosius quoque, & præ Antiquioribus consideratius interdum nunc, aut ob Dauci, Cæparum, Porri, Raphani &c. accessum sœpe minus jucunde) *compositis Aquis tot sc. Nephriticis, Lithontripticis, contra Calculum, &c.* reperimus: nec ipsa famosior, *e Persicorum, cerasorum &c. fructuum nucl. is,* (destillatum quidem alterantibus, Emulsioni tamen aptioribus,) diversimode (*cum & sine acetosis*) præparata, eas tanto-pere præcellit; nisi omnes hæ seu præsentioribus specificis exalentur, seu epicerasticis anodynise (in alio quoque vehiculo sufficientibus,) conso-cientur. Præservatoriè quantum calculosam Dia-thesin, (aliàs plerumque indelebilem) alterent, miseri indies tandem nobiscum experiuntur: cal-diores ejusceinodi Aquæ vel liquores dispositio-nem istam potius intendunt; ejusque noxæ pariter haut expertes sunt *vulgares Tinctura atque Essentia liquida, seu spiritus Vini medicati Iuniperini, Nephritici &c. cum Infuso recentium Fragorum, in eodem spiritu, potatoribus profecto aptiori, quam contrac-tiori nostro delectui.* Quanta quæso, copia non-nunquam ingerimus sine notabili quadam altera-tione, (si continue febricitantes, præsertim Vario-lis Morbillisque laborantes excipimus,) *Fraga?* ut *Sirupus profecto, multoque magis Essentia e succo liquidior,* (concepta de facile fermentatione gratiam aliàs perdens,) dum plures æque jucundi durabilioresque dantur succi refectivi ac refrige-rantes, sint frustranea; multo magis ipsa *Fraga nonnullibi siccata.*

Porrò verò si quis Tartareis Nitrofisive salibus, (simplicibus aut Vitriolatis,) Arcano duplicato &c. acquiescere nequeat, superaddat hic forte **Ononidis** non tam **Extractum** (bolari Tartaro affluentissimum, nec si è tenella planta fuerit, in nonnullis aliis affectibus aspernendum;) quam **Sal fixum simplex Sulphuratum**, aut amplius pro lubitu **Vitriolatum**: simulque forsitan comburi possent **Fabarum insuper stipites**, **Urtica**, **Genista**, **aliave**, pro districtuum ratione parabiliora vel salis majorem copiam suppeditantia: quo **Sal quasi Catholicum** seu polychrestum exeat, nec operosius singula v.g. **Juniperinum insuper Sambucinum**, **Petroselinii**, **Hedera terrestris**, **Pimpinella**, **Tamarisci**, aliorumque infrequentiorum, aut in salis proventu parciorum, seorsim reponere, vel etiam diversimodè è talibus **Composita contra Calculum**, **Nephritica**, **Diuretica**, (sæpe è minus parabilibus aut nomine tenus solum variatis,) superaddere necessum sit; cum prædictiū reliqua facile suppleat, & competentibus Mineralibus &c. haut difficulter amplius alteretur.

Atque hæc quidem è Vegetabilibus, suo quovis modo ac tempore, (præsertim inter præsentissimum Mineralium Animaliumque proventum, & debitum Anodynorum atque Epiceraстicorum quorundam accessum) adhibendo, oppido sufficiens: ut talium intuitu, neque delectus noster neque accuratior Praxis ullatenus è reliquis numerosissimis, (quamvis ex parte non semper contentnendis, ex parte tamen etiam nimis tantum speciosis, desidibus, adversis, ingratiорibus, rarioribus &c.) ullatenus exigat sive **Saxifragam albam**, (aliàs permultis districtibus infrequentem,) cum perlevi squammeoque Radicularum **Pulvere & Extracto**, vulgatori quovis neutiquan-

validiore; sive semilignosam, illam Agyrtarum Alpinam vel ingratiorē Pimpinella radicem, (siccatam, aut supervacue Extractam, Conditam vel Confectam) aut herbam insuper, semenve, ac tadiosum inde Oleum: Non (adhuc magis) adversum (ac circumforaneos olentem) utrumlibet (siquidem & hic haec tenus frustra Cretissavimus,) Daicum, in semine Oleoque suo, (aliás equidem haut invalidis:) Non exoticam pene Ruscum, aut aliás infrequentiorē Filipendulam. Quemadmodum nec quæ è Genista insuper seorsim proponuntur, nauseabundum semen Floresve fisci, vel conservati, aut 'dum Cappares adeò vili veneunt,) conditi. Non quæ pectorales quoque, alioſve in usus supervacue passim ex Urtica majori minorique petuntur; Radix scilicet, & Romana semen. Nec Eryngii indigebit Radice, seu siccata, seu (pro enervatis potius, sed exiguo plerumque irritamento,) Conditā. Non Lappa utriuslibet, (dum Folia extus ad muliercularum experimenta pertinent,) ingrato semine, vel majoris Radice, utut in diversis affectibus multis exoticis præstantiore: Non inter tot præsentiora crustacea, Lithospermo quovis, aut arillis Cynosbati, vel Mesplorū, decantata Spina alba, speciosioribusque (in aliis quoque requisitis vel signatura ducente,) Dactylorum officulis, Hedera baccis, Glandiumque, (quamvis inter domestica vulgo haut rejicula) farinā.

Ita nec Apii radicem vel semen necessaria ulterius invenimus; inter congenera nostratia, cuvis Selsi Ligustico, Massiliotico, Cretico, Oreoselino, Macedonico, Alexandrinoque Petroselino, Ammi vero (sed vano Cantharidum correctivo,) aliisque multo magis, supervacaneis, hircum olentibus, & frigidorum coenis aptioribus, vel ab antiquorum consuetudine solūm pendentibus exoticis,

facile h̄c conferri vel etiam nonnullibi præferri queat. *Succi Apri inspissati*, adeò superiori seculo commendari æquivalentia versatiores hodiè Chirurgi alias norunt. Nec denique scorsim sic servari merentur *Amygdalæ potatorum amarae*, rari rancidive s̄æpe *Tribuli aquatici*, *Persicorum*, *Armeniacorum ac Cerasorum nuclei*; vel *Raphani præterea Violarum Martiarumque semen*, in non quidem adeò languidas, at vomitus interduin mage tunc prioritantes *Emulsiones*: nam *Aquas* ex his supra attigimus: *Olea* verò ex id genus nucleis scorsim, vel *Nephriticorum* titulo conjunctim cum aliis *expressa*, profecto vel *Amygdalinum usitatissimum intus*, extus *Hyoscyaminum*, *Papaverinum*, *Nucum*, &c. æquar, aliquando superat.

Mensis cedant *Petroselini folia atque radices*, *semen hortulano*, deses *Magisterium* negotiosioribus. Sic quoque *Sistarum Asparagine* (aliàs nonnullis suspectos) *turiones* linquamus delicatulis, *semen vanis exoletisque compositionibus*, *radicem* (inter tot æquipollentes) hortis; imbelles *Ciceres*, *Raphanum utrumque & Cynosbati fructum Culinæ*; *Conditum hinc & Rob Cynosbati mulierculis satagentibus*; quemadmodum & quæ è *Fabaceis* supersunt, *Aquam florum gynæcis, fructum ipsum Pythagoricis, farinam hinc domesticis epithematisbus*; *Linariam hæmorrhoidum tuberculis*, ut *Taurum ea luctentur*, qui vulgatori hyoscyamo vel verbasco, &c. nequeunt; *Dipsacum* (aliàs quidem haud adeò rejiculum,) *Pannifici*, *Echinorum istorum vermiculos iis*, qui nauseabundis miseros incassum vexant. *Betula* ut speciali cuidam potūs vitio alicubi contulerit, tantum tamen & indifferens *Nephriticum* experientibus profecto non invenitur, ut *Gemma cum Corticibus euporistis scabiosorum limentis*.

mentis atque balneis aptiores videantur : *Extractum earum* sapore quasi fatuum , effectu defes plus vix simplici reperimus , & magis adhuc *Succum destillatum* : *Crudus* , quamvis interaneas impuritates (qualiquali tandem attemperatione vel modificatione) segreget , & Corallia similiaque ostracoderma solvat , in hac tamen classe , ni Acidularum more potetur , languidior est , etiam è *superioribus ramis* (supposita majori alteratione) collectus ; in Cerevisiam Magnatum quorundam cura nuper cum Maltha & Lupulo (pro more) coctus , sapidam quidem , sed in Nephritide haud adeo præservatricem reddit ; ceu per sc quoque Septentrionalibus (sponte facileque) Fermentatus , potui quam solidiori medicationi aptior est. *Nephritis* co ligno quis inter effectum æquè ac colorem instabilem seu variabilem , sumptus hodiè præ tot parabilioribus impendat ? aut in *volatile Musci clavati semine* , aliàs quidem extus bono desiccativo , & in pyrotechnicis , (Motchorum etiam observatione) fine fumo eleganter , (si ellychnio insuffletur) flammando , nimium maceretur ? *Cynosbati fungi in Extracto* præstant aliquid ; sed hoc ipsum in selectis nostris largiter aut abundantius invenitur : in substantia domesticum potius frontale pro gregariis , cuivis radici Rhodiæ par exhibit , *Aquas verò destillatas* accessione sui notabiliter validiores haut reddunt. Atque hæc de vegetabilibus simplicioribus. Per gamus nunc ad ejusdem generis remedia , quæ ex Animali (Diureticis , præsertim in insectis affluentissimo) Regno numerosissimè huc similiiter relata sunt , paucis tamen nihilominus atque selectioribus apparatum nostrum sufficenter complebunt.

Sint primò *Cancerorum polychresti* , (quamvis  
K 4 nec

nec Chelis, cum induratis suis Tendinibus, nec ipsis Exuviis, imo ipsis Cochlearum testis ac tectoriis, in defectu congener efficacia defit,) Lapilli; quivis, non religiosius è vivis tantum exempti; post simplicem solùm Pulverisationem solitariè, vel cum opiatorum aliquantillo dati, quovis eorum Magisterio, (seu ex Aceti, Nitri, Salis, aut Vitrioli Philosophico spiritu diversimode præcipitato, seu per spiritus Nitri abstractionem confecto, magisque sic diaphoretico,) ad absorbendum, invertendum & detergendum tum hic, tum in Pleuritide, febrilibus ebullitionibus, stomachi angustationibus, aliisque vicinis Acoribus, Ardoribus, &c. longè præsentiores. Idemque de Solutionibus quoque cum Aceti, vel ipsis etiam Æruginis spiritu hoc fine paratis, affirmare possumus: cum oleo Tartari (quamvis parciùs oculos illos aggrediente,) vel vulgatori modo cum Salis spiritu confecta, ob accessori particulas adhærentes præstant quidem interdum aliquid: sed dum (ab una quidem parte,) Tinctura Tartari Tartarisati, Arcanum Tartari &c. evidentius operantur; aut Alcali quoddam ipsis facilè associari, vel prius volatilisatum feliciè surrogari potest; dum (ab alterâ,) nec solitarius Salis vel etiam Vitrioli Philosophicus spiritus deses, de cætero sumptu jucundior, nec extemporaneæ mixturæ (post levem moram & subsidentiam) expers est, cur Entia præter rem multiplicemus? Adeoque nec compositos illos Lithontripticos, Nephriticosque Liquores, cum eodem spiritu (amarorem quendam hinc induente,) è nullis non Animalium Marinorum & subterraneorum crustis atque testis, passim conquisitos hoc referemus. Multò minus autem vulgares cartilagineos (spiritu Salis haut adeò seorsim obtemperantes,) aut dūriores semilunares Carpionum, item Per-

Percarum, Tincarum ac quorundam Alburnorum  
Lapides; Ovorum (vel post ipsam pullitatem) Testas, &  
si quid aliud pro euporisto, vel in Pulveres lithontri-  
pticos, (simplicibus suis plerunque propter ingre-  
dientium inconvenientiam deteriores,) aut in  
prædictas salinas simplices aut compositas So-  
lutiones tractum est. Quo pariter Manati Lapidem  
mercatoribus, Struthionis ova magnatum Rarita-  
tibus, & (ut reliqua Cancrina eadem opera expe-  
diamus,) ingratum è frixis Butyrum mulierculis,  
spiritum curiosioribus, integre combustorum Cine-  
rem, ni ainaricantibus Alexipharmacis exaltetur  
revera debiliorem, (uti Mixtura primo sim-  
plici, hinc invertentibus Bezoarticis demorsis  
longe majora operæ precia fecimus,) exoletis ex-  
perimentis relinquamus. Aqua vero Cancrorum  
analeptica, simplici vel cum sui similibus composta,  
quidni Decoctum aut Collisum (licet nec talia so-  
lidi sint momenti,) præferamus? in Ophthalmicis  
famosissima isti (alias diversimode à diversis proposita)  
destillata, jam olim patem deprehendimus solita-  
riam Chelidoniae Aquam; ut Galaturas, Pinguedi-  
nem serpentinam, Mustelinam &c. præsentiora tace-  
amus: In vulnerariis siquidem omnino liquidum  
quid desideraretur, Oculorum in Vino Infusam oppri-  
do præsentius se sistit. Qui autem eos speciebus ve-  
getabilibus, (affusam Aquam simplicem longe ci-  
tius saturantibus,) pro Diuretico-decocto, imo alicubi:  
Oleis tkraumaticis infusis hodieque addunt, nesci-  
mus quâ sint excusabiles. Qui vero e Morsulis, Gam-  
marorum caudis (similibusque deliciis, sanorum  
mensis aptioribus) fartis, in Phthisi hecticaque tan-  
tum expectant solamen, vespillones sudificare vel-  
le evidentur: idque similiter circa supradictas illas.  
*Aquas Antihæcticas Antiphthisicasque* ni ex accessoriis.

quædam (v. g. Ros, herbæ ac flores refectioni &c.) aliquantillum refrigerium aut levamen afferant, indies verum esse experimur. *Sanguinem Hircinum* supra quidem alios in usus posuimus: at in hac, (quo communiter etiam refertur,) classe plerumque languet; ceu quoque *Leporis siccatus crux*, & *e toto cum pelle pilisque Cinis*; *Lucii mandibula*, *Troglotides tostus*, consimiliaque alia, quæ iniseri ex relationibus, vel accidentariis aut individualibus observationibus excogitarunt. *Urina hirci*, etiam *Embryonis* (rarior,) semel in Ischuria conferre visus est, postmodum nos aliquoties deseruit; remedium alias folidum, æque ac *stercoris Columbini* solitarii vel cum *Fragis* in *Vini spiritu infusum*. Cicadas non tentavimus: at cum *vesiculas*, *qua in calamis scriptorii* reperiuntur, concisas & cum acetum tantillo sumptas, sudore modo pleuritides spurias tollere plus vice simplici vidissemus, num *Halecum Vesicula* similiter pro diuresi quidpiam (secundum cujusdam commendationem,) possent, aliquando sed frustra experiebamur.

Ita Lapidés non solum in *Apri Bovisque sed hominis quoque Vesica* reperti, nil aut perperum, interdum expellunt: & quot scatulas *Excretorum Nephriticorum* denuo deglutitas, at sine ulla mali emendatione, novimus? Sane qui *Ludum* hic quærit, cum *Fossili recentiorum* prius transfigat; de cætero deprehendet, quod in tanta Tartareorum (simplicium aut acidulatorum,) affluentia, hujuscemodi fordes, quamvis e *Matula quoque* supervacue tam corradantur, aut per *Calcinationem* (*sal complicatum* quadantenus saltem quasi alcalisantem, aut additamenta potius attingentein,) tententur, elixivientur, *salificentur*, aut in (vulgarem illam operosioremque præter rem) *Tincturam* redigantur.

*Cantarelli* nobis quidem vernaculi, nec interdum (semper enim, ob s̄æpius hinc, at incassum quæsitum vomitum ac diuresin, non dixerimus,) desides sunt. Dum tamen inter tædiosam talium venaturam, *Scorpionum* sufficientem numerum hodie tolerabili precio passim haud difficulter comparamus, nec ob eorum *generationem*, (adeo sancte calidioribus nonnullis tractibus adhuc dum assertam,) *Ocyma verna cantare* hic locorum cogimur; posuimus proin superius eorum *infusum Oleum*, saltem *simplicissimum*; hic quoque extus, (intus enim cum *ustis etiam Scorpionibus* innoxium quidem, at potius veterinariorum est,) satis haetenus proficuum; sive per se, sive pro circumstantiarum ratione *Terebinthinæ*, *Ceræ*, &c. penetrantioribus oleis interdum permixtum aut obnuptum, ceu notum est, adhibeatur.

*Afello*s autem (modo simplicissime, nec vulgo destrutorie potius) *Præparatos* cuiuslibet hic delectui remittimus. Certum est nobis, quod arenosas in Vesica conglobationes interdum expulerint, tum per se tum aliis resolventibus sociati. Certum tamen & hoc est, quod in compacto siliceoque Dulech nil valeant; nil aut parum in propellendo renum Calculo, præsertim vehementiori Uretum crisputura; quod porro singulares præcordiorum angustationes, sæpe cum deliquiis in tenerioribus cieant: ipse *Pulvis squammeus* quasi, & vel originis causa (inter tot acceptiora palliativa, dum nihilominus ipsa dispositio inemendabilis passive deprehenditur,) ingratiior est. Paravimus aliquando è *Cantharidibus Magisterium*, cum Nitri spiritu & oleo Tartari &c. nec ad urinæ mucorisque sollicitationem adeo deses erat, *sub circumspectâ inhibitions*: sed nec tale quidpiam (forte curiosius) se-

rectus noster exigit. Sufficiet hic, si ex iis, (*seu consueto seu simpliciori adhuc modo erectis,*) tanquam inter sui similia Insecta ac Vegetabilia vesicatoria revera præsentioribus, atque alias vili venientibus, *Emplastrum* habuerimus, saltem simplicissimum, v. g. ex ana Cantharidum pulveratorum, Ceræ, & Olei, vel (ubi per accidens suppetit,) pinguedinis Leporinæ, cum pauxillo Terebinthinæ : citra *Flammulam*, *Ammi*, *Gummata*, &c. ut in aliis permultis affectionibus ad revellendum, evacuandum, &c. sufficientissimum, ita nobis præcipue in doloribus à colluvie serosa in corpore artubusque obortis usitatum, ob citam operationem Fonticulis, quorundam more ad aliquod tempus hoc fine excitatis, tædiosissimisque Setaceis, & ob sensibilem evacuationem omnibus frictionibus cum Aquis catharrhalibus aut Nervinis spirituosis, Armoniacalibus, aut Oleis Linimentisque resolventibus longe passim præsentius ; præsertim si pro necessitatibus ratione successivus humorum fluor per dies aliquot sollicitetur, ejus exigua quantitate v. g. *quarta vel quinta parte Defensivo cuidam, vel Saturino Emplastro admixta, & (interdum cum Emplastro de Hyoscyamo, si pruriat locus, alternando) applicata.* Ceu alii data opera, (hunc in finem, ut & ad tophorum resolutionem,) consimile ex Oxycroceo, Nervino, Medulla vitulina, Terra Vitrioli, & cantharidum particula componere secundum *Itali cūjusdam prescriptum* confueverunt. Tutissimum de cætero quodvis horum, nec inter quotidianos usus atque continuationes, circa ductus urinarios noctam, haec tenus quidem deprehendimus; de interno frigidorum hinc stimulo, & supervacuo (num *Caput*, *Alæ atque Pedes* detruncari debeant, nec ne,), litigio securi, qui minus suspectis irritantibus.

tibus & refectivis idem usque dum obtinere potuimus.

Supersunt *Lumbrici* tralatitia quidem commendatione famosissimi, in se tamen abominabiles, in calculo pellendo profecto haut magni momenti, pro diuresi in reliquis affectibus, *Hydrope*, *Ischuria*, & (cui tantopere in specie opponuntur,) *Arthritide vaga*, tot acceptioribus imo præsentioribus Diureticis atque Specificis revera posteriores: ceu spiritus Salis Tartari, Calcis vivæ, Tincturæ Martis, Arcani Tartari, Cinnabarinorum, Opiatorum, ac Præcipitantium usi æque felices progressus in vagabundo isto dolore, (plerunque etiam citra purgantia, citra quævis Topica & infessus, contræturarum utplurimum autores,) fecimus; absque semirustico illo *expresso Succo*, absque *Præparatorum perlevi pulvere*, leviorique (tam in pondere, quam in effectu,) *Magisterio* è Nitri spiritu cum oleo Tartari præcipitato: *Terreæ* circa scorbulos eorum sordes sordidæ, *spiritus per se inde destillatus*, phlegmaticus paucoque sale Volatili conditus, (inter supradictos aliosque æquivalentes,), curiosiorum, *Abstractius* specifica vi parum imprægnatus, (sique validior spirituositatis suæ ratione fuerit illitus sæpe non sine noxa,) *Lumbricorum denique Infusione*, (cum vel sine Alcali particula) alteratus, saturatior quidem, at (si Insectorum istorum potiorem destinationem cernimus,) uterque minus isti conveniens est: ut proinde solum *Oleum*, idque *simplex* tantum, (cum *compositum Officinarum* additione olei Rorismarini supervacanea extempore haberi queat,) hic supersit, si diffusiori forsan apparatu associare placeat: nam ab altera quoque parte unctuositas, emolliendi causa vulgo quæsita, permultis affectibus vel circumstantiis.

haut convenit, & in vegetabilium etiam Infusis oleis, domesticisque pinguedinibus pariter habetur.

*Bufones* tandem, eorumque per tot abominabilia tædia (qualicunque quantitate,) conquirendum *Sal quodvis*, & alia horribilia Secreta, plerumque (si verum fateri voluerimus,) per traditiones tantum, absque privata repetitaque experientia, (saltē ne nescire videamur,) commendata, iis relinquamus hic, qui experimentationes forsitan ultra modum extendunt.

Atque potius hinc ad securiorem fœcundissimamque *Mineralium* convertamur seriem, inde similiter colligendo, quæ parabiliora præsentioraque simul fuerint. Unde non immerito forsitan *Nitro* primum tribuimus locum, saltem *nostrati*; *Barbarico Nilicove*, cum remissiori (in nostras hic intentiones,) parciorique *Murario* ut & *Regenerato*, (è spiritus ac Nitri fixi mixtura, nitriforme, sed longe acrius Sal reddente,) curiositatibus relieto. E nostro vero, si internos quidem in usus primo habuerimus *selectiores primoresve Stirias*, ab accidentario Sale communi sufficienter pro more secretas; non est, cur ulterius in nimiis istis, ac Pyrotechnicis plerumque mage necessariis *Depurationibus*, per Lixivii saponarii oleive Tartari instillationes, aliterque (pro innoxiae mucilaginis tantillo, aut superflua Salis Terræ, toties tamen quæsiti parte) sequestranda institutis, tantopere occupemur: aut *pro repetitis coagulis* operam & *Rosaceam quoque*, dum Aqua simplex pariter sufficeret, disperdamus; vel nihilo præsentiores *Flores* ex ollarum transudationibus, aliisve modis tædiose conquiramus; aut potiori Nitri substantia copulave inconsideratius disjecta, cum *Sulphure* vel (carius saltem) *cum Floribus*

ribus Sulphuris semialcalisemus, quo tonsorum ille *Prunellæ*, (inflammata vel quasi excoriata sœpe magis exasperans) *Lapis* proveniat; cum haut dissimile quid etiam post Antimonii *Diaphoretici confectionem*, aut exultimo Nitri (per Lixivium prænotato modo depurati) *Coagulo* haberi possit. Multominus autem indigebimus *saccharo*, vel etiam *Solutionibus Corallorum*, *Perlarum*, *Saturnique Nitratis*, siquidem præter inæqualem improportionata inque utriuslibet participationem, longe certius compendiosiusque singula extempore, æque ac *Nitrum Martiale aperitivum* recentius, dum opus fuerit, miscentur. Qui vero occultationis causa voluerit, longe speciosius cum succis *Cerasorum*, *Myrtillorum* &c. *Nitrum* (in particulis suis circuncirca) *Tinctum* inveniet, quam si idem per Santali, Violarum, Rosarum, vel Papaveris erratici. Tineturam comparare conetur: nam Alterativi profecto parum ex his, ut & è *Scordio Acetosa*, &c. Nitro accedit. De cætero quod cum Metallicis quibusdam Sulphureis in *Terre freitatem* haut inefficacem figatur, & alii adverterunt, & in præcedente classe Antimonium *Martiale Diaphoreticum* exemplo fuit.

Nos autem porro hic è parabiliорibus ponamus *Nitrum Fixum*; non quidem solum ac seorsim, quod post *simultaneam Antimonii Diaphoretici detoxicationem* colligitur, Nitro crudiori (ob deflagrationem haut undiquaque consummatam) aliquantum affinius, & Anodynī aliisve profecto excessivis titulis inconvenientius insignitum: nec etiam, quod per *Carbonum*, *Segmentorum* &c. *admixtionem* data opera paratur, & haut ita pridem (æque ac quod post Reguli Antimonii, Silicum, *Caçis*, Martisque cæmentationes vel deflagrationes provenit,

venit,) pro *Universali Solvente ipsoque Liquore Alcali-*  
*hest* nimis hyperbolice propositum est ; sed tantum  
 accidentarium illud , ac instar parergi , quasi gra-  
 tis post *Croci Metallorum* , *Clissi sulphurati vel Anti-*  
*moniati ac consimilium* confectionem restitans , ama-  
 ricans & granulatum ; sulphuratis hinc Vegetabi-  
 lium Salibus non solum conforme , verum etiam  
 in effectu pro Diuresi ac Diaphorisi , (licet arre-  
 ptas quoque Sulphuris vel Antimonii particulas ,  
 sub lenta evaporatione maximam partem depo-  
 nat .) in permultis affectionibus æquivalens ac simul  
 parabilius : cui qui velit , paulo ante dictum An-  
 timonii Diaphoretici Nitrum (minus) fixum , per  
 nos associet , minori tamen pondere , quo mage  
 alcalisatae partes prævaleant .

Tandem (cum *Tartarus Nitratus* circumcirca  
 tantum alcalisatus & extemporaneæ potius imita-  
 tionis , sane ultimo Nitri per lixivium depurati  
 coagulo nihilo valentior sit ,) accedat polychrestum  
 illud *Arcanum duplicatum* , id est Nitrum fixum ,  
 Vitrioli (cujus metallicam substantiam separarat  
 seu præcipitaverat ,) acetosis particulis sufficienter  
 saturatum . Atque hinc si forte defuerit *Aqua fortis*  
*caput mortuum* , (probe exustum , alias extractum  
 Sal vitriolescit , vel residua pars Metallica nova  
 Nitri fixi vel Salis Tartari solutione ulterius præci-  
 pitanda est ,) è *simpli quoque Vitrioli Dissolutione*  
 parari poterit ; huic scilicet tantum Liquoris Nitri  
 vere fixi seu alcalisati , (ceu gratis nonnunquam  
 post Antimoniales quosdam labores habetur ,) aut  
 Salis Tartari cum Nitro parati instillando , (donec  
 Metallica Vitrioli substantia perfecte separata seu  
 præcipitata fuerit ,) & coagulatum hinc Sal de-  
 nuo pro more fundendo : quo idem provenit re-  
 medium ; reyera de cætero (toties pridem ex-  
 per-

pertis) innoxium, at utrobique in multis affectibus, præsertim in omnibus Lymphæ (per vasa vel renes,) abundantissim præsentaneum; ut *Marte* insuper, aut (*in Nitro cachectico chalybeato*) Vitriolato Martis, (inter tot hujus Tinctorias, & Vitrioli seorsim dati præstantiam,) vel (carius adhuc) *Auro* supervacue alterari videatur. Antimonium colliquatum, alias tantum superstat & *in Hepar* quoddam redigitur.

Quantum autem nunc ad *Nitri destillationes*, & primo quidem (cum *Aqua ex ejus solitarii*, *vel cum Manna mixti diluto*, per Vesicam aut Balneum destillata nobis olim promissa parum servarit,) *Tonitruantes*; Medicus tot *Cliffiformium liquorum variationibus*, jampridem (non tantum è Tartareorum, Sulphureorum, Salinorumque, miscella, verum etiam cum lapidum, Mineralium ac Metallorum, crudorum, vel prius solutorum aut amalgamatorum, vel adhuc in Mineris suis hærentium associatione) conquisitis neutiquam indiget; siquidem plerorumque inter se (quoad effectum) exigua, potior vero in capite mortuo floribusve simul ascendentibus (ni solubiles & intus tuti fuerint,) est differentia; ac quantum hinc quotannis (nisi *Solutionibus*, nonnulla tamen simul præcipitantibus, *vel extractionibus* quibusdam seorsim adhibere placeat,) internos in usus consumitur, sufficiente quantitate tum in Salis Tartari nitrosi, tum (jucundiore simul sapore odoreque) in Croci Metallorum Antimonique Diaphoretici confectione quasi gratis habetur; etiam per Retortam saltem, inferius perforatam, si tubulata, vel recentius (trirostre illud ingerentibus inferius patens) instrumentum defuerit, aut potius noluerimus.

Quod. vero *communem Nitri spiritum concernit.*

nit, profecto similiter potioribus usibus (loco Tantilli è solitario Nitro, vix citra vasis rupturam curiosius collecti, vel cliffiformiter Sulphurati sive heterogenei,) sufficiet, qui missa nunc *Arena*, *Argilla*, *Bolo* aliisque supprimenteribus vel invertentibus, cum *Aluminis crudi duplo* præterpropter habebatur; Vulgari de cætero (dum innoxium saltem vehiculum hinc mutuo sumitur, & caput mortuum Aluminosissimum restat,) nihilo inferior. Est autem huic fini Retorta pro destillatione longe aptior Operculato illo, (haut parum etiam inter circumstans plumbum eructante) recentioris cuiusdam instrumento. *Fortissimus* vero iste, qui phlegmate vel ab initio vel per tædiosas *Rectificationes*, (utробique non sine dispersione,) subtracto comparatur, quid Medicis hic usibus selectuque nostro, (nam de Metallicis nunc non loquimur,) speciatim conferat, non videmus; siquidem *Fumigantissimus* sic ægrius dispensatur, & nihilominus adsumenti diuendus est; uti jampridem etiam cum spir. *Vini* communi vel abstractio quodam, (imposito hinc *Pleuritici* vel *Anticolici Liquoris titulo*,) consuevere: si tamen uterque spiritus rectificator fuerit, quod post validissimas invicem excandescientium evaporationes surgit, residuo postmodum qualitercumque tandem reduniendum est; alias præter adversitatem stipticam, debilis in effectu Mixtura remanet.

*Tinctura Spiritui Nitri per Vegetabilia eorumve Extracta conciliata*, brevi plerumque disperit. Quæ vero ex ejus (cum *Alumine* destillatil) capite mortuo, seu potius ex hujus (aluminoso) Sale hinc Extracto, & ulterius calcinato, pro Diaphorisi paratur, equidem potius Diuretica, de cætero æque cquæ (specialia propter promissa,) ex *Olivo* cum spiritu

*Spiritu Nitri digesto, &c.* prolicitur, curiosioris intentionis est. Nec videmus, cur prior volatiliorque *Spiritus* seorsim hic servari debeat. Qui à *Croco Metallorum*, *Mercurio vitæ*, *Sulphure Antimonii*, &c. abstrahitur, ob volatilitatis istius dispersionem debilior tantum existit, & facilitioribus quorundam Dissolutionibus consultius denuo insumitur: qui verò à Bezoartico minerali communi; *Spiritum illum Nitri compositum* gratis præbet, ut cum *Sale com.* seorsim destillari haut mereatur; quemadmodum nec *aliae Aquæ Regiæ* (inter tot tædia ac pericula prolixiendæ,) dum extemporanea Salis, Nitri vel Ammoniaci in spiritu Nitri vel Aqua forti dissolutione, *simile Chrisulcæ* pro lubitu nunquam non habeantur. *Gradatorias*, *Pugillatorias*, & *ipsum Gehennæ ignem*, ceu vocant, Metallurgicis negotiis, (nostra hic blandioribus securius perficientes,) relinquamus; quemadmodum Aurifabrorum persuasionibus *Depurationem usitatam Aquæ fortis*; quam à vulgari Nitri spiritu parum in effectu differre, pridem alii notarunt; & licet de subtiliori Vitrioli spiritu, aut toties quæsto ejus Sulphure quidpiam participaret, hodieque tamen innoxiam, nec fixata per competentem ejus proportionem (loco spiritus Nitri,) Antimonialia, ulla-tenus deteriora ostendit experientia: ceu alias solo Vitrioli vel Sulphuris spiritu nonnullis ad Dia-phorisin tandem disponuntur. Atque hæc de Nitro: cuius nuperi productionis vel accidentariæ collectionis modi, uti haut paucos, (per Cinerum cum Aceto proprio insuccationes, fecum salinarum, deg Schloders cum Calce viva combinationes, fossas pro rejectaneis animatorum retrimenti, &c.) tentavimus, partim parum procedunt, partim operæ pretium profecto non rependuit.

Quod

Quod autem in ordine nunc *Sal culinare* (*in speciebus suis*) attinet, principio per factam in singulis experientiam liquido convincimur, revera severiorem atque frustraneum esse strictum istarum ad has vel illas formulas delectum; medicationique nostræ oppido intus & extus satisfacere, quod cuivis territorio parabilius existit, v. g. Interioribus hisce, (ceu dicitur,) *Fontanum vividius*, (sive de cætero siccum perstet, sive in deliquia vergat:) Confiniis autem alibi modo *Fossile* sive *Gemeum*, (quorundam, non omnium respectu, aliquanto quidem subtilius, eorundem tamen Productorum;) modo *Marinum*, Emporiis maritimis frequentius; ut propter (graviorein quidem, at haut adeò hinc fontano vel geimmeo, sub proportionata dosi præsentiorem) *Spiritum*, *aliave promissa*, seorsim afferri, vel e *Muriis hictædiose* recogniti profecto non mereatur. Ita similiter certum est, quod (*Destillationis* ceu frequentioris operationis respectu, (vulgaris illa, pro remissiori acredine quibusdam instituta *Purificatio* tantum curiosior, & exotericorum *Salium*, (uti nonnunquam permiscentur invicem,) infida separatrix; *per Raphani succum* (ab Asthmaticis fortè petita,) Liquatio nimis simplex; propter (nescio quos) sylvestres spiritus exoticasque fôrdes instituta *Fusio*,) inter quotidianos innoxiosque culinæ usus,) planè supervacanea, & subtiliorum simul partium deprædatrix sit; æque ac vulgatissima ista *Decrepitatio*, sale denuo si granuletur, nihilominus crepante.

Quot autem amplius ex hisce speciebus, per alias insuper ambages, variationes aut multiplicaciones passim prostant aut proponuntur Formulae atque remedia? unde tamen, si solus saltem *salis Spiritus* feligeretur, (ut ejusdem originis, & sufficien-

cientissimum in medicatione vel defectu , suc-  
daneum *Spiritum Vitrioli philosophicum*, taceamus;) diffusior etiam apparatus haberet , cui hoc in gene-  
re satis acquiesceret : & quidem similiter missis circa eum reliquis curiositatibus , diverticulis , fru-  
straneisque laboribus. Nam primò , quod destil-  
landi Spiritū istius *Additamenta* concernit , cur in  
defectu peccantes , tantillum ejus è *solitario sale*  
(raro citra vasis rupturam) petamus? dum *Muria*  
*spontē* (à nonnullorum Speciebus) è *carrhis*, *vel ipsis*  
*Salinarum* , (ubi propiores fuerint,) *Metis stillans*,  
ad quartas præterpropter exhalata, (siquidem omini-  
nò per se destillatus placuerit,) Spiritum subtilem  
& perquam elegantem è retorta per *Arenam* fun-  
dit. Aut cur nosmetipsos in *destillati pondere* , *pro-*  
*tractiori labore* , *intensiori ve ne quicquam pretio incon-*  
*sideratius defraudantes* , *Corallia vel Terram sigilla-*  
*tam* , (singularioris efficacij īpe;) aut saltem pro  
invento more , *Bolum* , *Argillam* , *Arenam* , *Lateres*  
(etiam prius alicubi pro muriæ imbibitione cande-  
factos,) aliave aliis quoque damnata invertentia,  
obruentia vel salinarum particularum ascensum,  
ob vehiculi defectum remorantia, pro salis incor-  
poratione addamus? dum per *Aluminis q. idem ca-*  
*put mortuum* , præsertim udo aliquandiu expositum,  
longè compendiosior ; per ipsum verò *Alumen* (in  
anaticâ vel dupla proportione adjectum,) propter  
vehiculi phlegmatici exuberantiam copiosior insu-  
per , & medicationibus , æquè ac mage necessariis  
Solutionibus sufficientissimus , innoxius de cæte-  
ro , & (Capitis mortui residui , seu integri , seu in  
Sal quoddam & Terram albissimam sequestrati , a-  
luminosam adstrictionem noscentibus,) incul-  
patus provenit : adeo ut insuper (præcipue in pri-  
vatas remediorum dispensationes,) *Fastigato illo*,  
(caro

(caro satis, nec uno nomine expertis incommodo, impuriorem præterea Spiritum plerunque eructante) *Furno*, alio quæsito hunc in finem Apparatu neutquam indigeamus.

*Tinctura per Papaveris erratici essentiam consimiliave conciliare*, solitario, quo dictis in dispensationibus aliquantum obnubatur, haud sane inconveniens est. At pro intentione quidem nostra necessitatem vel specialius emolumentum non videsmus, cur *Spiritus [sulphurei] volatilis particula à recens destillato* seorsim denuo abstrahi, vel aliis operosioribus quoque modis comparati; item, cur ipse *Spiritus integer*, ad tollendam flavedinem aut subtrahendum evectæ, (at innoxiae & parumper saltem adstringentis) terrestreitatis tantillum, repetita destillatione *Rectificari*, vel amplius, saepe non sine subtiliorum partium perditione, *concentrari*, aut, exercitii potius curiositatisve causa, super recens Sal abstrahendo, nonnihil *augmentari*, vel hermaphroditico capitis mortui aluminoſi Sale (calcinato,) aut (convenientius) Tartaro depurato ulterius *alterari debeat*. Ad externos usus, si solitarius, vel parabiliora adhuc solventia non sufficiunt, numquid facilius *sale proprio vel petræ*, extempore dissoluto acuatur? Et loco decantati illius [*cum Nitro*] *compositi*, gratuitos istos Liquores, qui à Bezoartico minerali communi, Sudorifero maximo Joviali, &c. abstrahuntur, (siquidem simplex proportionalis spiritus Salis Nitrique mixtura, ad interna nonnullis consueta, extus interdum haut fatisfacit,) adhiberi posse, paulo ante monuimus. Violentas autem *e lapide calaminari aliisve solutio-nibus Repetitiones* (quasi *concentratas*,) tædiosas *Ince-rationes*, &c. quidni circa Metallurgica nimis occupatis, & qualitercunque dulcem, (cum per Alcalia injecta

jecta pervertatur, per laboriosas salis, ante destillationem, solutiones parum mitigetur, simplici porro Digestione nihilo infelicius, quam negotiosis pro *Aqua illa Temperata* cohobiis, sub Spiritu Vini occultetur, per se denique sumptu haut sit ingratus,) curiosioribus ad certas nonnullibi Solutiones, (parabilioribus tamen vix adeo praesentiores,) hinc remittamus? *Spiritus Salis vitriolatus* quanti est? cum parum ab adjecto Vitriolo transfeat; & alius forsan istius loco Spiritum Vitrioli Philosophicum, ceu loco stiptici *e Sale cum limatura Martis destillati Liquoris*, consultius selectionem quandam Martis Tincturam, (dum gratioris istius Spiritus è Florum Ammoniaci Martialium residuo sale parati tanta tamen non est Martialitas,) in praxi sua adhiberet. *Spiritus Salis per Alcali Tartareum aut nitrosum communi modo seu medioeriter Fixatus*, supervacaneum hic praebet coagulum, sive sal ultra modum fixum, & acerrimo cuivis culinari compar; ut alibi cum ulterioribus horum productis notavimus.

*Flores* autem una surgentes commodissime Spiritui prolecto pro ejus fortificatione adjicientur. Ut enim in suo genere *Spiritus salis coagulatus* speciem haut rejiculam fstant, ejus tamen necessitatem in contractiori apparatu non videmus; & laborum minus prodigus forsan haut incongrue *ultimum & infimum Salis Ammoniaci*, (post sequestratos per sal Tartari Flores urinosos, *Sublimatum ejuscmodi coagulis substitueret*. Qui vero utrumvis horum amplius *Crystallisare conantur, aut Solaribus vel (Stringentissimis tunc) Martialibus saturant*; qui *Spiritum ipsum* (exigua lane participatione, difficilique dispensatione,) *super depuratum Tartarum aut Saccharum, vel (manifesta*

festa cum inversione) *super Silices*, aut (maxima*istius dispersione*, donec tandem aliqualis acor sentiatur,) *cum Alcali quodam vegetabili concentrare laborant*; vel post tædiosas Acetosorum Incerations, operoseque repetendas Sublimationes, &c. tædiosa quædam *Coagula*, *Gemmas vita*, &c. quærunt; laudabili quidem exercitio, sumptuosæque sæpe experimentationi, haut vero contractiori firmitiorique Praxi symboluin, (uti nostram nunc intentionem concernit,) conferre videntur.

*E Vitrio' o Spiritus*, & alia vulgatiora communiter huic classi inseruntur: sed enim cum Salis culinarii &c. produc*tis ut plurimum seigniora reperiantur*, paulo post inter Alterantia considerata, & relatu huc postmodum haut erunt difficultia.

*Sal Anotron*, *Allembrot*, ac cætera terrifica Nominæ, Metallurgis, *Vitri* (ceu vocant,) *cineres*, quoquo etiam modo hujuscemodi minutæ comparentur, Lurconibus ne frusta manducent, relinquamus. Qui non solum istud Alcohol, sed curiosas quoque (*per augmentatum Alcali*, aut *per Salis*, *Vitrioli*, *Nitrive Spiritum*. Vitræ, ex & cum Abieguo Pineoque ligno paratis instillatum,) comparatas *Solutiones atque Magisteria* nobiscum expertus est, talia haut exiget remedia.

Sic *Lapidem Nephriticum*, etiam selectiorem, plus vice simplici tentavimus; at frustra plerunque, vel circumstantiis effectus causam dubiam reddentibus: ut proin, si nihilominus habitioribus properiapo placeat, & integer quidpiam nonnullis præstet, inconsideratior tamen sit *Comminuti vel acidis Spiritibus corrosi* exhibitio. *Crystallum* alia postmodum in clafe ponemus, unde revocari huc poterit, si cui temperatiōribus Nephriticis interdum adjicienda placeat. Sed enim mediocres

diocres tantum ejus hic vires offendimus ; magis que adhuc *Silicu[m]*, & quæ in libellis inde paſſim proponuntur. Nam ut *per ſe*, & citra inutilem illam *Calcinationem*, (Dentifriciis forſan, loco vexatissimi, & tandem etiam *in lacte extincti Pumicis*, aptiorem,) præcipitans quoddam ſeu invertens ſtomachale nonnunquam præſtet ; ut quoque *solutio ejus ſaliſpiritu facta*, (acerba & ingratior,) *Liquoribus Nephriticis* per eundem ſpiritum ex omni pretiosiorum etiam Lapidum lithontripticorum genere vulgo paratis revera æquipolleat: exiguus tamen hic, etiam *selectoris & vel Metallici quid ſpondentis* deprehenditur effectus, ſive *in ſubſtantia detur*, ſive *dicto aliove acido liquore ſolutus*, aut plane in *ſalinum coagulum redactus*. Siquidem quod decantatissimus nuper *Silicu[m] ille Liquor, aut Tinctura*, (è Massa cum ſale Tartari per fusionem proveniente,) pro more extracta, & ad colorationem equidem reale quid ſic conferens, hoc in genere & certis circumſtantiiſ præſtant, inter Silicei tamen tantillum potius Salis Tartari eſt: indeque vulgaris etiam Tartari (quamvis accidentarii ruboris) Tinctura haut minus tunc efficax, ipſe vero Silicu[m] Liquor Mechanicis forſan aptior, leviffimus autem pulvis, qui *Cremoris titulo hinc elutriatur, & Magiſterium per ſpiratum Vitrioli*, (cum elegantis Tartari vitriolati proventu,) vel (è Solutionibus cum Spiritu Salis factis) *per Alcalia præcipitatum*, profecto deſes deprehenditur. Atque hinc ſemiaffinem iſtis *Ludum recentiorum foſſilem* haetenus per uſitata illa Acidia vel Alcalina ſolventia reiterato tentare nolui- mus; nihil aliis ſilicu[m] molliorumve adhuc Lapi- dum Solutionibus validius, dum Alcahestino re- cluſio deerat, inde ſuperioribus annis obtinentes. Nec inter tantum euporistorum lithontripticorum

proventum (etiam accidentarium,) referemus *huc Lyncis, Iudaicum, aut Spongia,* (gutturosis apud institores venalis, & *Pila marina* plerunque tum præsentioris,) *Lapidem*, consimilesve Massas, etiam inconsideratius *Ustulatas*, vel in *Salia, Liquores, aut Magisteria*, majoris adhuc (quæ tamen non est,) efficaciam vel singularitatis causa redactas. *Ceraunius* (rarus nec fidus semper,) in hydrope simul, ut & iætero nonnullis commendatus, item *Glossopetra*, similiter etiam inter *Stomachica, Antepileptica & Hydropica* relatæ, (sive revera fossiles, sive *Canis Carchariæ* dentes fuerint, curiosorum Museis cedant. Et si omnino quid superaddendum, consultius fortasse foret è *Calce viva*, tractantium manus æque ac ingenia adhuc dum, (in eo tamen similiter exæstuantium, nihilominus duplex illud recentiorum Sal haut possidentium numero,) exercente.

Esset autem forsitan, (si spiritui Salis Tartari associare placeret,) ille fumosus & polychrestus *Spiritus urinosus* (nec adeo tamen ingratus;) quem quidem per nos alii modo *cum Armoniaco, Cornu Cervi, Tartaro &c. sub Antipodagrici quoque titulo* quærant; Compositum, additamententisque potius vires suas debentem liquorem, (quem extempora-nea in luper mixtura imiteris) naëti; modo vero per tædiosissimas *spiritus vini alcalisati incerationes* exercitatis quoque inter bifidos tubulos nihilominus sæpe semiphlegmaticum quid proferentes, aut *per peculiares Serpentinas*, intus hamulis seu retinaculis quibusdam phlegmatis ascensum impedientes, aliterve colligant. Nos *Spiritum Salis* etiam venalem tantum, aut *Spiritum vitrioli philosophicum* (cum Aceto destillato non procedit,) anatomico pondere *Calci vivæ* recentissimæ (in cucurbita

bita in Arena calida locata) superfundendas, per Alembicum de subito applicatum, subtilem & copiosum Spiritum magno sic laborum compendio nanciscimur; Capite mortuo (post elutriationem & maslæ Salinæ cum vini spiritu extractionem,) *Liquorem istum Nephriticum decantatum,* (at effe-  
 ctu revera saltem mediocrem) quem alii data ope-  
 ra è *Spiritus Salis & Calcis viva seorsim facto coagu-*  
*lo, vel Spiritus Salis Armoniacum Calce parati Ca-*  
*pite mortuo petunt, (si placuerit,) suppeditante.* Sin  
 vero nimia videatur Spiritus hujus insumptio, exiguarum impensarum modum haut ita pridem aliud agendo invenimus: si scilicet Calcis vivæ re-  
 centissimæ contulæque ana, (vel etiam minus,) *cum Alumine* de subito misceatur, & per retortam  
 aut cucurbitam aut in arena destilletur; quo spiri-  
 tus sat penetrans & urinosus provenit; Aciditate  
 aluminoſa terream calcis partem interim adorien-  
 te vel amplexante. Quæ vero præterea è Viva Cal-  
 ce supersunt, Matresfamilias vel domi, quando  
 necessum fuerit, parant; at profecto (ut alterius  
 quidem classis euporistorum præstantiam ingenue  
 hic fateamur,) quam plurimis Officinaruin ac  
 Tonorum oleis Unguentisque refrigerantibus,  
 resolventibus, item de Calce viva &c. Miscellis ni-  
 hilominus præsentiora: ceu v. g. polychrestum &  
 volatili falsedine (citra corpulentioris acredinis  
 post exhalationem vestigia,) prægnantissimum est  
*Lixivium; siue per se, siue cum Oleo communi vel An-*  
*odynō quodam in Linimentum concutum applic-*  
 tar. Item *Cremor calcis viva*, ad dyse uotica &c.  
 nunquam non collectu facilis. Ita lecurius & effi-  
 cacious usque dum non invenimus *Cauterium*,  
 quam quod eadem prosapia e *Lixivio saponario* (citra opiatorum, Saturninorum, &c. ac-  
 L 2 atio-

ationem plerumque magis retardantium accessum) simplicissime confit, & à liquatione caute præservatur: siquidem *recens Fraxini cinis* non cūjusvis loci ac temporis; *Spiritus Vitrioli concentratus* tædiosior, & æque ac *Antimonii Butyrum* inæqualis interdum extensionis; magis autem adhuc *Mercurius sublimatus* turbulentus est, præsertim in Cacheecticis: quemadmodum & Globuli in istius Solutione macerati: ut diversa hinc (sæpe promissis vix adeo stantia) *composita* data opera prætereamus: nam recensita hactenus nec directe hujus classis, nec præter dictum simplicissimum Cauterium, selectus nostri sunt.

Quo itaque residua *Compositi generis Diuretica ac Lithontriptica* similiter nunc perlustremus, & facta tantæ coacervationis collatione, unum hinc alterumve pro instituti nostri ratione feligamus; sane qui principio nobiscum advertit, quod (uti ab initio quoque ex parte monuimus,) in Nephritidem revera vel ex persuasione proni, commendatissimorum quoque continuatione nimia, malum potius accelerent vel intendant; aut propulso reside postmodum granulo, vesicæ calculum sibi non nunquam procurent: quod porro Dulech hoc, ceu alias extra Sphæram aëtitatis medicamentorum admodum positum si quasi siliceum fuerit, Pharmaciæ non obtemperet, & arenosa saltem, præsertim hypochondriacorum conglomeratio incidentibus Salinis aliisve specificis interdum cedat: quod denique Renuin Calculus neutinquam diffusos apparatus & formularum variaciones exigat; sed paucissimis appropriatis, eoque cum aëtitate quadam pertingentibus æque felicitter aut felicius, si per naturam potest, propellatur; quod in continua illa nausea vel complicatis

ties plerunque vomitibus diffusæ potiones, magmatum boli, ingratioris molis saporisve pulveres &c. hic perquam inconvenientes. Clysteres (ut ut evacuando levare vel demulcere dicantur,) nisi in rarissimis circumstantiis, de cætero revera supervacanei, Laxativa adhuc majores turc turbatores, Topica vero operosiora (dum externus calor & illinentis frictio potissimum hic peragit,) plane frustranea sint; quod demum temperata & simul præcipitantia Diuretica, anodynus (ni contumax Ischuria attentionem quandam circa talia exigat;) & antispasmodicis exaltata, præ aliis ut plurimum præsentiora in ejusmodi turbis & ureterum crispaturis reperiantur; salina vero, (acida vel pro circumstantiarum ratione, alcalina,) consultius tunc istis tantum succenturientur: qui inquam hæc & similia pro comptieri compendiosiorique praxi considerat, quantum primo quidem *Pulveres*, jampridem magno numero in Dispensatoriis, (at plerunque sine Gratiis concinniori compositione) propositos, aut recens hinc inde (sub nuda tantum variatione) super additos, concernit; si supralaudatorum Oculorum Cancri v. g. scrupulum unum vel drachmam semis, cum pulveris Anodyni nostri granis octo præterpropter semel aut bis dederis; vel (complacente forsan præ extemporanea dosi, actuali Compositi affermatione,) sub parili proportione reposuerit; in er Spiritus Salis aut Tincturæ Tartarisati, vel consimilium supra memoratorum debitum consideratumque accessum, facile præstabit, quod *Lithontriton*, *Ducis*, *Justinique Species*, ac tot antiqui recentesque contra Calculum Pulveres, etiam *Cantharidibus* diversisque *Cineribus*, *Nephriticis apide &c. stipati* curative pollicentur. Ut Tar-

tarum, Nitrum, Alcalia diuretica &c. per se vel cum Cancrinis, aut (infra ponendo, sed molem haut parum augente) Succino, varie pro lubitu miscenda, & extra paroxysmum, (inter alia euporista) nonnunquam (si è re esse videantur,) danda hic non repetamus.

Sic cum lapidiores è Diureticis pulveres, Essentiæ, Tincturæ, Extracta, &c. Conservæ cuidam vel Rob doméstico nunquam non (in competente tamen proportione ac conspiratione,) involvi (siquidem omnino bolari consistentia expeterentur,) queant; non deprehendimus, cur tot (ut plurimum inconsideratius composita) *Diuretica* & *Lithontripica Electuaria*, (speciosioresque licet) *Marmelada* præstare debeant. Sane hoc remedii genus in universum hiscè affectibus videtur inconvenientius. Nec *Sirupos* (olim inconsulto coacer-vatos, sæpeque è culinariis solummodo confectionos,) v.g. *de Duabus*, & *de quinque Radicibus*, aut (parva hinc differentia *Acetosum compositum*, *de Raphano F. Oxymel compositum*, vel quod in specie (ob Raphanum forte, qui tamen ad uncias estur, & ob Asparagi Ruscique baccas,) *Diureticum* dicitur, aut *Oxy saccharum compositum* alias nunc vilescentes, vel (pridem satis excussum) *Sirupum Nephroca-tharticum*, secundum usitata Dispensatoria requiri, aut operosiores talium *Correctiones*, vel novas *Sirupi Acetosi compositi*, & *Oxymellis compositi*, item *Siruporum Nephriticorum Formulas*, etiam cum *Aceto destillato* ex aliquot vegetabilium, (si recentia siccentur,) Manipulis, Raphano, ingratiōribus cæpis, &c. aliterque paratas alternando superad-det, qui saccharum hic haut adeo conveniens, aut saltem supervacaneum esse, vel si omnino dulcor in quibusdam exigeretur, *Saccharo seorsim Sirupisato*

pisato Essentias, Extracta, Nitrum, Spiritus, similesque Liquores mage polychrestos & concentratos facillime dilui seu temperari posse, sub contraria Praxi novit.

Et cum prædicta *Liquida*, (quodvis in suo genere & destinatione,) tam per se, quam sub competenti mixtura, tot (superioribus annis ut plurimum inconsideratius coagimentata, aut supervacue saltem usque dum multiplicata) *Elixiria Nephritica*, *liquores Nephriticos*, *Lithontripticos*, contra *Calculum*, contra *Arenulas*, *Essentias Nephriticas*, *Mixturas Diureticas*, &c. partim longe superent, partim evidenter æquent, non videmus, cur talia quoque seorsim reponi mereantur; præsertim cum horum quædam extemporanæ imitationis sint; multa ob ingredientium parcitatem aut languorem, (ni assignata dosis admodum multiplicetur,) aperte debilia; alia propter graveolentium aut fumosorum accessum, nauseabunda & (præcipue, quibus tamen una commendantur, *hypochondriacis*) perquam adversa; alia ob fossilium, testaceorum, ostracodermorum &c. manifestam inversionem vel saturationem justo remissiora: ceu paulo ante quoque de Liquoribus istis acerbis, (*Nephriticorum titulo*,) è fossilibus, vel animalium lapidibus aut testis cum spiritu talis diversimode paratis, atque gratis nonnunquam inter alios labores provenientibus notavimus? Et qui *Philosophorum Aroma* cum antiquioribus olim etiam in Sale culinario quærerit; forsitan *Arophsum* similiter hinc expectaret: præsertim cum simplex istius Spiritus, in & extra paroxysmum, quam plurimis (secretioribus quoque) Compositionibus præstantior sit; & hinc occultationis causa *Essentia Papaveris erratici*, &c. coloratus, aliterve

medicatus, *Tincturarum singulariorum* titulo haut paucis dispensetur; æque ac alibi tantillo Salis Tartari infractus ac Torna Solis coloratus, &c. pro speciali *Tinctura Aperitiva* venisse, aliis autem è Nitri, Vitrioli, Salis, Tartari &c. consortio (ceu mixturæ variabiles sunt) destillata & colorata fuisse videbatur. Famosa nuper illa *Nephritica*, ex Antimonii, Sulphuris, Nitri ac Tartari consortio pro more parata, nec nova est nec supra positis Alcalinis Tartareis &c. evidenter superior : gratuito de cætero post consimiles istorum detonationes habenda. *Lixivia Diuretica*, *Tartarisata* &c. solutis tantum ejus generis Salibus, (quid enim aliud sunt?) quandocunque lubet, ex tempore confiunt, aut Matri familias ex euporistis æquipollentibus parantur. Quemadmodum & reliquæ Diureticorum Formulæ, variationis, emendationisve causa pasim Pharmacopoliis propositæ, extemporaneæ potius mixturæ vel imitationis sunt. Atque hæc de tertia sensibiliter evacuantium Classe.

## Aperientia, Incidentia, Detergentia, Splenetica, Hepatica, Uterina, Pectoralia, &c.

**F**Ortaffis autem haut præter rem fecerimus, si Isti reliqua nunc Aperientia, Detergentia, Incidentia, &c. ob affinitatem materiæ, subjunxerimus: & primo quidem, (quando sic vocare licebit) *Hypocondriaca* & *Antiscorbutica*. Nam operæ pretia profecto mereretur, qui quod Affectionem ipsum attinet, quævis ejus mala vel symptomata secundum loca sua affecta paulo penitus atque distin-

distinctius digereret; quo medicamenta singulis accuratius accommodarentur, nec generalissimo saltet vocabulo, ac cura plerumque vix dissimili quicquid incommodi à pube fere usque ad præcordia extenditur, vulgatissima consuetudine comprehendenderemus; aut v. g. Spleni, (non quidem semper adeo, secundum nupera quorundam placita insonti,) indifferenter tamen imputaremus, quod ut plurimum intestinum vicinum patitur; atque similiter sic de reliquis. Quod autem Remedia, si unquam alicubi, sane hic (pro nutricula sc. nostra) usque dum coacervata variegataque concernit, quisquis Mineralium Tincturarum, Vitriolorumque, aliterve præparatorum præstantiam, interpositorum Crustaceorum &c. Marinorum absorbentium seu invertentium Pulverum energiam, præterea Volatiliorum Liquorum, Amaricantium, Tarareorum &c. in quamplurimis circumstantiis longe majorem præcellentiam præ vulgatis (& olim hic profecto in abusum versis) Spiritibus acidis fixis vitriolicis, (simplicibus vel compositis, aut in Elixiria redactis) nobiscum observavit: qui porro tamen volatiles istos, præsertim ardentes Spiritus magna nihilominus circumspectione, præprimis in interaneorum exæstuantibus, debilitate capitis, &c. indigere; & simul plurimarum Traditionum de plerisque Digestivis vanitatem hodie, adeoque tot inconvenientissimorum Apozematum, Siruporum magistralium, Electuariorum &c. tædia, noxas aut insufficientiam expertus est, qui que tandem in accuratiorem effectus Specificorum rationem ulterioraque experimenta amplius inquirit, is oppido, (quantum primo quidem ad Vegetabilia,) paucissima hujus generis in tanta eorum inter se convenientia, imbecillitate, adver-

sitate &c.) præsertim pro contractiori sylloge re-  
quiret:

Ponamus tamen vel variationis gratia, & ne  
hæretici forte videamur, principio *Cochleariam*, &  
quidem (dum *Siccata*, *cum omnibus suis affinibus*  
*Spleneticis*, utut passim in medicos usus longo or-  
dine repositis, evanida est) *recentem*; *Nasturcina*  
quidem & similia pro substitutis oppido ferentem;  
facile tamen, (dummodo eadem, quæ fugaci cui-  
dam Flori impenderetur cura,) Germanis nostris  
passim excolendam; ut inde *Abstractius* (*Fermen-*  
*tatitio* cautoribus merito nunc neglecto) confiat  
*Spiritus* volatili herbae sale probe satur; quo seu  
per se (cum supradieta tamen circumspecctione)  
datus competentibus Extractis (potius, quam ipfis  
*Simplicibus*, non sine multa ejus dispersione infu-  
sis) in *Essentiam antihypochondriacam* compendiose  
exaltatus, vulgari *Cochlearia Essentia* (*simplici*,  
vel è reliquis quoque Antiscorbuticis, & acidis,  
at invertentibus sic spiritibus pro more *Composita*)  
adsuetis longe erit commodior: *Liquore recentiori*  
*Hepatico ac spleneticō*, cum abstractiva olei Tartari  
Aqua &c. (dum spiritus salis Tartari quidpiam  
addi posset) effectu par, jucundior ac durabilior:  
*Sirupo quovis*, *sive simplici Ejus*, *sive composito*  
(*Antiscorbutico*, *Sceletyrbicove*) *communi*, vel pro  
servanda volatilitatis parte,) *Sorrecto*, aut non  
neinini ulterius (unde & cur quæso?) *baccis Rubi*  
*Norwagici* medicato, hoc in genere præsentior:  
siquidem facilis est Alterantium (Extractorum vel  
*Essentiarum* vegetiorum,) ac Edulcorantium  
(modo innoxia hic forent,) additio: & terre-  
striorem hujusmodi plantarum spleneticarum  
partem, æque ac *Cochleariae Extractum*, & *in-*  
*spissatum Nasturtii aq. ac Bocabungæ succum* alias  
an-

languere constat: ut proin alterutricus inconvenientiae (& tot extractorum vel Essentiarum potiores suas vires adhuc servantium) respectu, nec Sirupos Aperitivos *spleneticos hepaticosque* diversimode è prædictis volatilioribus & fixioribus (sed ut plurimum ingratiioribus) vegetabilibus, aliquando oculorum cancri cum vino solutionibus &c. usquedum, in ea seculi solertia superadditos hic requiramus. Sique quis potiora Tartarea, Martialia, Antimonialia, Armoniacalia, Præcipitantia, aliaque paulo ante laudata debite interposuerit, profecto ne famosissimo quidem *Cochleariae Succo*, alias citra volatilioris substantiae mutilationem (ceu nares residuumque magma probre testantur,) haut exprimendo, & in se ingratiori, (uti affinium quoque plantarum sunt omnes,) pro comptiori vel contractiori praxi adeo indigebit. Quemadmodum nec languentibus, aut (inter acceptiora domestica vehicula adversis horum *Aq:is destillatis: sive Simplicibus*) v.g. *Nasturtii utriusque, Chelidonii minoris, Anagallidis: aquat. Vermicularis, &c. sive Compositis hujus vel illius Antiscorbuticis*, partim inconsiderate ex inconvenientioribus coagmentatis; partim è supervacue prius expressis succis prole&ctis; aut operosius saltem è simplicibus seorsim primo destillatis, denuo confectis; vel *Raphani rustici gravedine*, aliisque sub destillatione ingratiioribus, (quo etiam *Nasturtium aq. pertinet,) nequaquam aggravatis.* Unde nec dicti *Nasturtii aqua quasi semifætentem, aut debiliorem Betabungæ Spiritum* huc referemus. Quoad ipsa vero simplicia, *Nasturtium utrumlibet, Chelidonium minus, & esculentum Dracunculum* Aetariis; *Raphanum rusticum* inter condimenta; *semen sinapi* (*Erucae* hoc in genere par, *Thlaspi semine viridius,*) *Mustardis*, aut dum *oleum inde expressum*

inter æquivalentia vel penetrantiora passim est infrequentius,) rubefacientium domesticorum societati; *Trifolium fibrinum* hic locorum rarius, septentrionalioribus; *Becabungam* & (alias inusitatus *Sedum minus* fomentis forte;) Conservam *cochlearia recentem* quidem (si dum placuerit) extemporaneis, de cætero potius Exteris; *Semen ejus* (dum *Nasturcium* pro Trageis, si expeterentur, parabilius ac pollutius est) hortulanis, *Oleum destillatum* aut inde cum Spiritu proprio (rectificationi) paratam *Essenziam*, vel etiam *Elaeosaccharum* (nonnullis nativo, vel potius *Triticei germinis succo tinctum*,) curiosorum Myrotheciis, *Chamæ rubi Norwagiæ succum* (iis, qui omnia specifica coacervare solent, hic quoque in formulas suas tractum,) incolis istis securè relinquemus. Atque hæc de Cochlearia & ejus affinibus, salina præcipue volatilitate pollentioribus.

Quod autem residua concernit, certe, qui reales præscriptorum remediorum operationes hac tempestate paulo accuratius attendet, facile observabit, pleraque horum, quæ ad Laetorum, Choliodochorum, Pancreaticorum &c. conductuum reserationes & deoppositiones per aliquot seculorum decursum operose commendantur, languere nunc, aut ob ingratiorem saporem molemve, vel nimis saccharatorum noxam comptiori contractiorive praxi esse inconvenientiora. Et licet primo semiculinaria hodie *Scorzonera* huic, quam superiori hydroticorum Classi aptior videri, & hinc (utpote haut ingrata,) non solum ipsius *Cichorii* (*tam hortensis*, quam præsentioris *Arvensis*) Radici, (alias ob parabilitatem quoque non aspernendæ,) imagisque adhuc *Foliis supervacaneis*, ac (quantum huc spectant, *Floribus*, verum insuper etiam reliquis

*Intybacis, Endiviae scilicet* (tam vili passim *Lactuca;*) *Scoriolæ, Taraxacis ac Herbæ costæ* (quæ similiter *Radicis, Folia vel Semen* officinali strui pro more conferunt,) surrogari præsertim pro infusis, posset: ea ipsa tanen (in mucilaginositate sua) hic quoque est remissior: Et si quispiam, pro diffusiori faltem apparatu, tantum *minorem* vulgatissimamque (dum *Hortensis* non datur copia) *Bellidem*, aut ubi suppeditat, ejus loco *Trifolii nobilis* (missò parco *flore*) *folia* selegerit, exiguo minutiarum neglectu procul dubio habebit, quod hoc quidem in genere (in aliorum præsentiorum *Essentiarum, Tincturarum, Spirituum &c.* proventu, non solum è paulo ante dictis, sed insuper etiam ex *Hepatica pratensi alba*, (alias adhuc fere rariori) è *Fontana*, (à pulmonario *Musco* parum differente,) nauseabunda pene *Matri sylva*, *Fragaria* aliisque pridem derisa *Graminis radice*, *Eupatorio* porro, seu *vulgaris*; seu (quamvis commendationi) *Cannabino* sperari poterit. Non quidem ut per se addatur formulis; sed quo *Extractum* (aliquanto saccharatum,) inde confiat, inter paulo ante laudatorum Liquorum accessum, tum adversi *Cichorii ac Matri sylva*, tum quoque *Taraxaci Eupatoriique* cuiusvis *Extracti*, item antiquiorum, empyreumate haut raro contaminatorum *Succorum Eupatorii, Endiviae &c. officinalium* locum facile supplens. Cumque porro talium Acidulatio per longe gratiores Fructuum *Essentias*, aut pro re nata, per *Spiritus minerales acidulos* sit perquam facilis, æque ac (si referret,) *Tartari* ipsius associatio; ne *Acetosæ* quidem hic, minusque adhuc *Acetosellæ* (infrequentioris) urgentem necessitatem cernimus: sive tædiosos hujus *Flosculos*, sive *utriusque*, item *Hispanicæ quoque Folia*, vel istius (*Decoctis* olim adeo vindicatam (*Radicem, semistiti-*

pticumve *Semen*, aut ipsum demum tartareum *Acetosa Extractum, simplex, vel nonnullis Compositum Tamarindinatum* (extemporaneæ si opus foret, imitationis,) aut effætum *Officinarum Succum intuemur*. Ita, cum prædictorum Simplicium *Aqua & simplices* propriæ energiæ plerumque parum saltem ostendant, adeoque potius vehiculum qualemque præstent; idem vero tum in domesticis Liquoribus, tum (si nonnullibi haut adeo quadrent,) tantum in longe sapidiori *florum Acacia consimilive polychresta Aqua*, (ut ipsam Simplicem crudam aut destillatam quibusdam usualem prætereamus,) inveniatur: quæ proin necessitas, *Endivia insuper ac Scariola, Taraxaci, Gramminisque Phlegmata, vel Agrimonie, Bellidis, Matrisylvæ, Eupatorii vulgaris aut Cannabini, Epatica fontana, Pratensis, ipsiusque nobilis Aquas* exigit? Sane (ni quis data opera forte, speciosiorum alterutra abundare velit.) nec *Cichoraceæ* et toto herbidiori (dum è *Floribus solis* destillata fere curiosior *Ophthalmica* è prævio frustraneoque istorum in vitro clauso, liquamine haut tanti momenti est, (nec *Acetosa* (dum *Acetosella* non ubivis locorum provenit seorsim opus habet. Multo minus autem (hodieque restitabitibus ex antiquario isto medicandi genere) quibusunque *Sirupis de Cichorio simplici, Vulgari, vel nuper per Radicum infusionem saturatiōri, aut inconsultius adhuc superiori seculo Composito, de Acetosa, de Acetosella, Byzantino simplici, aut per vana additamenta Composito,* (inconsideratiorique hujus interpolatione constante (*Acetosa Diarhodon, Adianthino, de Endivia, &c.* liberalissime hic pridem coacervatis operosiusque haec tenus, dum non merentur, à solerteribus *correctis*: siquidem in rei veritate raro, hinc spectabilis quedam hac tempestate observatur cūratio:

& numquid facilius edulcoratur, quam Extracta, Essentiæ, Tincturæ, Spiritus, consimilesque Mixturæ competentes! modo Saccharum (ceu supra jam notavimus, & accuratiore tum ejusmodi remediorum, tum ipsarum Regionum, circa Saccharata excedentium observationes abunde testantur; lactibus non plus damni, quam palato delectationis afferret. Exhaustum, vel si liquorem post macerationem reddimus, in gratum *Cichorii Gonditum*, cum *Confectione* potatoribus hepaticis. *Florum ac Radicum*, quemadmodum *Agrimonia* quoque, & licet acceptioris *Acetosa vulgaris* aut *peltata* &c. *Conserve* (inter tot contractiora vel acceptiora mineralia ac vegetabilia vitriolica, aliave aperientia, negotiosiorum muliercularum repositoriis aptiora sunt, quam compendiosiori nunc Praxi. *Acetosa, Acetosella, Pampinorum* &c. *Tartarum* curiosiores seorsim parent; & qui infrigidans ac roborans Hepaticum alicubi putant, *Endivia, Cichorii* & *Acetosa Sal.* Nos nil tale inibi invenientes, misso quoque *Eupatorii vulgaris* ac *Cannabini Alcali* vel soli Nitro Vitriolato secure acquiescere possumus.

De cætero paulo post in alia classe ponemus polychrestam *Scabiosam vulgarem*; item unam alteramve e *Vulnerariis*, egregie simul in resolvendo & detergendo semet gerentibus: his si cui *Veronicam*, (herbidam tamen nimis, adeoque in dosi tum & per additamenta modificandam) superaddere placuerit; habebit hinc, præcipue sub *Extractorum* forma, quod illic quidem *Succisa insuper* & *lacea* hic vero *Chamadris quavis* (quamvis *Famina Veronicae* haut inconsulto expertis substituatur,) *Tenuarium* alias rarius, & infida podagrericis *Chamapitys* per se vel per supervacanea (superiorum respectu) *Extracta, Conservas* maximam partem adversas,

lan-

languidioresque vel ingratiores *Aquas* (unde nec *Veronica* (speciosam licet nec suo modo inefficacem huc adeo trahimus) vulgo pollicentur. Quibus si bonum aliquod *Proprietatis Elixir* paulo post diffusius excutiendum superaddimus, næ commode deinceps carebimus tum (quæ huc quoque refertur) *Aquilegia herba*, *Floribus & Aqua*; tum *Abrotoni summitatibus*, pro *Gynecæis* imberbique grege, (dum *aqua oleumque destill.* alias neglecti usus sunt,) ex hortis vicinis in fomenta aut *Olei tunc infusi litum*, (plerumque tamen frustraneum,) facile conquirendis; item *utrovvis & totiens disputato Rhapontico & ejus Extracto supervacaneo* (dum Myrrha Galbanumque suppetit, *Bdellio*, odonticis ac suffitibus aptiori *Lacca* & ingratis *ejus*, ac *Diancurcumæ dictis speciebus*: imo ipso, quamvis alias non contemnendo) *Agerato*, cum succo illius vulgariter condensato, *Extracto*, & (ob quinque herbæ drachmas inde sic vocato) *Sirupo*, inconcinnioribusque adhuc *Trochiscis*, ac eorum quid enim aliud fere sunt?) interpolationibus, v.g. *De Lacca*, *de Absinthio*, *de Rhabarbaro*, *de Aniso*, *de Croco*, similibusque supervacaneis *Pastillis*.

*Centaurium minus*, ubi per accidens oblatum est, Absinthiaco *Extracto* associare consuevimus. De cætero vero necessitatem non videmus, cur hoc quoque, (alias fere rarius,) seorsim requiratur; per se vel pro solitario *Extracto*; multo minus pro *aqua simplici*, per quam jucundo *Syrupo*, Saleque fixo. Imo nec commendatori adhuc peradverso tamen *Chelidonio majori*, (excepta saltem ejus *aqua*, verno tempore citra alias ambages destillata, & Ophthalmicis præ compositissimi sæpe Liquoribus diffusiores in apparatus aptiori,) opus sic habemus, quo seu *infissatus* vulgo (inter tot detergentia)

tia) *Succus*, seu *Extractum*, aut *Alcali* (quamvis inter congenera forte speciosius, dum tamen vel Arca num duplicatum hic satisfacit,) inde confiat: minusque adhuc istius conformi, ac Indis hodie que usitatissima *Curcuma*, *Essentiave ejus* cum sale quodam fixo, (ad imitationem *Tincturæ* seu sanguinis Rhabarbari) quandoque præparata.

Sique demum è residuis *Spleneticis* (solidi tamen quidpiam per se raro hic præstantibus,) vel superpondii loco *e Fumaria* (*civis Epithymo* ac *Cuscute* hoc in passu pari, ni superiori,) adjecerit quispiam supra notatum *Extractum*, aliis simul usibus, (ceu *Aqua simplex*, milia ineptiori *Composita*, Cardubenedictinæ loco esse posset,) dellinandam; adversam interea *Conservam*, *Syrupum simplicem*, *inspissatum Offic. Succum*, antiquariumque *Decoctum* exæquans aut superans: iniquius profecto cum paulo ante laudatis *Essentiis*, *Spiritibus*, *Tincturis* &c. vegetabilibus ac Mineralibus egerit, si ulterius hinc requisiverit, seu *Filicem* (jampridem variæ adversitatis accusatam,) *Marem*, pro frustraneo *Extracto*, vel tonsorem alicubi (ad perusta) *Mucilaginez* aut agyrtarum, (interna venularum, J. C. expri mentium signatura plebeculam fascinantum,) *Fœminam*: seu (undecunque, *Quernum* tamen) *Poly podium in Infusis* & *Extracto* nauseabundam: seu porro pro tantillo *Salis*, aut supervacuo *Extracto*, *Tamarisci Capparumve corticem*; dum consimilia vel trita passim, si opus foret, promeret; ipsi vero *Capparum Fructus*, (utut aliquibus ad formulas tracti,) per macerationem istam fere nil nisi condimentum, *Oleum* inde *vulgarius*, si quis deliniri adeo gestiat, parabilioribus resolventibus hautquaquam præsentius, certe *Hyoscyamino*, *verbascino*, &c. (ut Fomenta aelu calida, & applicatos Spiritus ar den-

dentes taceamus,) longe posterius, *recentius Substitutum*, (salis & gumini Ammoniaci quoque particula sociatum,) accessoriorum potius (in leviculo talium effectu) productum; *Trochisci ac Pulveres diaeapparum ejusdem cum superioribus Hepaticis notæ adversitatis sint. Scolopendrium vulgare*, (Vero cum *Lonchitide*, alias rariori,) pro cerevisia alteranda institores sibi habeant: in medicationes evidentes, cum *Aqua* (licet non adversa,) *Extractoque* suo profecto speciale quid non infert; uti nec ipse *Fraxinus*; quo seu *Cortice*, ejusve *Extracto*, seu supervacaneè destillato *Ligni* (patrum familias, citra omnem collectionis superstitionem nihilominus Vulnerarii, ridicule vero in pocula pro Spleneticis tornati,) *Spiritu aido*, collectoque simul fætentis istius, aut parcissimo urentis (inter tot Irritantia ac Diuretica) *Seminis Oleo*, vel *Sale Fraxini Fumariaeque fixo*, (dum æquivalentia copiosius, *Semen vero Fraxini*, incoercibile fere *Sal volatile* præbet,) citra Eupraxiæ detrimentum deinceps carere; vel *Lapulum* cerevisiæ coctoribus, aut anicularum sacculis, *Turiones mensis*, *Aquam*, *Sirupum simplicem*, aut (cum fumaria,) *Compositum*, æque ac inconsideratum illum *Magistralem aperitivum Off.* & (inter tot commodiora,) de *Scolopendrio quemvis*, etiam *Correctum*, *aliosque Hepaticorum*, *Spleneticorum*, *Hypochondriacorum*, *Hydragogorum*, &c. titulos habetens (haut raro è si simplicibus extractionem vel coctionem non admittentibus, aut è nauseabundis Irinis Sambucinis, Ebulinis, Absinthiacis, &c.) à diversis diversimode superadditos, supervacanciorum classi nunc relinquere nequeamus.

Sic *Aqua* (superiori seculo plerumque inconsideratus) *Compositæ*, *Hepaticæ*, *Spleneticæ*, *calidæ*, *frigidæ*, (imò plane) *Hydropicæ*, &c. quantæ quantæ

tæ sunt, in rei veritate intensiorique Affectu pene nil nisi nomina sunt tenerorum (ubi quædam gratiores extiterint) spei, ac mediocri saltem alterationi potius, quam restitutioni nata. Atque idem in recentioribus quoque, *Polykhrestis Aperitivis &c.* observamus: siquidem Ingredientia pleraque, per se languidiores Aquas fundentia, Vegetiores sub sua coacervatione haut præbent: sique (pro more) Alia his tantum diluuntur, idem simplicissima quadam destillata, vel domestico quoque acceptiori vehiculo tunc præstiterimus. De *Antiscorbuticis* in specie paulo ante diximus: nec si *Cochleariae*, *Absinthi*: que *Spiritus* suppetit, cur residui, v. g. *Centaurii minoris* pro fermentatitio pierumque rarioris, in abstractitio debilioris;) incompetentium plane *Capparum*, consimilesque, nihilo singulaires *Spiritus* seorsim exigantur, deprehendimus. *Essentias off. liquidas Cuscute, Fumariæ, Agrimonie, Chamedrios, Chamæpityos, Scolopendrii, Centaurii minoris, &c. vulgares*, aut (aliorum more) è succulentiorum Plantarum *Succo expresso*, & cum quarta Spiritus ardantis (communis vel abstractitii cuiusdam) parte digesto paratas, Spiritus Cochleariae Extractis Competentibus supradicto modo essentificatus, *Essentia Absinthii composita*, Extractum aliquot aperitivum ex tempore dilutum, Tincturæ insuper minerales, &c. longe superant. *Infusa Antiscorbutica* patresfamilias septentrionaliores sibi domi parare norunt: *Reliqua* ut & *Decoccta* hic passim in Dispensatoriis commendata, quotus hodie ad curæ (si sperari hinc, sine novis stomachi incommodis poterit,) complementum usque bibit? aut si emptorem inveniant, num quid facilius, (at utinam è paucis saltem aliquot convenientioribus solertiorum nunc monitu moreque) paratur? ne hodieque in tot

*Decoctis Aperitivis majoribus, minoribus, Fumariæ, &c. officinalibus, aut amplius quandoque superad ditis Antihypochondriacis, Aperitivis, Hepaticis, Spleneticis, Antiscorbuticis, &c. inveniatur supervacanea ingredientium coacervatio, ad extrahendum, (dum solidiora mucilaginosis obruantur, macerationibus exhausta jam recipiuntur, &c.) in habilitas, volatiliorum particularum dispersio, aut nauseabunda, (tantum non omnibus communis,) adversitas; præsertim si eleganti illo *Lactis caprini sero, Gallinaceorum vajure* mergantur.*

Ita quis hodie *Electuaria Aperitiva vel Confectio nes Hepaticas, Spleneticas, Antiscorbuticas, &c.* maximam partem è vegetabilibus mole saporeque per quam adversis, & saccharo onustis, in ejusce modi chronicò malo citra nauseam, & frequentissimam expectationis frustrationem continuat? aut quis talia, (ceu in curæ declinatione, sub confor tationis titulo, nonnullis pro complemento quasi sunt usualia,) dilutis vel cum Rosarum Conserva, acceptiorioribus Extractis, Essentiis, Tincturis &c. ex tempore saltem, (citra frustraneam horum repositionem vel multiplicationem, dummodo reale quidpiam hujusmodi mixtura superadderet,) non fingit? aut si omnino *Bolus* exigeretur, vel do mestico Rob tum non subigit competentia? ubi sane iaporis molisque respectu *Martialia & ostracoderma Præparata* longe commodiora invenientur. Proin nec *Pulveres nimium vegetabiles* ad selectum nostrum traheimus, utut *Hepaticarum, Spleneticarum, Deoppilativarum &c. Specierum* nomine coincidentur: quis enim Absinthiaca, Cichoracea, Ammoniacum &c. adversissima, salinisque non nunquam magis adhuc nauseabunda reddit, vel alias mole tantum abominabilia, in ejus generis tracto-

tractoriis curationibus continuabit? sane ni hodie  
 Insipidis illis ac parvæ molis, præsertim minerali-  
 bus &c. negotium ex parte committatur, exigua  
 operæ pretia hoc in genere merebimur. Adeoque  
 nec *Pilularum* forma, (dum alias ægrotantium ple-  
 rique nil nisi Purgantes norunt,) huc tantopere  
 quadrant: nisi forsan exiguae quædam curativæ, è  
 Marte consimilibusque concentratoribus inter-  
 dum tenerioribus placuerint; missis tot *Digestivis*  
*Hypochondriacis*, *Epaticis*, *Splenetis* &c. è vege-  
 tabilium genere diversimode compositis, nauseam  
 solummodo inter curæ protelationes concitanti-  
 bus, aut si laxativis acuatæ fuerint, stimulo (ceu  
 vel Aloëtica &c. hic per se sufficiunt,) tantum non  
 totum debentibus. Sane famosum in isthoc genere  
*Ammoniacum*, in proportionali pondere molem  
 saltem (inter alia tot Aperitiva liquantia) frustra au-  
 get; sive pro festucarum separatione nunc consul-  
 tius *Pulveratum*, aut superiorum annorum more va-  
 rie *Depuratum*, vel denique *Extractum*, (*in gummea*  
*vel resinoja sua substantia seorsim*, aut utraque conju-  
 ñatim) addatur. *Essentia ejus liquida* cum spiritu Vi-  
 ni tartarisato confecta, alias ingratissima, *Oleum*,  
 etiam subtile primum, vix interni usus est. Ut  
 totum consultius antiquariis, (commodioraque  
 resolventia vel emollientia nescientibus) *Tonso-*  
*ribus*, *Cerotis suis* (cum *Terebinthina* illiquandum  
 consultius relinquatur. *Podagrīa de Chamepity*;  
*consimilesque* ab afflictis olim autoribus ad commi-  
 ferationem usque excogitatæ) *Pilulæ* solamen at-  
 que fidem jam prideam perdiderunt.

Ut itaque totum hoc *Aceto* tandem concluda-  
 mus; abusus ejus noxæ aliunde notæ sunt. Qui  
 vero haetenus naturæ Vitriolicæ communiter fece-  
 re, præter medicos effectus, in Chymicis saltem  
 ope-

operationes istius haud adeo attendisse videntur, à Vitriolicis longe alienas; unde his quoque Acetosæ solutiones præcipitantur, Acetum destillatum Spiritu Nitri acuatur, &c. ceu alibi notavimus. Quod autem ipsum in substantia attinet sufficit nobis, ubi *Vini* carius est, misla præcepti severitate, *Pomaceum* quoque, *Melleum*, aut alicubi *Saccharinum*, si *Cerevisiarium* (in destillatione præ aliis nimium ebulliens, & in cupyreuma magis pronum,) displicuerit; aut *Accidentarium* illud, quod post destillatos Spiritus fermentatios provenit, ob impressum specierum saporem, ærisque è Vesica contagium forsan non inmerito rejecerimus; vel circa viliorum *Fructum Succos*, *aceti naturam* per usitata vulgo Additamenta, suspensasve *Vini* (expressas prius, sponteque hinc incandescentes) feces, aliosque modos, (quos omnes tamen *Citri*, *Berberum*, *Ribium*, &c. acidiores *Succi* hactenus aspernantur,) induentes, tædiose occupari noluerimus. Dat autem quodvis horum (per simplicem solutionem & Spiritus Vitrioli præcipitationem,) Magisteria (si cui placuerint,) plumacea, æque splendentia, æque bona, ac si Destillatum foret adhibitum: quemadmodum ipsa quoque Antimonialia, Crocos, Vitra, &c. saepe validius adoritur & distolvit. De cætero tot inde *Officinarum Infusa simplicia*, v.g. *Rubi Idæi*, *Fragorum*, *Papaveris errat.* *Caryophyl latum*, *Rosatum*, *Violatum*, revera mensis potius, & *Liliorum convallium*, *Citratum Lavendulatum*, *Calendulatum*, (ut ridiculum pene *Pdssulatum Nucum que taceamus*,) negotiosorum muliercularum repositoriis aptiora sunt. Loco *Aceti Zedoarie, Scordii*, & *congenerum*, Alexipharmacum quoddam è simplicibus; (acido menstruo parentibus, nec illud invertentibus) compositum, in Diaphoretico-

ticorum classe, necessitatis præcipue tempore posuimus; & posset interea (Patrum familias alias) *Rutaceum* vices ejus sustinere: quo si Aqua Apoplectica anatico præterpropter pondere, cum paucis aliquot Essentiæ Castorei guttis ex tempore saltem permisceretur, amplius nec *Aqua illa Apoplectica amara*, nec *Aceto Hysterico (ad extra) compo-*  
*fito* graveolenti seorsim indigebimus. *Odoriferum quoddam Compositum*, (equidem alias præsens in penetrantia sua refectivum,) diffusissimo tantum apparatui aliis suaveolentibus contenti, relinquamus. Cui bono vero *Sirupus Acetosus simplex* & *Oxymel simplex*, (nam *Compositorum* frustraneas variationes paulo ante expendimus,) seorsim exigitur, aut immatatur: cum totum ut exoletum nunc, ita extemporaneæ permixtionis sit; pariter ac *Oxysaccharum simplex*; succo Citri, Cydoniorum, Ribium, Berberum, &c. loco Granatorum, hic & alibi, si videatur, additu perfacili. Ceu aliis, qui Magisteriorum confectione forsan occupatur, his substitueret *Liquorem*, qui post Coralliorum (ex Aceto per Spiritum Vitrioli) præcipitationem remanet, & curiosis aliquoties denuo injecta Corallia vel Conchilia ex parte (per acetosas particulas) solvit, ex parte vero, (propter intermixtum Vitrioli Spiritum) in Magisteriforme quidpiam præcipitat, & ab aliquibus alias in *Sirupum (Vitriolati Rosati titulo)*, sed supervacue coquuntur; cum per se & absque saccharo (sive è crudo sive destillato Aceto fuerit,) sat durat.

Atque ut ad *Acetum destillatum* nunc convertantur, quantum à crudo recedat, vel Antimonialium Vomitoriorum infusio, longe hinc remissior seu cicuratori docet: ut proin alterior ejus ac pene-

penetrantior acrimonia , quibuslibet simplicibus atque subjectis loco crudi indifferenter vix applicari , vel à tenerioribus vegetabilibus , (quo tamen in residuo commodi quidpiam, denuo cum fructu extrahendum remaneat,) ad siccitatem usque astrani posse videatur; licet equidem quorundam infusorum Tinctura inde sit durabilior. De cætero plerisque medico - Chymicis usibus oppido satisfacit *communi tantum more* , (at vero copiose facileque si tædiosæ cucurbitæ retortæve loco , Vesica cuprea cum vitreo Alembico & Recipiente magno recipiatur,) *destillatum*; vel pro renitentioribus quibusdam Subiectis affinis *Æruginis Spiritus* , tanquam aliqua præpollentium inibi particularum Acetosarum Concentratio. Ut proinde operosius *Radicatum* , aut supervacue *Terebinthinatum* , cum Melle *destillatum* , aut super Sal commune vel Petræ rectificatum , &c. extemporaneæ mixturæ & vel imitationis modos , antiquariis Simplicium vexationibus aut perversionibus; *Abstractitium à Sale Tartari* , (& multum hinc alteratum) nonnullis curiosorum Extractionibus ; *Vomitorium* denique , seu simpliciter seu cum Thapsia quoque per plumbeum Alembicum destillatum, iis, qui Saturni Saccharum eodem effectu sub largiori dosi dari dubitant , aut commodiora Antimonialia negligunt , merito relinquamus : *Cryſtallos* specialiter ex Aceto Vini , post ejus moderatam per vitrea vasa destillationem in residuo liquamine resides, si separare libuerit , communi Acido Tartari non sine ratione forsan, permiscentes. Atque hæc de Aperitivis vulgo Spleneticis atque Hepaticis dictis.

Antequam autem ad residuorum recensionem pergamus , interseramus tanquam polychrestum , si *Acidulatum commune*, vitriolica potius vi sua peragens ,

gens, & aliquale simul fluidorum restrictivum hoc referre licuerit,) *Elixir Proprietatis* : non quidem *Album* nuper divulgatum, abstractitum & exigui hic valoris, aut si aliud insuper secretiori adhuc modo ita effectum fuerit. Sane quamdiu clavis in obscuro est, Alcahestini genuini efficacia (pene miraculosa) votis saltem circumscribitur : nec in aliorum *Rorido*, *Terebinthinato*, vel cum *Aqua à Nitro & Manna conjunctim abstracta parato*, adhuc dum singularius quidpiam invenire potuimus: sufficietque proinde, (siquidem roborantem quandam vim simul intendimus,) quod (loco *Sulphurei*) cum æquivalentis *Spiritus Vitrioli* sufficiente, & semet mediocriter prodente quantitate, (tanquam hunc in finem præ *Æruginis simplici aut Sulphurato*, item *Sal s communis*, & ipsi congenere *Salis Armoniaci acido*, vel *Vitrioli philosophico Spiritu convenientiore*,) conficitur; eo, quod aliqui cum eodem Vitrioli Spiritu, sed à *Cohortare prius abstracto*, *Elixiris Cephalici titulo* præparant, effectu nihilo inferius. Sin autem aperitivam destinationem magis quæsiverimus, præ *Nitro fixo*, (nonnullis extractioni adjecto, at Aloën & Crocum admodum pervertente,) præsentiores tunc se fistet *Terræ foliata liquor*: sive de cætero Spiritui Vini simplici, sive abstractio cuidam appropriato, (& ejusdem modi additamenta ferente,) accessoria ista associentur; aut ipsæ species conjunctim, vel recentiori more seorsim infundantur. *Purgans* ab initio notavimus; & *Pectorale* postmodum expendemus. Ipsa *Tinctura Proprietatis* nil nisi supervacanea Alcherimes perditio, & contractiorum dosum dilatatio est. Quemadmodum nec (in extemporanea quasi, nec adeo concinna vel aurifera,) *Dispente aliisque Mixturis*, affinibusque

quorundam *Liquoribus & Elixiriis aperitivis*, sic abusive dictis,) peculiare quidpiam invenitur.

Jam inter ea, quæ è *Stomachalium* serie huc suo modo referri poterunt, sit primo polychresta *Ari radix*; & quidem (cum etiam vetustior deglutientium fauces lacescere haut desinat,) necessario prius, uti vocant, *Præparata*, sive cum *Aceto s. (præ Vino)*, aliquantum bulliendo, sive dilutioris (sique placet, tincti) *Spiritus Vitrioli inßersione* quasi adnubendo, *Fecula*, (eadem de cauia sequestrata,) remissior quidem, non tamen penitus effœta; *Mixtura* è superstante primo ejus *Liquore*, (spirituosis & acidulis &c. alterato,) curiosorum, herbida recentis *Ari aqua simplex* exigui momenti, *Spirituosa* nonnullibi in *Stomachales & pectorales uius Composita*, hinc quidem alterator est; at inter tot æquivalentia, aliena potius ingredientium vitula arat: ut proin satis contenti esse possimus prædicto *Præparato*, quo (præter alias destinationes,) per simplissimam tantum aliquot aromaticorum, &c. (in substantia, vel oleositate sua,) additionem, & vel extemporaneam saltem *Mixturam*, etiam *Stomachalis* hinc habeatur *Pulvis vulgari Tragea aromata*, (per ingredientia quædam minus accepta,) longe sit gratiор.

Accedat *Absinthium*, & quidem præ abrotoniformi *Romanō*, (*Aquam* ingratiorem, sed *Extractum* haud evanidum, Aloëticique ligni fere compar laboriosioribus præbente,) saltem *vulgatissimum*: ut primo inde confiat *Spiritus* (nostro tantum in talibus modo) *fermentatius*: dum sc. sacchari non refinati vel etiam Mellis ana vel dimidium cum aliquali fecum Cerevisiæ rec. parte summitatibus selectioribus additur, & post finitum fere fermentationis fervorem spirituosior pars inde abstrahitur;

*Aqua*

*Aqua simplici*, etiam per vap. *Balneum* destillata, louge validior, *Spiritu abstractio* saturatior, empyreumatico quorundam per *retortam* aptior. Amplius sit hinc *Extractum*, saltem (dum *Spiritus ardens* inde multum subtrahit,) cum aqua simpli- ci; associata quin etiam, (si forte præsto fuerint & libuerit, aliarum hujus generis herbarum amararum parte:) confiendo postmodum inde cum octuplo prædicti *Spiritus Essentiam*, saltem simplicissimam; ni *Salis proprii* vel ejus loco tantum *Nitri* fixi modicum sub digestione, aut post ejus filtrationem, *Olei destillati* (quando fermentationis parergon est, alias enim tædiose parare, vel adulteratum coëmere nolle, ) guttas aliquot instillare placeat. Quaqua harum ratione non solum *communi* Sepia- siariorum cum *Spiritu Vini* diversimode conquisi- ta, & nupera cujusdam *Alcahestina* longe accep- tior, verum etiam *recentioribus formulis*, Sal proprium fixum copiosius præter remedii destina- tionem assumentibus, oleum vero desillatum in ea quantitate vix absorbentibus, sed residuo potius post filtraturam magmati inviscantibus, &c.) pa- rabilior & ad minimum æquivalens existet: multo minus in ea hinc sufficientia, indigebimus, insuper tot inconsideratus olim è *vulgari Romanove paratis*, aut operose *substitutis Sirupis atque Conservis* supervacue glycipicris; aut paulo ante notatis *Trochiscis de Absinthio*. *Sal essentiale* curiosiores seorsim sibi parent: nos *Fixo* facile contenti esse possumus; aut ubi sufficiens herbæ non datur co- pia, *Artemisia*, *Millefolii*, &c. æquipollentibus pa- rabilioribusque *Salibus*, æque ac illud, si specialis in- tentio exigere videatur, *acidis nitroſis aut vitriolicis* saturandis: ut Nitrum (satis) fixum Antimoniatum,

(v. g. è Croco Metallorum aliisve mòdis, Sal Petræ magis quam in Antimoniio Diaphoretico fit, concremantibus,) taceamus; siquidem laborum minus prodigis, & intimiorum istorum convenientiam noscentibus, idem in contractiori apparatu præstat. *Oleum externum* coquere passim mulierculæ norunt; sique Sacculis, Cataplasmatibus, &c. topicis actu calidis conferas, cum congeneribus hujus sortis *Oleositatibus*, (etiam pro majori virium conservatione vel communicatione *negotiosius paratis*.) profecto hic languet, ni Destillatis penetrantioribus excitetur: atque hinc satius erit, si (multo vasculorum & expensarum compendio) *Unicum* saltem, ex infuso forte quodam, & expressis ac destillatis aliquot parabilioribus simplicissime *Comp. situm* prostet; quod non solum *Mentha, Mastichini, Nardini, Moschelini*, incomptioris de *Piperibus*, ac *Compositi stomachalis offic.* verum etiam *recentiorum* (elegantiorum quidem, at plerunque præter rem operosiorum, diffusiorum, cariorum, si Resinæ stomachales inibi dissolvuntur, viscidiorum, ac minus penetrantium, &c. *Balsamorum* & *Oleorum stomachalium, Confusorum, Infusorum*, vel ex aliquot Seminibus ac Fructibus, (quorum Destillata tamen expressitio cuidam æqua facilitate permisceri poterant) conjunctim *Expressorum* locum sic sufficenter explebit.

*Zingiber*, missa (dolosa iæpe) differentia, saltem usuale; *Vulgare*que (tatis mordax, ut *Albo, Longo, Æthiopicæ, Capsico*, aliisque *Americantorū Varietatibus* commode careamus,) *Piper* nullibi deſiunt; & vulgi fere nunc habentur remedia; ut cultior praxis nec *Diatrion pipereon*, nec exoletas *Diazingeris Species*, in ea æquivalentium, pollentiorum, vel etiam extemporanea mixtura facile produ-

ducendorum copia, temere hac tempestate imperet. In Bengalæ Chinaque (cum viciniores quoque Regiones possent,) vel communi (sæpius enervante) modo Conditum Zingiber ditiores, ceu animi gratia comedant: Medico vel Pulveris modicum in Trageis Tincturisque compositis satisfecerit, etiam Extracti loco. Piperis (de cætero haut adeo stomacho tantum circumscripsi, sed ad Vesicam quoque semet extendentis,) Oleum, alicui refrigerans, (forsan ut Indis ipsum Piper) creditum, vel sola pars hinc excludit. Reliqua ob variam inter se complicationem sequente classe lustrabimus.

Quod autem ex Uterinis hic spectantia concernit, qui fallacia plerorumque Aperitivorum promissa & tædiosissimas obstrutarum (ad talium continuationem tandem nauseantium,) reserationes, sæpe ne Tartareis quidem, Myrrhinis, (loco ingratorum Trochisorum comptioribus,) Martialibus, Succineis, Crocatis, Sulphureis, &c. utut passim commendatis, cedentes expertus est; facile Cicer jumentis, Lupinum hortis, Cyclamen (alias suspectum,) antiquitati, Rubiam haut adeo rejiculam Tinctoribus, Abrotonum fœminam muliercularum fomentis remittet: nec ipsi, famosæ licet, Artemisiæ albæ rubræve temere fidet, sive fœminarum (domi, nam cui deest?) parabile Decoctum proponas, sive exiguae hic virtutis Aquam, aut operosissimum, at nequicquam adeo (cum exoleto nunc Calamentino,) dilaudatum Offic. Sirupum. Extractum profecto per se sat est languidum; & in Elixiris Essentiisque Uterinis, quæ plerunque simul ingrediuntur, accessoriorum potiores sunt partes. Salfixum quod Absinthiaco consimilive, in defectu queat substitui, paulo ante notavimus: in mensium vero promotione parum præstat. Omnia

hæc, quemadmodum & reliquæ hæc tenus recensitæ radices ac herbæ aperitivæ, si circumstantias quasdam, aut naturam alias in procinetū stantem (ceu verno tempore, præcipue circa Majum, sponte fieri cernimus,) interdum levent, multum est: inveteratum fonticuumque malum sola non pelunt. Ipsa semicathartica *Bryonia*, cum commendatissima sua, sæpe tamen (ni domi pares,) adulterina *Fecula* (mitigandæ adversitatis causa hinc secreta,) claudicat; ni accessoriis, *Martialibus* &c. nonnunquam suscitetur: Ut, (inisco quoque quorundam per quam ingrato, è superstante Succo, ejus *Sirupo*,) siquidem omnino medicos in usus, & pro Compositorum Infusorum (uti recentiorum ad *Menses suppressos Decoctorum* imitatione facile, modo simplicius, citra tot ingratiorum coacervationem confiunt,) additamento, quidpiam è consimilibus feligendum foret, diffusiores tunc in Apparatus, & gregariorum usus, *Aristolochiae radicem* aliquando forsitan poneremus; saltem (nam cur *Vera* decipiamur?) *Vulgarem*, *Rotundam*, *Longa* Chirurgorum variationibus, eleganti *Fumarie istius bulbosæ Semine* ulterioribus curiosiorum experimentis, utriusque *Aqua solitarioque Extracto*, (cum illa debilis, hoc autem ipsa radice cruda vel infusa sit inferius) inter supervacanea relicto. Vel si Aristolochia illa displicuerit, dum *Calcatrippa* quidem hæc tenus promissis rarius stetit, *Aqua* vero inter Ophthalmicas frustra accumulatur, *Conservæ* nescio cuius usus, *Extractum decolor*, & ni probe saccharetur, corruptu facile, nec (quavis etiam in destinatione,) tanti effectus est; *Antheræ* demum *alborum Liliorum* haut adeo, ac vulgo creditur, pellunt in substantia, & minus adhuc infusæ vel decoctæ: horum proin loco poni forsan pos-

possent, pro usualibus nonnunquam Nodulis compositis, (non tam suppressum quam minutum fluxum promoventibus,) in paulo amplioris, (sed vix nostræ nunc) sylloges superpondium, (mediocres hoc in genere) *Cheiri Flores; Semine,* (donec ulterioribus observationibus magis firmetur;) item *Aqua* hic languida, debiliori *Extracto, Essentiique simplici*, seu communi modo, seu cum Nitro alcalisato confecta, (dum pollentiores, aliorum autem Elixiriis & Essentiis uterinis compositis ad minimum æquivalentes Spiritus atque Tincturæ in selectu hoc nostro præsto sunt,) tantisper omissis. Et ne quis validiora ex hujuscemodi prosapia expectet, ipsum polychrestum *Pulegium*, (quo è sequenti potius classe; huc referatur,) urente Matricaria, super vacue nonnullibi in *Aquam*, (*Oleum & Sirupum* insuper coacta) equidem gratius, & multis aliis Uterinis resolventibus aut nervosas partes demulcentibus præsentius, tantum tamen non est expulsivum, ut (nisi quis pro vehiculo, vel pro stomachali insuper aut nervino euporisto *Spirituosam* tunc potius quam *Simplicem* velit,) *Aquam* seorsim hinc reponi singularis quædam exigat necessitas. Nam quod Parturientes interdum juvat, dubio procul, (modum attendentibus,) non tam peculiari quadam expulsiva, quam Cor roborante ac nervosa deliniente vi, pariter ac cum Aqua Cinamomi, Carfunculi, Balsamo Embryonum aliisque fragrantioribus adhuc, (modo Hysterica dispositio absit,) tum temporis accedit: atque hinc Pulegii illa Gravidis etiam pro carminativo, Cinamomi pro confortante passim sine noxa datur *Oleum*, quod istam animi gratia destillantibus una provenit, pro vasculorum compendio, Menthae vel consimili destillato haut

inconsulto adjecerimus ; herbidiori *Conserua* effœtoque *Extracto* interea dimissis. Sic *sabina* quoque bonum quidem est in Chirurgia Topicum ; nec in propulsione &c. nonnunquam, æque ac consimilia sulphurea graveolentia solent, aliquid posse negatur : revera tamen tam per se, quam cum ipso Helleboro aliisve (meretricularum potius) additamentis datæ, vel *Decocτæ* suspicio vel expectatio plerumque major est, quam effectus : & magis adhuc in *Extracto*, ingratoque *Oleo seu simplici*, seu quorundam (insuper aliquantum) *Crosato* ingratiorique inde *Balsamo sulphurato*; dum alias vix decima obstructarum ejusmodi Oleosa, propter complicatam interiorum effervescentiam ferre potest. *Aquam destillatam* quota & quo successu babit ? (nec *Sal undiquaque* parabile, vel (una cum aliquorum *Uterino composito*) speciale quid hoc in genere præstat. Adeo totum hoc renitentissimum negotium alterius fere directionis est; pariter ac in Enixu, præ (inconsideratius effecta) *Dominarum Aquæ*, aliisque permultis profusionibus Authorum *ad Partum mixturis*, (Liquidis atque Siccis,) modo Hystericā tantum aliqua vulgatior, modo (pro subiectorum dispositione) prædictarum confortativarum Aquarum quædam, (cum vel sine probatori Specifco suscitante) plus præstat.

His itaque secundum Selectus nunc nostri rationem sepositis *Pectoralia* tandem, ad hanc classem pertinentia persequemur. Et cum supra posuerimus Enulam ; item pro adsuctorum lubitu Headeram terrestrem aliaque cum Essentiis Extractis que suis, accedat porro hic (e toto conciso,) *Scabiosa*, (cur enim *Radix*, *Herba*, *Floresque* seorsim serventur) salem pro Extracto, præsertim aliquantum saccharato, *Sirupi Conservæque* locum facile sic

sic supplente. Si quid propter polychrestam vim aliqualem adversitatem hic non adeo veremur, aut moderata proportione, (præter accessoriōrum delinimenta) temperare voluerimus, accedat insuper *Veronica*, vel ejus loco, paulo acceptior *Chamēdris fœmina* similiter pro *Extracto saccharato*; *Conserva*, *Sirupo*, & aliquorum olim superadditō *Rob* ejus omīflis. *Aquam Veronicæ spirituosa*, (solitario *Spiritu* & *Aqua phlegmatica* commodorem,) è planta ipsa potius, quam (tædiose prius) *expresso succo* destillatam, vel color insuper commendat: sed sapor præter rem est ingratior; paulo vero acceptior *Hyssopi spirituosa*; ut siquidem omnino quædam, (nauseabunde dulci *Spiritu vini Anisato* penetrantior) huc referenda videatur, substitui forsitan tunc posset non solum prædictæ *Veronicæ*, verum etiam languidiori *Adianthi* & *Scabiosæ*, per adversæ *Marrubii* atque *Hederæ terrestris*, inusitator *Caprifolii*, & (minus alias parabili, quam æque colorantis) *Rorellæ*, (cujus adscriptam singularitatem, sub ea decussi sine fuco *Succi* raritate, nec in *Essentia liquida* nec in *Extracto* hactenus deprehendere potuimus,) similibusque Aquis: Sed enim *Infusum aliquod cum ardente Spiritu simplici*, vel (laboriosioribus aliunde prius) *abstracto*, è convenientibus nonnullis *simplicibus pavitum non tantum Simplices istas*, verum *Compositas quoque*, sub *pectoralium*, *pneumonicarum*, *Asthmaticarum*, *Catarrhalium* &c. titulis hactenus (sæpe non sine inconsideratiōni mixtura vel minori adhuc gratiarum participatione, seorsim propositas, aut post immitationes aliquas usquedum hinc inde *superadditas* longe superat: præsertim si sub actu curatorio aliis insuper *Essentiis*, *Extractis*, vel *Liquoribus*, (quod etiam cum prædicta *Hyssopi*

consimilive Aqua, sub contractiori adhuc apparatu fieri posset,) amplius exaltetur. Nam Stomachales quoque vel Carminativas quasdam gratiōres, parili ratione per incidentium & epiceraisticorum accessum accommodatas, idem in proprie dicto Astmate, (præcipue post Vomitorium præmissum) plerumque præstare, passim experientia docet. Ut tanta *Pectoralium destillatorum* congerie neutquam hic indigeamus: imprimis cum longe frequentior Hypochondriaca illa præfocatio è diversissimo capite per Martialia sc. &c. Periodica vero Collectio, (quæ forte per alia vasa & glandularum commercium accedit, atque his quidem ad Astmatis genus refertur, istis vero Phthiseos, vel successive ruptorum Apostematum suspicionem creat,) longe consultius accisa Opiatorum dosi curretur.

*De Juniperi, Anisi, Fæniculi Oleis,* aliisque productis modo superius egimus, modo paulo post dicemus. Et si cui *Aqua Hyssopi* prædicta placuerit, *Oleum* simul copiose profluens istis aut aliis, (læpe per accidens provenientibus) pectoralibus &c. multo Dispensationis compendio fortassis adjicit.

Sin autem amplius quidpiam è Vegetabilium sylloge, superaddendum videatur, paulo diffusiori apparatu forsitan haut inconveniens foret Bulbus, qui sive *Pancratium sive Scylla* vocetur, *Porro* culinariisque *Cæpis*, ob Aroniformem quasi vim non solum superior, sed etiam, (ista passim averantibus aut non ferentibus,) commodior erit, ut *Acetum è cruda* saltem, (ceu iam olim impune consuevimus,) citra Eburneum paganismi cultellum, & citra præviam (satis hodie traductam) *Præparationem* (quo *Trockisatio* quoque pertinet,) inde

inde confiat; si intra annum praeter propter dispensari poterit, saltem cum *culinario seu usuali*, quod pro operationis modo semper hic *Destillato* observavimus commodius, & sub ista præparandi ratione præ *Officinali Aceto Scyllitico* acceptius. *Oxymel & Loch* (*seu simplex*, seu cum cæpis quoque nonnullibi *Compositum Asthmaticum*,) extemporanea dulcorantium & symbolizantium mixtura vel imitatione, (dum *Fecula* & cum *Lacticiniis* quoque paratum aliquibus *Extractum* alias inconvenientiora sunt,) pro lubitu hinc nunquam non fangi queunt. De cætero supra mentionem fecimus *Essentiae*, quæ è *Nicot ana* non tam (nominali sæpe) *Indica*, quam triviali nunc *nostra* confit; *Extractum vulgare* cum Nitri fixi particula paratum, (utpote in Topicis quoque nonnunquam turbas vel nauseam ciens,) cum ardenti Spiritu denuo extrahendo, & ad sirupalem consistentiam inspissando: quo Errhinis, Lavamentis, aliisque externis usibus, loco *Infusi vel & simile Expressi*, (utrobique infidi febrifugi, & pro resolutione Hyoscyamino expresso haut adeo validioris,) *Ol. i. Balsamici* nonnullorum *Liquoris*, & (domi alias citra supervacuas additiones parabilis, nec oīnnibus adeo convenientis) *Unguenti* inserviat. Qui Petinis proin intus quoque hic adfuevere, sub debita dosi habebunt, quod *Sirupus aut quodvis de Peto Oxymel*, (dum *Aqua* alias integrator, & rari usus, *Ol. um vero destillatum* curiosorum est,) communiter pollicentur. Sed Pectorales infarctus etiam citra turbulentiorem hanc herbam per circumspetum prædictorum usum, aliud æque feliciter curaverit.

Multo minus autem in ista sufficientia indigebit insuper five *Hyssopi* seorsim siccatis summitatis, aut *Conserua*; five ingrato *Marrubio*, vel *Urticibus*,

*calibus quibusvis vulgatis, aut Romana* (ad Emul-  
siones quoque nonnullis tracto) *Semine* : non an-  
tiquario *Peucedano*; vel alias rariori, utut speciosio-  
ri *Botry & Ambrosia cum Conservis suis* : non pere-  
gre delatis *Veneris Capillis*, in *Conservam* etiam ali-  
cubi, & inconsideratius *Decoctum* propositis : dum  
compar *Odianthum vulgatus*, nec inde tamen in  
pectorales nephriticosque usus (inter tot præsen-  
tiora) adeo necessarium, *Trichomanes* infrequentius,  
*Polytrichum* demum non quidem in se adeo re-  
jiculum, superstitionarum tamen nunc fere vetu-  
larum est. Nec porro è culinis petet, ob exole-  
tum *Loch de Caulibus Brassicam*; aut dum vulgus  
*Sinapi* cum melle lingit, affini inhærebit *Erysamo*,  
pro quorundam (licet alicujus in suo genere effe-  
ctus) *Sirupo*; uti nec textorii *Gossypii semini*, ob  
supervacuas Antiquitatis compositiones; aut (sto-  
maticis forsan aptiori) *Caprifolio*. Debole *Marrubii*,  
*Hissopi & Adianthi cujuslibet*, item tot *Pectoralia*  
*Autorum*, plerunque inconcinnius *Composita Ex-  
tracta* similiter haut exiget; cum supradicta & inter  
se, & Arteriacorum Sirupis atque Sacchari accessu  
pro diversis, jucundis extemporaneisque Mixturis  
ac Linctibus perquam sint sufficientia: ut nisi data  
opera ollulas & entia Sepiasiriorum multiplicare  
voluerimus, nullus insuper *sirupus*, sive de *Hyssopo*  
*fuerit simplex*, aut aliis satis traductus *Compositus*,  
sive de *Prassio* ejusdem sortis, de *Capillis Veneris sim-  
plex*, aut pariter *Compositus*, *de Liquiritia*, &c. Offi-  
cinis haetenus usuales, vel uiterius solertiorum  
opera *correcti*, aut recens hinc inde, (*sub Pectoralis*  
*Hyssopi, Asthmatici, &c. titulis*) superadditi, (sæpe  
tamen perquam exhaustis Extractis constantes, &  
ab Infuso quodam aut Aqua Pectorali edulcata pa-  
rum hinc differentes) requirantur: Ut nec *Loch*  
ali-

aliquid ; sive exoletum de *Prassio*; sive ( ob quatuor Pæoniæ drachmas simul antpilepticum,) de *Paf-sul's*, tædiosiusve *Sanum & Expertum usuale*, vel re-cens (cum *Diacodio quodam Asthmatico consimilibus-que operosioribus Mixturis*,) substitutum.

*Decocta Pectoralia* incidentia, &c. quamvis ob largiorem forte distributionem equidem in hoc ge-nere haut adeo nonnunquam sint incommoda; nec ingrata per Simplicium acceptiorum & com-petentium delectum, epicerasticorumque acces-sum parari queant; revera tamen hodie raro alias expetuntur, rarius admittuntur. Et si emptorem forsan è gregariis invenerint, tam è prædictorum aliquibus, quam etiam è domesticis haut difficulter parabuntur; citra actualem *Specierum*, fructibus corruptionem brevi sentientibus plerumque per-mixtarum asservationem. *Tincturam seu Infusum quoddam Pectorale, cum Spiritu Vini s. vel abstra-ctio* (v. g. Fœniculato forsan, aliove acceptiori,) non tam è Conservis, inconvenientioribusve Speciebus, quam ipsis paucisque aliquot compe-tentioribus Simplicibus simpliciter infusis, aut Extractis eorum proportionaliter dissolutis con-fectum, paulo ante compluribus Aquis Compo-sitis merito prætulimus; sive per se, sive novis Essentiis, Extractis, &c. amplius exaltatum & dulcoratum detur; *Vulgatores* sane aliorum, ut plurimum operosiores, saepe inconcinnius compositas *Essentias*, *Tincturas balsamicas*, (cum oleosi quoque quidpiam ipsi facile combinari possit,) similesque Mixturas, ad minimum sic exæquat & compendiose exprimit: quemadmodum & *Elixiria quorundam Pectoralia*; nomine ad sim-plicem quandam Tincturam abusive tantum tra-cto, vel si *Elixir proprietatis pectorale* audiat, (cum

simplex illud Elixir in pectoris affectibus vere talibus, plerunque haut adeo multum præstat, ipsique saltem species diffusioris dosis, aut à præcipitatione sæpe vix immunes superaddantur,) parum ultra accessoria (aliter etiam exhibenda,) conserente. *Olea destillata*, in quantum Thoracis morbis (citra per frequentes, ad majorem compactiōnem vel exsiccationem ducentes abusus,) quadrant, partim supra iam attigimus, ut *Juniperinum*, &c. partim cum reliquis *Anisatis*, *Fæniculatis*, &c. sequente Classe perlustrabimus, quo unum alterumve, (è parabilioribus & notabiliori copia stillantibus,) hic haberi, vel insuper quoque, si omnino hoc in genere placuerit, *Elaeosaccharum* aliquod extemporaneum parari queat. De cætero famosum id è *Benzoe*, etiam genuino modo, inter Florum sublimationem aliterve, citra nitorem vel prævalentia additamenta quæsitum,) majora operæ pretia, præ aliis euporistis non facit; ut nec ejus *Essentia*, sive negotiosius è *Floribus*, sive potius è crudo *Gummi solitario*, vel adiecta *Styracis parte dimidia*, cum rectificatissimo Vini Spiritu, citra notabiliorē, (ne *vulgaris Essentiæ* more turbetur,) abstractionem confiat: ut siquidem Benzoīni quidpiam pulveribus &c. pectoralibus permiscendum foret, ipsam Asam (revera tamen Suffumigiis, Aulicarumque Liquoribus aptiorem,) resinosiōri *Magisterio*, simultaneave aliorum *Depuratione* tantisper dimissis, malleū.

¶ Proin ponamus potius, (quæ nunc supereſt,) *Iridem*, liberaliori *Illyricæ titulo* neglecto, *Florentinam*; ut Intusis, ita præcipue Pulveribus & quæ hinc rite confiunt, (dum *Extractum* effetum est,) per quam convenientem: sive Epiceraſticis gummosis ac confinibus, rancorem tamen vulgari hodieque

malo, non sentientibus, loco Specierum *Diaireo s.*  
*& Usitatarum* (officinis dictarum;) sive *Bechicis*, (Aronatis scil. Sulphureis, Antimoniatis, &c.) quando & quomodocunque libet misceatur; aut potius in ordinaria quasi, (Dispensatoriis plerisque rariori haec tenus) formula seorsim in suos usus, (vice tot ingratarum, inconcinniusque compositarum, publice nihilominus hinc inde propositarum *specierum Diahyssopi*, *Diapraessii*, *Diathamaron*, *Dianisi*, *Diaireos Salomonis*, *Diatragacanthi calidi*, imo quoque *Diapenidii*:) actu asservetur. Ceu vel tantum pro Infantibus, *Pulvis* ex anatica radicis Aronis præparatæ, *Ireos* fl. & Sulphuris crudi proportione constans, & istis ad grana aliquot, pro ætatis ratione datus, præcipue vero Opiatorum tantillo, Cinnabari nativa, &c. prius exaltatus, adultis insuper, (si placeat, & ex usu esse videatur,) facchiaro oleove gratiore conditus, Antimoniove dia-phoretico &c. sociatus, revera abundanter præstat, quod his quidem tot Dispensatoriorum *Pulveres atque Tragea*, (nullo non pectorali constantes,) promittunt; quod *Catarrhales* aliique speciosiores præstant; & quod pro Fusionibus in tot *Pectoralibus ac contra Tussim Pulveribus*, Sesamo atque Papavere (varie contuso, vel in Pastas emulsioniformes prius redacto) conspersis quæritur: præsertim si in confluxu quasi Suffocativo, correctiora Emetica (pro re nata) præmittantur. Et hanc ipsam vim pro recens natis, etiam in Iride flor. pulvreta observari, supra notavimus. *Cyprios* vero *Pulveres*, cum Musco, Amylo, aliisve, (corpus aut colorem subministrantibus,) Gynæcea sibi parent.

Quod autem numerosam *Morsularum ac Rotularum Pectoralium* detergentium vel expectorantium

tium seriem, & usque dum institutam Variationem attinet; qui intentionem Remedii considerat, & talia delicatiōribus Adultis potius, quam Pueris, (omnia desubito vel inordinate deglūtientibus) convenire, Opiataque præterea, (post expeditum pro re nata vomitum,) ad matutinas angustatorum vel spumefactorum humorum expectorationes, (sub accisa nocturnaque adhibitione,) plus, quam longa Asthmaticorum Apozemata, Lohoh, Confectiones &c. conferre nobiscum observavit: Item, quod Sulphureorum ac consimilium fixiorum energia, sub lenta deglutitione admodum impediatur: Is procul dubio nec Dispensatoriorum Dianisi, Diahyssopi, Diaireos, Diapenidii, &c. passim nunc vilescentes, Rotulas, Confectionem communem pectoralem, Trochiscos Beccchicos albos, (à Pectoralibus Off. si odramenta demas, vix differentes,) de Benzoe, de Alipta moschata, &c. communes aut correctos vel immutatos, &c. exiget; nec in recentioribus Morsulis, Rotulis, ac Trochiscis pectoralibus, consimilibusque (moschatis etiam & ambratis) cuilibet fere propriis variationibus seorsim queret quidpiam; epicerastica potius hujus generis formula, (ad humorum, convenientioribus remediis preparatorum expectorationem supra demulcente,) contentus; vel solis etiam Rotulis Manus Cristi, oleo quodam vel Balsamo pectorali illitis: præterquam quod omnino tale quid exigentibus, per extemporaneam insuper Pulverum, Extractorum, &c. accommodatiohem gratificari possimus.

*Alcaliae Nicotiana, Scabiosa, Veronica, Hedera terrestri, &c. Thoracis seorsim, vel cuidam etiam, (pro pectorali Sale,) conjunctim (cum Arteriacis quoque) combustis facta, & (quasi necessario quod in toto, Aqua vel Extracto est, etiam in Sale fixo esse*

esse debeat,) vulgari syllogi communiter associata, quantum huc quadrent, quantumque queant, nemmo non videt : & si lixiviosum quid eo quidpiam conferret, idem in aliis incidentibus Alcalibus, aut solo Nitro fixo inveniri posset. Atque haec de Vegetabilibus.

Quæ ex *Animali regno*, (præter superius in Diureticorum & Diaphoreticorum classe è Cancrinis, Cervinis, &c. recensita,) referri insuper huc poterunt, pauca sunt, & exigui profecto momenti. Nam qui Decoctum *Splenis bovis*, (dum pauperculi vix *Vitulinum Suillumque* attingunt,) etiam cum additamentis suis, (potius interdum alterationem quandam afferentibus) confectum expertus est, nec *Mumia ejus* præterea, seu perfumando seu inspergendo paratam ; nec *Extractum* diversimode, (saltem ob antiquiorum de usu partis placita,) conquisitum exiget : ipsum *Azininum*, si vivo quoque impune excisci posset, cum jumento molitori linquet. Sic *Anserculorum*, (aliis jam derisum) *Gallinaceum*, *Caprillum*, &c. *stercora* non solum sordida sunt, sed etiam, (si empiricas Cachecticorum & Ictericorum curationes observes,) parvi plerunque effectus. Batavorum sane militibus incursantes in Java Indos superioribus annis merda depulisse laudi fuit ; Medico gratiose non item. Et quo totam hanc sorditiem eadem opera eliminemus, *Pavonis stercus* curiosiores Epilepticis Vertiginosisque plus vice simplici, sed frustra dedisse vidimus. *Hirundinaceum* cum ipso emplastico *Nido trivialis* Tonsorum, & cum *Canino* eorum est, qui libellorum præscripta sectando, commodiora resolventia, aperientia, expectorantia, &c. & loco *Lupini* (cum ipso *Intestino*) *stercoris*, acceptiora Anticolicæ negligunt. *Humanum*, ceu contra morsus commen-

mendatur, Calumniatorum ori, vel Occidentalis Zibethi factoribus (si *Martis* stercus illuc haut inconvenienter ducendum deforet;) *Aquam* inde & *Oleum* horribilibus Secretis; *Passerinum* & *Muscerدام*, etiam (pro menibus obstructis,) *Majorum mirium* vetularum medicationibus & laxativis, *Vaccinum* si vel ipsis Benjanorum officiosis manibus inter decidendum exceptum & hinc seu *tostum* seu (jucundius adhuc contra convulsiones) *expressum* fuerit, experimentis nimium extensis, calentibus Podagricis, & iis qui ex *omnium Florum aqua*, præ congeneribus refrigerantibus ac lenientibus peculiare quippam nequicquam expectant; *Equinum* denique ac *Suillum* militaribus pleuriticorum, colicorum, aut hæmorrhagiis vexatorum haustibus & odoramentis, (utrovis tamen modo cruentationes per internas effervescentias continuantes vix aut non sistentibus,) imo totum hoc *Magma* Ægyptiis pro foco legendum siccandumque relinquaremus, ad ea, quæ nostræ potius hic considerationis sunt, reversi.

Inter quæ *Loch de Pulmone Vulpis* quodvis etiam infarctus bronchiorum interdum quidem aliquantum juvat, sed etiam citra parenchymatis istius accessum: Tabidis magis officit: uti quoque ipsis *Vulpis* & *Erinacei* Pulmonibus seorsim siccatis Mumialiterve conditis, & in *Trageas* vel *Essentias* redactis horum neminem curatum vidimus. Et si referre huc licuerit internas *stomachi Gallinacei Pelliculas*, quoties etiam (pro adhærentis forte fermentalis substantiæ conservatione) non elotas largiter plane, ex *Urogallis* quoque, *Perdicibus*, *Attagenibus*, &c. at incassum, dedimus; ut talium dilaudatores dubio procul lenta solum illa lapillorum, (in *Urogallis* interdum quasi, gemmeorum) colliquatione

tione ducti, citra specificæ differentiæ colliquantis humoris, & investientis insuper musculoſæ carnis æſtimationem, ea huc indifferenter traxisse videantur.

*Fel* quod attinet, equidem quid non solum in statu sanitatis ad chyli conditaram, inversionem, &c. (jampridem aliis tradita,) revera præſtet; vel quantum in præternaturali, Affectibus inde perperam aut haec tenus non deductis contribuat; verum etiam quid in Medicina specialis (& nescio qui secreta) hæc amarities queat, ulteriori indagine dignum credimus. *Satulorum* interim ob privatas commendationes, Epilepticis fruſtra datum plus vice simplici notavimus; aut si ab Infantum lacteo coagulo oriretur, pilula Aloëtica, aliove competente laxativo, vel emetico, (succedentibus specificis eo quadrantibus,) exhibito, idem obtinuimus. Multo minus inter tot æquivalentia præſentiorave, (pro Ophthalmicis, Acoristicis, Anteryſipelaceis, Cosmeticis, &c.) *vulgaræ istius Species Liquidæ, Siccatæ vel penitus Extractæ* ſeorsim requiruntur; aut dum omnino Biliosum detersivum quis expeteret, missis faltem hic Præcedentiæ minutis, curiosiori adeo delectu opus eſt, ut ubi *Lucii, Carpionis, Perdicum, Gallinarum, Aprorum, &c.* deest, *Felè Bove quoque, Sue, Ove,* fedator quispiam, plerosque in uſus vel à vicino Lanione petere, aut specialioribus intentionibus, (ceu alicui præſupponuntur, alicubi vero ſuo modo ſunt,) commodiora ſubſtituere nequeat.

Inter Uterina tandem (huc quoquo modo pertinentia aut tracta,) ſi ſupradicta fœtus juſta ſituatio, & obstetriciæ enchirifes (ſæpe tamen ab aliquibus in Muſeo nimis extenſæ,) defuerint, profecto *Serpentum pinguediue* fruſtra vel totus venter inungitur,

gitur. *Lingua, vivæ quoque evulsa Umbilico imponitur; Exuvia coctæ,* (ni aliorum Cataplasmatum Uterinorum vegetabilium more caloris intercedentis ope naturam interdum sollicitent,) superilligantur, aut *cingulo ex humano corio*, (Arthritico-rum sandaliis à quodam nequicquam adfuto,) abdomen totum qualitercunque stringitur: frustra *Martii Leporis oculus* vertici imponitur, aut antiquaria *Viri Urina*, non sine Zelotypia bibitur, vel ipsa à ventre nuper raptæ (instar Equarum olim Hippomanis) *Secundina*. Liberalioribus sane (in interdictis Exercitiis,) eam haut parum præstare scimus; æque ac abstrusum illud *Juvencularum Zenith*, malitiosis etiam aut saltem minus competentibus intentionibus &c. adhibitum. At cum Pellarculas illas solas aut convenientius cum ipsa Placenta medicos in usus ad novos partus ciendos dolores infido plerunque successu, & adhuc mage frustanea expectatione in Epilepsiis consensualibus hystericis, &c. diu exhibuissimus, abjicimus naufragabundum hoc Magma, cum *Extractione sua & Compositis inde Pulveribus*, additamentis specificis (refectivis vel expulsivis,) quod interdum conferunt, potissimum debentibus. *Spiritus Secundinarum* ex alio potius capite, licet & id rarius sit, agere cernitur, vel *Spiritus Cornu Cervi* exemplo, non nunquam ad promotionem Menstruorum, &c. cum sui similibus & Tartareo, haut adeo desidis: ut his aliisve parabiliорibus quoque contentus obstetrics aut castratores neutiquam adeo sollicitaverit, quo illinc quidem Hominis ab homine devorandum primum Involucrum, hinc autem *Emissiorum equorum Patrimonium*, alias ad Menses & Hystericas suffocationes inhabile, nec adeo (ac nonnullis dicitur,) in Partu & ad Secundinas semper

per præsens habeat. Sane ipsum *Castoreum*, etiam recens ac genuinum, (quoties sane & qua copia, rebus quoque bene stantibus, nequaquam tamen sumptum?) si quid nonnunquam confert, id indirecte potius (aliorum quorundam graveolentium hysterorum more,) conferre quotidiana docet parturientium experientia: in Mensibus ciendis passive claudicat. Et si novum dolorem, sub justo foetus positu, suscitativum volumus, sit potius *Anguillæ* (cute messoribus relicta,) *Hepar cum felle* inter se calore mediocri ficcatum; non quidem in Genethliaci dispendium & Horoscopi ipsius præventionem; sed ut remedium cæteris paribus haut deses; præsertim si Aqua nostra Hysterica vel Cinamomi, aut Essentia Succini sola vel cum Castorina mixta interponatur. De reliquis in posterum.

Hic vero *Mineralia* cum affinibus, ad Hepaticorum, Spleneticorum, Pectoralium, Stomachicorum & Uterinorum hoc quidem genus pertinente persequemur; & sit primus polychresto *Martis* locus: qui cum dupli adhuc dum intentione (magis scil. astringendi vel magis aperiendi) detur, nec sola laxatarum Ventriculi fibrarum adstrictione, sed manifesta rodentium humorum imbibitione seu quasi Vitriolisatione, ac subsequio hinc orificiorum ductuumve, tam excretiorum quam lactiferorum deterione, &c. Hypochondriacos levet, & Obstructis (eidem malo consequenter implicatis) eadem proculdubio parilive, vel accidentaria etiam ratione conferat; quantum proin hanc extergendi aperiendive vim ac destinationem concernit inde revera suffecerit, primo *sulphuratus Martis Crocus*, e limatura venere non infecta, vel prius magnesiata, cum (anatico tantum) ful-

sulphure deflagrando potius, quam *Magdaleonibus diffusius illiquando* paratus; simpliciterque postmodum citra (aliis etiam notatas elutriationes) pulverisatus: *Limatura cruda* equidem præstantissima, at plerumque minus subtili minusve, ni Pilularem in formam (cum Aloëtica quadam massa & Tragacanthæ mucilagine,) redigatur occultanda, in tantum tractabilius; de cætero si cum judicio in præfocationibus istis præcordialibus, &c. symptomatibus, (non tam à privativa ventriculi & consequentium partium debilitate, quam positiva humorali causa ortis,) & quidem non ad granula saltem aliquot, (ut in plerisque *Cachectis Pulveribus*,) sed debito pondere, ad scrupulum unum vel duo hic locorum detur, in se plane innocens, nec nauseatum, (quam vix sic in teneriorum centesimo prima secundave die observaveris,) concitator; revera sat resolubilis, (ceu vel excrementa testantur;) rodentium & effervescentium humorum inversioni, præsaturato jam *fætitio Martis Vitriolo* (nonnullis substituto, convenientior; eoque ut & præstantioribus *Tineturis* ipsis in renitentiori malo præstantior; uti revera quoque præ plerisque omnibus hujus prosapiæ Pulveribus ac *Croci* deprehenditur; v. g. (dum purior etiam *Martis Minera* heterogeneis nihilominus per frequenter intermixta, Terra vero rubra bolaris, circa mineras quasdam, elegans quidem aperiens, & quasi flos quidam ferri, nec tamen undique obvia est,) *Alcohol illo*, certe pigro, *per Urinam Aquam salitam*, aut *Acetum inspersum* corroso, vel etiam cum *Aqua simplici* post aliqualem effervescentiam tractu temporis collecto, aut *Aceti spirituumve Acidorum vaporibus elicito*, vel è *Vitriolo Martis* cum *sale Tartari* præcipitato, aut diversimode ex

*Aqua*

*Aqua* forti secedente , vel post hujus *Spiritusve Sulphuris abstractionem* (citra vehementem tamen calcinationem) remanente, *Cachecticove post Nitri deflagrationem residente Croco* , item *Limatura cum Aceto* levigata , vel post aciduorum *Succorum Extractiones seu Dissolutiones residua* ; aliisque semi-exhaustis , semiinversis , semistringentibus , tædiosioribus , &c. in parabilitate sane commoditateque sua palmam præripit : præsertim si pro adversi coloris infractione sub duplo præterpropter *Coralliorum* , *Oculorum Cancri* , vel similiūm præcipitantium (potius , quam saturatis jam Magistriis , diffusiorisque molis ac præter rem internas exæstuationes intendentibus Aromaticis lixiviosissime Salibus vulgari in *Pulveribus Cachecticis more* , misceatur , & vel ultra octiduum continuetur , interpositis vesperi (si alvus fuerit siccior , nec adeo descendat,) *Pilulis Aloëticis laxativis* ; rarius præmisso vel subsequo elective *Purgante* . Et cum insuper non solum in perpaucas pro dosi *Pilulas* , modo dicta ratione redigi , verum etiam *Conservæ vel Rob* cuidam doméstico (quandocunque libet & ex tempore ) haut difficulter queat involvi , certiori sic citra subsidentiam dosi : proin nec antiquiora ingratiioraque illa (*Chalybeatum & de ferri scoria*) *Electuaria* , nec quod è *Martis Vitriolo* cum oleis aromaticis alibi substitutum est , hic exigentur.

Ponamus tamen nihilominus , tanquam ex alio capite agens & bonum abstersivum , aliasque in usus *Martis illud Vitriolum factitium* ; non quidem à certorum locorum *Metallurgis petitum* , (plerunque quidem tutum , interdum tamen non advertentibus Venerei vel alias exoterici quid inferens;) sed majori securitate domi confectum ; non per laboriosam *Cæmentationem* , verum *Vitrioli sal-*

*saltem, (Sulphureo parabiliorem) Spiritum;* largam satis copiam præbentem, dummodo (quamvis contra commune præceptum) non dilutus recipiatur, & solutio per septimanas aut quoque menses aliquot reponatur, non vero statim elutrietur. Poly-chrestum hoc Vitriolum seu per se certis in circumstantiis datum, seu potius competentibus v. g. Tartaro (pro Magisterio Chalybis Vitriolato,) Purgantibus, (ingratioris Salis Martis purgantis Ammoniacalis loco) solitariove Saccharo Canario vel diversimode rubificato (*Sicca Tinctura instar*) permixtum, præ tantillo *Salis post* (seministicam pene) *Martis in Nitri spiritu solutionem restante*, aptius hic est; *Crocum Martis Saccharinum*, per spiritus Sulphuris illitionem surgentem effectu æquat; stipticum & sublimationibus aliisque destinationibus convenientius *coagulum* (*e solutione cum spiritu Salis factum*,) in quætita intentione atque gratia longe antecellit: uti quoque collecta alios in usus (per *spritum Mellis, aut repetitas Aceti destillati validioris affusiones*,) *Magmata*; si præter commodiores adaptationes & præsentiorem efficaciam, saltem parabilitatem spectamus.

Inter Liquida nunc, cum *Vina Chalybeata per simplicem Infusionem*, moras poscant; per *Extinctionem* vero parata, bonam partem perdant, & sæpius hinc corrumpantur, viribus sinu utrobique latius præter rem dispersis; quod etiam *solutionibus accidit cum Fumaria vel potius acetosa Succo*, (*nonnullis per Tamarindos exasperato*,) *cum succo vinosorum Pomorum, Berberum, Limonum &c adhuc cariorum Granatorum, Musto, &c.c.* (quidni & Ananas Indorum?) institutis; non minima insuper soluti parte, (etiam dum ad *Extracti consistentiam rediguntur*,) denuo tandem subsidente: Cum porro *Liquor Mar-*

Martis (per coctionem) Tartarisatus in operatione se-  
 gnis, Nigricans (limaturam cum Aceto destillato levi-  
 gando,) quasi pene su perficiarius, Essentiarum cum  
 vegetabilium Succis paratarum reiterata Extractio  
 horum, quam Martis particulis prægnantior sit; &  
 ea consimiliaque omnia vel unica quædam selectior  
 Tinctura, (uti vulgo dicitur,) vincat aut ad mi-  
 nimum in aliquibus æquet; Vino quinetiam (solita-  
 rie vel cum Vegetabilium concordantibus Essen-  
 tiis) diluta, Calybeatum quodvis, cum Aqua sim-  
 pli vero Artificiales istas (ceu creduntur,) Acidulas  
 similiter exprimat: non videmus, cur in talium  
 confectione vel repositione seorsim quis occupari  
 debeat. Quemadmodum nec opus est, ut proin o-  
 stentationis tantum gratia, divesæ diversoruin ali-  
 quot autorum Tincturæ, sæpiissime (post dempta  
 accessoria exoterica, atque ambages plane frustra-  
 neas,) eodem residentes, (uti hoc Acetosis Extra-  
 ctionibus frequentissimum est,) aut Menstruis na-  
 turæ haut adeo amicis confectæ, vel superficiariæ  
 saltem, remissiores, extraneis solventibus turgen-  
 tiores, de ferro parum participantes, &c. passim  
 vulgari more asserventur: ceu v. g. huc referri po-  
 test, quæ solo nec salinis prius exasperato Vini spiri-  
 tu è Calcinatis, Præcipitatis, aut florum Armoniacal-  
 ium particulis Martialibus nimium elutriatis varie  
 & (ultima hæc) laboriose quæritur; dum Armonia-  
 calis vulgatori faciliorque processu confecta idem  
 præstet; & si quæ primatum viarum dolores ab hy-  
 pochondriaca acredine profectus interdum levet,  
 id peculiari sedativa vix, at potius irritantium hu-  
 morum subductione, attemperatione, inversione,  
 vel in aliud saporis genus commutatione contin-  
 gere videatur: nec alia procul dubio Sulphuris Vitri-  
 li anodyni Martialis, sive (sæpius hactenus no-  
 tati) ex Ammoniacalibus Martis floribus elutriati

Pulvrisculis sit ratio, sub effectu alias (ceu alii quoque  
 observarunt,) rariori. Pertinet porro huc suspecta  
**Pumicosa**, supeficialis è *dissoluto saltem Martis Vi-*  
*triolo*, in fundo denuo concrecente; curiosior ex  
*ipsa Martis Mineraz cum Proprio* (tædiosissimo par-  
 cissimoque) *Liquore extracta, &c.* diversorum Tin-  
 eturæ ac Variationes. Nec *Balsamum Martis oleis*  
*destillatis confectum*, Ferri destinationi Hypochon-  
 driorumque potioribus requisitis tantopere qua-  
 drat, Carminativis Nephriticisve (pro istiusmodi  
 Oleorum natura) aptius. *Essentia cum Nitri spiritu*  
*ac Phlegmate Vitrioli bona est* & innocens quidem,  
 aliquanto tamen (præter hujus classis requisitum)  
 stringentior, ac (ceu reliquorum quoque *Martialium*  
*Nitratorum* pleraque solent,) nescio quî vehemen-  
 tor; & ni Spiritus (per quasvis etiam enchirises)  
 fuerit fortissimus, post adjectum Vitrioli phlegma  
 albus saltem ferruginemque ingrate sapiens Liquor  
 prodit. *Quæ cum Essentiali sale Tartari & Martis*  
*Vitriolo crudo, vel aliquantum albificato conficitur,*  
 & pridem aliquibus in secreto habita est sive illi-  
 quatione sive simplici tantum mixtura prius unian-  
 tur utraque, bona tamen Martis pars in dissolutio-  
 ne postmodum secedit, & ni paulo auctius fuerit  
 Vitrioli pondus, aut præcipitatum illud denuo solu-  
 tum Tineturæ postliminio uniatur, effectus (sat  
 quidem notabilis,) pro majori tamen parte à disso-  
 luta Terra foliata Tartari dependere videbitur.  
 Si memoratæ jam *Essentiæ Martis Tartarisatæ*,  
 sive Solutionicum Tartaro crudo (per simplicem  
 coctionem) factæ & ad mellis consistentiam  
 inspissatæ, *Acetum destillatum superfunditur*, Liquor  
 desubito quasi provenit Martialis haut injucundus;  
 relieto in fundo Tartaro, &c. Nihilominus duo-  
 bus hisce *Martialium* modis adhuc *præsentiorem*  
 obser-

observavimus, si Vitrioli Martis & Tartari depurati vel purioris (si loco hujus Saccharum recipitur, non procedit,) ana v.g. libra semis, in Aquæ s. libris sex coquatur, & inter agitationem sic lente exhalet ad Mellis consistentiam, quod coagulum spiritus Vini communis saltem libris sex extrahatur, & post filtraturam, (citra notabile sedimentum) abstrahatur hinc libra una, aut nil interdum: Efficax sic habetur *Essentia* (Papaveris errat. Extracto pro requirentium lubitu amplius tingenda,) in hypochondriacarum partium obstructionibus, effervescentiis, præfocationibus, cachexiis, &c. Iterum, ni Ascitis consummati, concreti Calculi, aliorumve tantisper immedicabilium malorum consectarius fuerit, citra omnem consuetorum Purgantium (affectionatum plerumque in deterius præcipitantium) accessum, (ceu alibi superioribus annis monuimus,) passim, sub aliquot dierum continuatione secure curat sola, vel Antimonii Diaphoretici Martialis una alterave dosi tandem interdum superaddita; rarius, si alvus præter morem renitentissima fuerit, Aloëticis saltem Pilulis laxativis tunc, pro una alterave vice requisitis.

*Spiritus Mineræ Martis* in parcitate sua inter curiosiora potius quam usualia locum ineretur: simileque quidpiam acidulo sulphureum è supra dicta quoque *Terra Martialis bolari* provenit. De *Spiritu Vitrioli Martis factitii* cum affinibus brevi post agemus. *Odor inibi sulphureus*, (qui deposito foliati Sulphuris exiguo omnibus ejusmodi destillatis tandem alias decedit, equidem tamen inconsultius utut singularum dosum efficacia haut adeo inde exaltetur, abstrahendo vel divaporando pro more hinc secernitur, & temperata porro ista Aciditas, etiam in alterius venalis Vitrioli viridantis

Spiritu, (rite destillato) est observabilis; eodem interim effectu, at minoribus impensis aut laboribus. Nec adeo singulare quid, quod selectior quædam Tinctura largiter (pro Martiali quidem destinatio-  
ne) non præstet, invenire potuimus in *abstractioLi-  
guore*, qui postquam *Ferrum in Spiritu Salis solutum  
est*, & fætor cessavit, inde postliminio repetitur, mo-  
derataque sub destillatione per ultimas potissimum  
guttulas, (æque ac *Spiritus* adhuc speciosior, e *sale  
capitis mortui Florum Ammoniacalium Martialis*,  
*Aqua vel Spiritu Vini diluto collectus*,) aliquantil-  
lum quasi martiale scit; ni scil. validiori postmo-  
dum igne scandentibus utrobique Floribus adstrin-  
gentissimo sapore inconsideratius inquinetur. *Vola-  
tilis ille Spiritus, e Tartari cum limatura Martis cotti  
spissamento*, parum profecto est Martialis. Et cur  
*Olei vinosi, digestis cum Spiritu Vini concentratori-  
bus quibusdam Solutionibus nonnunquam supernatan-  
tis guttu'as*, in tanto parabiliorum proventu tædio-  
sissime conqueriramus? *Flores per Solutionum Nitro  
combinatarum detonationes, supradictas Salis Armo-  
niaci Martialis eluaticationes, aliterve collectos*, &  
interdum abusive sic dictos vel commendatos, fa-  
ciliorem limaturæ præparationem in quampluri-  
mis præcellere, jam ante notavimus; Residua cu-  
riosorum experimentacioni, quæ vero ex Marte  
Adstrictioni potius destinantur, suo inferius titulo  
relinquentes.

*E Venere*, (si vel Amorum suorum causa huc re-  
ferenda fuerit,) vel etiam cum *Venere tantum Pra-  
parata*, quia pauca hodieque prodierunt, quæ com-  
mode citra nauseabundam illam, suffocativam si-  
milemque adversiorem qualitatem istis plerumque  
adhærentem, internis usibus specialiori effectu  
majorique præ aliis fructu aptari possint; & dum

verum Veneris Ignem seu Volatile dulcissimumque Sulphur subtiliori modo, (quam hactenus quidem per Hamatitina sublimationis Spiritum duplicatum, item per proprium Minera Venere&, vel separati hinc aliqui Salis acidosalinum spiricum, ipsi Minera supersum, & crocum sulphureum inde extrahentem, aut per simplicem tantilli, quod post rectificationem Spiritus Æruginis crystallisata restat, extractionem aliosque aduersiores crudioresque rationes tentari potuit, aut per protractissimam Vitrioli Venerei destillationem quæsitum est,) adhuc dum colligendum exceptamus : sufficerit proinde nobis hic saltem Æruginis elegans ille Spiritus, præsertim e Crystallis (tangquam inter alia forsitan accessoria, præcipue concentratis Aceti destillati particulis affluentioribus,) destillatus; subtilissimus, & licet in Solutionibus oppido quidpiam, (quo ipso solubiles fiunt,) de se semper relinquat, adeoque tandem plane fatisens Spiritum Mellis præ se ferre videatur, repetitis tamen illis in Chimia usibus diutius, (præ reliquis ejus speciebus) applicabilius. Nam qui ex ipsa Æruginis substantia, Aceto destillato prius humectata prolicitur, revera aliquanto est remissior citiusque enervatur; quemadmodum etiam qui cum duplo præterpropter Sulphuris, (tandem cum aliqua Florum albantium acidolorum parte) prodit; præsertim si una alterave vice à Marte (pro comparaanda Tinctura) abstrahatur : qui ex Æruginis extractione Aceto solum simplici parata & ad mellaginem usque inspissata destillatur, adhuc debilior est, & vel post secundam adhibitionem fatiscit. Omnes hi, primus quoque, intus immediate diversimodeque dati, nobis quidem inter tot commodiora hypochondriisque convenientiora Specifica stomachica, pectoralia, cephalica, &c. singulare quidpiani

haut adeo præstiterunt : Sique omnino hujuscemodi prævalenter Acetosi quidpiam complacuerit , acceptior existit paulo ante notatus cum Sulphure. Et si vel Acetum scylliticum cum sui generis expectorantibus & edulcorantibus Essentiis , item Spiritum Salis Armoniaci urinosum , in pectoris infarctu haut postremum , aliave præsentiora considerate quis dederit, nec eo qui aliquibus nuper *cum Gummi Ammoniaco* , reliquis ingratior destillari consuevit, admodum indigebit. Ut pro in hoc Liquidorum genus convenientius aliis Chimiæ laboribus ac resolutionibus destinari videatur ; scilicet non tam Marinorum Animaliumve Magisteriis si-  
 ve Solutionibus, vires sui Simplicis, (ceu alibi jam notavimus,) plerumque non attingentibus, æque jam saturatis, & interdum exoterici quid, (ut in Perlarum v. g. destinatione cernimus,) cum Venereæ stipticitatis vestigiis quibusdam , (præsertim si Spiritus haut adeo rectificatus fuerit,) sic induentibus : quam pro Tincturis Essentiisve nonnullis Mineralibus, e. gr. Martis, Saturni, &c. præ aliis revera hinc elegantioribus. Superstes *Caput mortuum* (ut uno tenore materiam hanc , licet Producta ejus ad Topicorum classem pertineant, absolvamus,) per se, si æruginis crystalli fuerint adhibiti , alias vero post sordium sequestrationem , aut Sulphuris combinatori (ni prius partem quandam per ulteriore sublimationem sequestrare placeat,) deflagrationem , parergòs *Pulverem* dat, qui per se vel post repetitam calcinationem, (pariter ac Terra Vitrioli dulcis,) cuiusvis Æris per diversimodas camentationes alterneusti, *Squamma utriuslibet*, *Calcis per extinctionem*, *similiumque* sape saltem nominalium variationum, *Crocorum* insuper varie præcipitorum , aliorumque seorsim in frustraneas illas alternationes Chirur-

rurgicas, (intus enim *Squammas* & *turbulenta Praecipitata* temere quis hodie dederit?) excogitorum *Pulverum*, imo *Florum quoque*, impropte quibusdam sic dictorum, (*proprie dictos enim per Solutionum detonationes, Armoniacalesve sublimationes* quis operose querat authuc saltem referat?) locum extus sufficienter complet: quemadmodum *ipsa Aerugo*, à heterogeniis liberata, vel pro circumstantiarum ratione parumper prius quasi calcinata tot variegatis *Aeris in topica Solutionibus atque Coagulis*, præter rem sæpe vehementissimis, au ex tempore quasi, (siquidem opus foret,) per *Vitrioli aut Salis fortiorem Spiritum* (convenientius, quam *Nitrosis Armoniacalibusque Menstruis*,) etiam sub *liquida Oleive forma* comparandis, imo simplici potius *Vitrioli communis dissolutione* tunc exprimendis, haut incongrue præfertur vel substituitur. Et cum simplicissimo cuidam Decoceto mundificato vel consimilium *Essentiarum* (*Veronicæ, scabiosæ, &c.*) Diluto vis ejus facile combinari, aut æquivalens euporiston parili successu surrogari queat) nec *Aqua viridis diversis* (ac *Sulphur* aliaque inconvenientiora sibi nonnunquam adsciscitibus, *Formulis* nimium inhærebimus; nec dum in solitario *Vitriolo* ejusve *Sale*, *Lapide Medicamentoso*, aliisq; (pro affectarum partium ratione) idem largiter sub *Diluti* forma vel ex tempore invenimus, *Sapphirinam Agytarum solutionem*, utut alias neutiquam rejiculam hic superaddemus; aut vehementioribus adhuc *Liquoribus atque Mixturis* miscrorum Oculos, Palatum, aut Crura temere vexabimus. Famosum illud *Unguentum Purpureum* præstans est, & fratre suo uterino, *Ægyptiaco*, plerumque præsentius; dum tamen jampridem supervacuas inibi ambages expenderemus, & dicto *Ægyptia-*

co non quidem *Magistraliter*) per Ammoniacum & Alumen plerumque inconvenientius exasperato, sed tantum simplicissimo, (priori solum & interdum certas in circumstantias prius aliquantum super prunas calefacta Ærugine constante,) vulgarem Terram dulcem Vitrioli, cum Extracti Veronicae particula (in Aceto vel etiam Rore minerali acido dissoluta) proportionaliter adjiceremus, idem circa operosiorē & supra jam alios in usus adductum Æruginis Extractionem obtinuimus. Sique circumspectior Chirurgus Lavamenta insuper Myrrhata, Aloëtica, Theriacalia, &c. plagularum aut penetrantiorum Syphunculorum ope, item Aquam Calcis vivæ, Saccharum, Iridem, Euphorbium, aliaque non pinguia, &c. pro partium ratione dextra adhibuerit, etiam *Apostolico Unguento* facile, facilius adhuc (dum ejuscemodi Mixturis mundificantibus mitius temperatiusque aliquod Emplastrum desiccans & defensivum consultius superimponitur,) *Emplastro ejusdem abusivi nominis*, & conformi (nunc vero exolescente) *Isidis* carebit. *Traetivum viride* ut istorum locum interdum suppleat, alias tamen vulgi tantum, nec alicujus hic necessitatis est. Et quo lectoris pace eadem opera Metallistri Affines, Producta, vel Apospagmata percurramus, sane inter supradictum, aliosque exustæ Veneris, aut ejusdem sortis edulcati Colcotharis (accidentarios saltem) Pulveres, quis *Diphryges* amplius exigat? imo quis *Tutiam* insuper, etiam per Species supervacue distinctam, ab *Alexandria* usque petitam sc. ampliusque repetito igne *Calcinatam*? dum per se prompte levigatur, & alias sat ustulata est; dumque (si curiosam Mercurii fixati colorationem hic negligimus,) vulgatus *Nihili*, (misslo *gryseo*, saltem) *Album*, totura vel cribro po-

potius depuratum, tanquam *Venerorum aliorumque Metallicorum Florum desiccantium* (operosissimorum) compendium aut vicarium, tam per se, quam Lapi Galaminari, (paulo ante notatæ) *Veneris Calci*, vel *Terræ Vitrioli dulcificatæ*, Mercurio dulci, aliisque pro circumstantiarum ratione combinatum, in Mixtulis Liquoribusque extemporeis pariter, ac in unguento quodam *Saturnino*, (ista partim sub confectione, partim usus tempore proportionaliter excipiente,) largiter intentiones istas complet: dum demum præter dictas *Mixturas*, (simplicius adhuc quam *Liquor Tutia vel Cerussa est in Armamentoriis*,) compositas, alia insuper non pingua diluta & Epithemata, è Solutione Camphoræ, Vitrioli, Lapidis Medicamentosi, &c. vel Aqua Calcis vivæ, Lacte inde Aureo, Decocto nigro, (at citra supervacua Tonorum additamenta parato,) &c. constantia, ad desiccationes, attemperationes, incarnationes, &c. æque feliciter, plerumque securius adhibentur, quam *Diapompholigos*, (cum suo Uvæ versæ succo,) & de *Tutia*, (cum duabus drachmis succi Solani,) aliaque hunc in finem servata vel proposita, etiam famosissima *Unguenta*. Sique *Liquorum e Cerussa, Nihilo, Matre perlarum* (Margaritarum, & Umbilici marini locum satis supplente,) vel *Lapide calaminari & particula Thuri atque Opii*, (cum vel sine Camphora,) paratorum, vel saltem solius Rosaceæ Aquæ, Vitrioli cuiusvis tantillo conditæ sufficientiam; ex adverso vero Axungiæ, Unguenti Rosacei, Butyrire Majalis facilem rancorem, oculos, quos demulcere & siccare hic intendimus, magis (ceu alias corpulentiores ejuscemodi pinguedines solent,) irritantem cogitamus, *Nibili quoq; & alia Recentiorum ad Oculos Unguenta*, (ad Deterisiones sane con-

sultis accommodanda) merito hinc dimittemus. Atque hæc junctim de potiori Veneris sobole: nam quod *Vitriolum ejus* attinet, dum *Dulce Philosophicum* (inter Armoniacalis istius Menstrui in sufficientiam, secretiorisque defectumque) hodieque expe<sup>c</sup>tatur, reliqua *Factitia* nunc eadem opera in sequente Vitriolicorum recensione persequemur.

Et quo proin appareat, quæ ex iis, quave expectatione referri huc queant; principio quod ipsum *Vitriolum* (tanquam ejuscemodi Productorum fundamentum) concernit, dictis *Factitiis* (ceu per cæmentationes aut solutiones domi præparata vocant,) equidem sua varie constat efficacia; nec *Destillata* eorum, si laboriosior quispiam circa talia exerceri voluerit ex eo vilipendimus, quod quandam de fixioribus participationem ratio haut adeo aperte assequatur, aut aliqui specialiorum destinationum respectu fere pigriora dixerint. Quinimo reliquæ eorum *Extractiones*, *Præcipitata*, &c. vires suas (secundum magis & minus,) nihilo minus produnt. Saltim, dum (uti paulo ante quoque sub Martialium titulo notavimus) è *Venali* potiorum tritioru inque ha<sup>c</sup>tenus locorum *viridiori* aut magis *Cæruleo* (pro intentionis ratione,) idem sub parili procedendi modo, minoribus interim expensis atque laboribus, æque secure, (per destillationes quidem, imo alias etiam usitatores operationes) prolicitur, & præter saporis, odoris colorisque (disputabile forte) suffragium, idem experientibus præstat, aut si quid (per singulares enchirises tædiosissimasque protractiones, incerationes, cohobia, &c.) supervenisse videatur, Tincturarum Essentialiumque longe saturiorum vel concentratorum, s<sup>e</sup>penumero æque exaltatarum accessu, ad minimum semet compendiose suppleri sinit;

non

non invenimus, cur contractiori apparatu studens, tempora evidentioribus utilitatibus aut negotiis hoc fine subtrahat: præsertim cum non sit idem, dum duo faciunt idem; & (qui v. g. Mercurii saltem Mineram factitiae Antimoniatæ communique Cinnabari confert,) credere forsitan haut sine ratione posset, hic quoque longe aliam esse Naturæ in spontaneis quidem coagulationem, aut (per supervenientium operariorum diversas adaptationes) postmodum coagulandorum Dispositionem, quam, dum Sulphuris fumo destillatove Vitrioli Spiritui eliquata jam Metalla combinamus; Vel etiam facta cum Spiritu Salis vel Aceto destillato Massa (non Vitriolica, sed tantum Vitrioliformi) non tam Vitriolicum quam Salis qualitercunque (ut in Hæmatitino vel Martiali Armoniacali) alteratum Spiritum, aut ex Acetofisis solutionibus Liquorem Spiritui Mellis similibusque, (interdum cuin phlogista particula,) conformem nanciscimur. Constat equidem, venalia è nominationibus hodie scaptensulis locisve Vitriola quandam inter se differentiam, & interdum Exoterica quædam, nec tamen adeo haec tenus exitiosa, aut (varias etiam Extractiones tentantibus) convincibiliter Arsenicalia, quin potius innoxia, parallela, imo interdum aliquam nobilitationis speciem præ se ferentia, complicata habere: & vidi mus v. g. Aquam fortem quoque, communi saltem modo destillatam, constantem interdum ruborem retinuisse, aut ex eodem Argento plus Solaris magmatis reliquisse, aliasque (dum Enchirises coincidunt,) à Vitriolo proculdubio potius quam à Nitro profectas observationes. Vidimus tamen etiam, fortuitas tantum fuisse oblationes istas, & (quod Aui ificibus quibusdam similite

contingit,) cum Vitriolo (oculatioribus etiam non distinguendo (tandem desisse. Ut proin, quem admodum *Venale quidem aliquod Selectus nostri intentioni haec tenus satis facit*, ita tamen nec *Cyprio tantum, Romano, aliisve nominalibus*, interdum aut carioribus, vel ob Locorum (sæpe conjecturalem solum) rationem *Solaris plane Lunarisve naturæ habitis* adhærebimus; cum insuper quod hinc seorsim vel superlative quæritur, modo dicta de causa haut semper certo compareat, nec adeo tunc excessivum sit, ut sumptuum atque laborum minus prodigus parabiliori sibique *viciniori Speciei* acquiescere nequeat: ceu nostræ passim regiones sat bonum, intentionibus è Vitriolo directe hic quæsitis sufficiens, innoxiumque sub vulgatiorum quidem & usitatorum productorum, methodice tantum exhibitorum parili effectu,) suppeditant; & ipsum *Minutulum illud, rem ssioris coloris, unctuosum*, compluribus pro rejiculo habitum, sane plures expectationem nostram æque saturavit, ac selectius vel operose domi paratum quodvis. Qui vero (confuetos quidem in usus,) *Purificationis titulo* novam dissolutionem præmittunt, dum simplex intermixtorum heterogeneorum *Selectio* tunc sufficeret, Ochreæ substantiæ (inter cujus reclusionem proculdubio peculiaria illa apospagma-ta, etiam è vernaculo viliorique ad sensum Vitriolo, insensibiliter quasi, vel per cohibia aut continuati ignis instantiam interdum communicantur,) haut parum præter rem frustraneoque labore sic subtrahunt.

His itaque tanti per præmissis, feligamus nunc nobis hinc primo *Rorem illum Mineralem*, seu subtilioris acoris, sulphureique odoris Liquorem, qui è Vitriolo crudo (potius, quam lentius etiam

CON-

conidente,) per arenam ad ultimam usque guttulam destillando policitur; polychrestum & elegans attemperans, etsi vel tractu temporis (subfidentibus quasi foliolis rubentibus (sulphureus odor cessarit; five de cætero per se, non solum complurium Aquarium ac dilutiorum istarum Tincturarum vegetabilium refrigerantium Juleporumque, verum etiam subtilioris *e Rore Majalis* destillati, item *Mixturæ quorundam Alterantis* (Spiritu Vitrioli, per Salis Cardui vel Absinthii tantillum infraetō constantis,) loco detur; five prius Essentia Bellidis, Hepaticæ, &c. proportionaliter saturatus vel alias permixtus adhibeatur. Ut dum recentioris & satis adhuc sulphurei haut adeo notabilior energia deprehenditur, aliorum quasi *Striatum*, per repetita cohobia (*No*no tamen quorundam *Alembico*, ad literam posito & herbis quoque Craniove farto convenientiora,) laboriosioribus securre hic relinquamus: quemadmodum & solam speciosioremque *Sulphuream partem*, (infuso pro meliori sequestratione Spiritus Vini tantillo,) seorsim à collecta hujus Roris copia, correspondentibusque Liquoribus, (v.g. in confectione Vitrioli Martis, Florum Sulphuris cum Colcothare, &c. provenientibus,) item à recens destillato Vitrioli Spiritu similibusque, sed exigua ubique quantitate,) abstractam, & nonnullis insuper cum Castorinis, Tartareis, &c. in *Antepilepticum* (hystericæ præcipue complicationi haut adeo incommodum,) *Elixir* redactam; item *Spiritum ardente* (à Cephalicis pro lubitu abstractum,) *crudo Sulphure* (ceu *Viva solemus*,) per quamplurimas repetitiones sufficienter *perfumatum*, &c. parabiliорibus, æque Volatilibus aut se met resolventibus, (Spiritū *Cornu Cervi*, Salis

Tartari, Armoniaci urinoso, Essentia Camphoræ, Succini, &c.) satis contenti.

Potius proin nobis sit Roris istius consecutarius, *Spiritus acidus communis*; & quidem (cum Venalis utplurimum dilutior, sœpe falsatus aut impurior, & hinc internis immediatis usibus, citra tædiosas rectificationes aut digestiones fere sit ineptior,) domi è Vitrioli supra restitantis & satis sic albificati, (nam ad perfectam flavedinem vel rubedinem instituta calcinatio protecto multum frustra disperdit; crudum vero *Vitriolum* destillationem incassum protebat, aut vasa nonnunquam vel commissuras disjicit,) proportionali nec nimio pro more pondere, (quo Igni totum quasi pateat, Residuumque sat brunnum exeat,) destillatus. Ita inter leves aliquot (circa vasorum posituram, ignis modum, &c.) enchirises, etiam è vitreis lutatis Retortis, citra consuetas laborum protractiones & curiosa (Metallicam partem sequestrantia, prolectum vero Spiritum plerumque alterantia) *additamenta*, diei præterpropter spatio habebitur privatis Dispensationibus, ac potioribus internis compositionibus, in nostram nunc intentionem sufficientissimus; manifesto non calefaciens, quin potius (sive invertat, figat, aliave nondum satis circa primas vias comprehensa ratione agat,) attemperans, & simul aliqualiter restrictivus; minus profecto quam Salis Spiritus est, diureticus; de cætero sub hoc præparandi modo sat bonus atque purus; ut tantillum evectæ corpulentioris, aut forsitan rectificatione demum denuo Vitriolescentis substantiæ per experientiam haut veritis, citra communem quoque *Rectificationem*, aut quandam (violentioris destillationis-Emptitio, pontici quid subtrahentem) *Digestionem*, tuto (& vel eorum exemplo, qui

qui talia quidem imperant, tota die tamen Venalem saltem simpliciter adhibent, aut dispensari vident,) usurpari queat; sive per se, vel occultationis causa, (cum vires inde parum intendantur) *Vegetabilium Floribus aut Essentiis colorantibus tintetus*, aut *Spiritu quodam abstractitio*, (post simplificem mixturam aut levem, sub repositura, digestiōnem potius, quam operosam aliquorum destillationem) *sociatus* detur. Qui *domi* tædiose vel sumptuose *facta Vitriola* parili ratione tractat, nil amplius hinc, nec *e Martiali* mage Hypochondriacum, *e Venereo* pollutius Esurinum acetosum, ex utriusque recentiorum quorundam miscella, sub *Hermaproditici titulo* proposita, nil nisi opinotenus singularius, ex ipso vere *Lunari* haut mage cephalicum, (acidis Vitriolicis alias non nisi consensuali ex Inferioribus malo quidpiam interdum conferentibus,) inveniet. Sique *protractiori destillatione* vel *cobobiis vulgatoriibus* pro speciosiori forsan participatione occupari voluerit, (dum *dulce Veneris Vitriolum* adhuc expectamus, *Factitium autem usitatus exercitatores* ab ejusmodi laboribus alias fere, tanquam pigrius excluserunt,) eodem sane, (quamvis utique haut adeo æstimabili metallisatione) *Venale, mage Martiale vel (frequentius adhuc) Venereum* adhibebit, ceu supra jam notavimus. Interea merito gratulamur illis, qui (sub operarum & reliquarum commoditatum copia,) *Caput mortuum prolecto liquore inceratum amplius, quam vulgo solent*, per sex, octove dies continuato igne exercere poterunt; quo non quidem Ignem illum Veneris, (uti Autorem hoc aperte negare alibi monuimus,) sed efficaciorem saturatioremque hinc Spiritum nanciscantur; etiam pro *Unicornu istius Mineralis* imitamento, (genuini

*Arcani Vitrioli Clyssi Vitriolici, & consimilis Essentiae,*  
 per tædiosas, nec semper succedentes prolecti *Liquoris crystallisationes* quæsitæ, consobrino,) suffi-  
 cientem; licet illa *Veneris per Martem Vitriolisatio*,  
 seu præsuppositum *Rebis* haut adeo stricte observe-  
 tur; modo non *Vulgare*, (utut negotioie purificatum,  
 siquidem nihilominus metallicis particulis adhuc  
 infectum, indeque in Ophthalmicis, Ptarmicis,  
 &c. Crudo cuicunque, etiam Albo Vitriolo æ-  
 quivalens,) sed ultimum ceu communiter lo-  
 quuntur, sive *Regeneratum Sal* accedat: quod  
 num ex *Aëre inter subastrationes* illas simpliciter sic  
 ab his aliisque famelicis subjectis attrahatur; an  
 vero (*ejusdemodi coaguli copiam, proventum etiam in-*  
*concluso, notabilem saporis ac configurationis diversi-*  
*tatem, facilem & diutinam salinarum particularum*  
*occultationem, pronam cemplurium Metallicorum,*  
*præcipue Martialium Venereorumque corporum, Py-*  
*ritidum, consimiliumque fossilem, &c. nativi salis*  
*quidpiam habentium, aut salinis quovis modo tracta-*  
*torum naturam, post sufficientem quoque calcinatio-*  
*nem vel istorum expulsionem, denuo quasi salinecen-*  
*di; item promptam Aquosæ principi hic accommoda-*  
*tionem, &c. cogitantibus,) potius inibi propin-*  
*quiori è principio tantum renascatur, id quidem*  
 hic temere non determinaverimus. Insipidum sa-  
 ne & extremæ calcinationis Colcothar, in museo  
 pyxideque lignea satis conclusum siccumque, post  
 paucos annos sat salinum visum est: & Limatura  
 Martis cum sulphure supradicto modo præpara-  
 ta, dataque opera prius elota, biennii tractu si-  
 mili, late diffissa pyxide internam sui amplifica-  
 tionem cum aliquali Vitriolescentia, nobis plus  
 vice simplici ostendit. Sed hæc in transitu. Qui  
 autem (ut institutum nostrum persequamur,) mo-  
 do

do laudatis commoditatibus destitutus est, aut tempora, sumptus atque labores operosissimo s<sup>e</sup>peque infortunato eventui elocare nequit aut veretur; versatissimorum tot Medicorum sua & que feliciter sub accuratiore Methodo, citra hujus generis singularitates, transigentium) exemplo, secure nihilominus, (modo passivus olim in Sple- neticis, Stomachicis, Hystericis, Pulmoniacis, Ungaricis Febribus, Idiopathicis Capitis affectibus, &c. abusus absit, & tot pr<sup>a</sup>stantissimi parabilioresque Spiritus atque Liquores nunc interponantur vel hyperbolicis promissis substituantur,) communi nostro Spiritui acquiescat; tanquam in specifica sua, nec adeo (citra supervacuam alterationem,) delebili, vel saltē tantillo injecti Sacchari in Limonatum saporem jucunde convertenda aciditate, haut ingrato; in competente sibi efficacia sat prompto vegetoque: ut ab una quidem parte, nec immersa Ferri particula (vitriolicante,) nec laboriosis Acetis incerationibus, urinæ combinationibus, aliisque infringentibus, vel compositum potius præbentibus viis, nec ipsa super Martem aut edulcatam Colcothar Abstractione, (equidem cum remissiore acore mage sulphureum fundente, nec denique toties reiterandis (ad copulandum Vini Spiritum) Destillationibus, (cum lentæ Digestiones Vitriolicum similiter qualitercunque occultent,) pro Dulcoratione illa, seu remissiori modificatave aciditate indigeat: nec insuper opus sit, ut Vitriolum pure Martiale quodvis (in ea Tincturarum Martialis prævalentia,) paulo protractiori distillatione, quo gustans majorem in fine gratiam concipiat; aut quælibet Colcotaris communis Extractio, (æque Vitriolica,) inter Aluminis usi accessum validiori igne hunc in finem fatigetur.

Quem-

Quemadmodum nec ab altera parte , quæstæque singularioris efficaciam causa seorsim hic requiritur super *Sal Gemmæ Essentificatus* , compositus Salinus , concentratior & hinc equidem , sicuti Jovis cum Sublimato Destillatum , sublimati cum sabulo rite paratus Spiritus &c. solent fumigans , eoque ipso insuper dispensatu fere difficilior ; uti nec qui super *Sal proprium denuo aliquibus ægre abstrahitur* ; aut ægrius adhuc e *Colcorare communi non edulcato* , sed Aqua s. prius , vel potius Vini Spiritu humectato , curatiusve aliquandiu extra Solares radios , (humidiori saltem in loco,) reposito repetitur , *Cephalici nuperorum alicubi titulo*. Verum ut in singulariora experimenta *Salis Ultimi five Regenerati Spiritus* (diversimode destillabilis ,) curiosorum Myrotheciis suo modo quadret ; Ita peculiare quidpiam , quod parabilioribus Effentiis Tineturisque non compensetur , in utroque deprehendere non potuimus. Sulphureus est prior iste : sed hoc cum omnibus hujus generis commune habet ; ipseque Vitrioli Spiritus simplici saltem rectificationi per Retortam subiectus , Sulphur denuo olet admodum ; brevi præterea disparet vel subsidet exigua ista quasi metallica sulphureitas in cunctis ictis ; nec (quod in adstrictoriis Martis similibusque concentratoriis Tineturis alias contingit ,) tantum singulis dosibus contribuit ; sique placuerit , paulo ante dicto modo laboriosioribus in pugno quasi habetur : ut profecto supervacue *Elixiria propriet. cephalica, &c.* quidam excedentibus promissis illinc concinnarint. Famosissimus usquedum *Spiritus Aperitivus P.* similiter in rei veritate peculiare nil præstat , five remissiori gradu vel continuatione Acidulus saltem Tartareique quid spirans , (communi *Dianæ dicto Liquori* , & languido , minus

nus tamen adverso *Spirit. Vitrioli cordiali cum Cornu Cervi usque*, item isti, qui è *Vitriolo crudo cum adjecto Sale Tart.* elicetur, hac in parte compar) destilletur; sive extrema potius ignis violentia, ab Acido communī, æque ac qui è *Tartaro Vitriolato parili* vehementia tandem pellitur, hoc in genere haut adeo multum differens: Mixtura sane *Tartarisata*, siquidem omnino opus foret, longe facilius & efficacius per proportionalem *Spiritus Tartari Vitriolique confusionem*, aut ipsam *Vitrioli Tartarique rudi recentiorum destillationem* habenda.

*Oleum illud grave acerrimumque, vulgariter vel etiam per operosam super fixiora corpora concentrationem, aut extremum interdum Frigus,* (Ignem quorundam frigidum,) productum selectui nostro vix aliqua imperat necessitas; vili sane passim venale, si Metallicis quibusdam solutionibus, fixationibus, vitriolisationibus, &c. quispiam experierit: in Dispensationes consuetas, licet vel optimum fuerit, incommode, guttarum saltem numerum, non sine fumentium disputatione varians, & nihilominus in vehiculo diluendum: ceu commune sane à Spiritu communi vix aliter, quam externis tantum accidentibus differt; & hinc per repetitas (addito semper pro vehiculo, debito Aquæ simplicis pondere,) destillationes, in illum ipsum Spiritum proimpte redigitur, æque ac *Spiritus vulgaris* per lentas in vase altiori evaporationes in rubens acerrimumque *Oleum* denuo redit. *Rubrum e Vitrioli (per Spiritum Salis Armoniaci perfecte precipitata) Terra per se nancisci non potuimus, (imo nec Sulphuris quidpiam, sed tantum Armoniacale aliquid foliorum instar collo vasis circumcirca adhærens, ) Cum Acetosis Additamentis Compositum quasi parent, qui in contractiori sylloge Tineturæ*

Eturæ Martis acquiescere nequeunt. Quod è *Vitrioli*, *Cremoris Tartari* & *Spiritus Salis mixtura* tandem stillat, Tartaro potissimum fere debet; ut extempoream imitationem taceamus, *Viridis Vitrioli Spiritus per descensum* jam pridem rejectus; qui cum *Sublimato* instar Butyri Antimonialis vel Jovialis destillatur, ulterioribus potius curiosorum exercitiis convenientior: vulgari more à *Vegetab. abstracto* bendo quæsus, frustra perverius nec tanti viroris, infundendo vero saltem tintus, (ni forte plane draistica fuerint,) nihilo hinc præ simplici Vitrioli spiritu valentior est. *Lapillorum atramentorum* der Nieren in *Argillis* alibi repertorum residuus (post confectionem prius hinc Vitriolum,) *Liquor*, adeo nuper cuidam dilaudatus, sive *viridis* servetur, sive aperto vase repositus, obscurior & quasi rubens evadat; tam dulce sapit ac Gillæ solent: *Compositus autem, dum scil. Spiritus Nitri superindestillatur Vitrioli Spiritus*, si secundum Autoris placitum rectificetur, mage Nitrosus prodit; faciliorque ejus loco foret *Spiritus Cornu Cervi* & *Vitrioli mixtura*, similiter qualitercumque viridescens, Anteplēptico (ex Urina & Vitriolo destillato, vel etiam saltem confuso,) Spiritui suo modo conformis; eo qui olim *multis Spiritus Vini a Crudo Vitriolo cohabitiis parabatur*, & cum Theriacali mixtus eo nomine veniebat, hoc in genere præstantior: Sed hæc frustraneæ curiositatis aut variationis sunt.

Ponamus nobis potius, diversarum circumstan-  
tiarum causa, *spiritum Vitrioli*, (etsi non sine ali-  
quali alteratione,) *Coagulatum* & *portatilem*. Non  
quidem *cum terra sigillata aliisve lutoſis*, ponticum:  
nec cum *Cornu Cervi usto* similiter (ni *Spiritus* per  
retortam rectificatus fuerit,) adversum, nec in  
operando adeo præsentem? non cum *acetosæ* vel  
*absin-*

*absinthii*, (suas in destinationes consultius insūmendis *alcalibus*, eo eminenter (ne solum Tar-tari Vitriolati vulgaris conforme quid exeat,) satu-ratis: nec quem alii è *vulgarivitrioli sale etiam de-puratori* ponunt, adversissimum, ceu alibi jam mo-nuimus: sed (dum speciale illud, in Capite mor-tuo extreme calcinato repullulans, per quam qui-dem conveniens, nec tamen cujuslibet Labora-torii est,) saltem simplici *Spiritus Vitrioli boni a di-midio (vel paulo minus) Nitri crudi abstractione* (cum simultaneo Aquæ fortis una colligendæ proventu,) confeclum; polychrestum & (cum Nitroſi Spi-ritus hinc abeant, Vitriolici vero residuo quaſi fixato copulentur) in ſe & citra abufus tutum, nec injucundum (niſi quibusdam in Pulveribus Purgan-tibus;) ſive de cætero simpliciter ſic diſpensetur, ſive operofiori cujusdam modo *recentiſpiritus parte amplius*, (ſed miſſis reliquis ambagibus, ſaturetur.)

*Anima Vitrioli*, è cuticula hujusmodi ſolutioni-bus ſuperftante, inter tot faciliores pureque Martiales Crocos aliaque Roborantia, ſupervacaneo tædio colligitur; aut quibusdam insuper (dum non nullis e *vitrioli capite mortuo probe cæmentato Tin-ctura* per Salis & hinc Vini Spiritum extracta, alias utut Venerei contagii ſuspicio accedat, experien-tiam haut deſtituens ſatisfacit,) Spagirice extrahi-tur. *Colcotar* iſum ut extreme calcinatum atque recentius chirurgicis chimicisque laboriosorum uſibus haut incommodum eſt; ita coſmuniſis quo-que, ſat tamen brunni elutriata *terra*, (gratis loco *Veneris Ferrique uſti*, vel in diuersos *Crocos* conuerſi proveniens,) extus debite adhibentes haut deſtituit, & reſtitanti (poſt Spiritus Æruginis deſtillationem) purificato Capiti mortuo haut inconsuſto ſuos in uſus admifceri potest. Quod intus vero *Crocus e vitrio-*

*vitriolo nativo*, mage *Martiali*, diversimode præcipitatus vulgatis Purgandi promissis non slet, e *Factitio paratus* cruda quoque Limatura in apriendo segnior sit, e *Venereo quovis*, aut recentiori *Veneris per spiritus vitriolicos solutione* proveniens, incomptus corporis turbator sit, (licet *Florum* etiam cognomen induerit,) paulo ante notavimus.

*Anodynum* ex hisce Præcipitatis dulcissimumque *Sulphur*, (dum ærosis vel atramentosis Mincris supervacuum, plane tamen communis simile, Excoëtoribus nonnullibi copiose surgit,) etiam Prædecessores nostri per vulgares cum *Laminis ferreis*, aut *Acetosas coaguli Vitriolici Extractiones*, consimilesque sulphureo metallicum quidpiam promittentes modos, hautquaquam comparuisse, ingenue fassi sunt; longe alia ratione illud conquiendum esse, recentiores quidam satis, sed inter obscurationes suas pro more monuerunt. *Foliatum*, quod Vitriolici Sulphurei vulgatores Spiritus sponte deponunt, sane peregrinum, & si (per operosiores etiam infractiones conquisitum) tentes, in sua hac separatione haut ejus effectus est, quem Gas tale semifylvestre ante odorans sibi promitteret. Nec circa operosorem quoque, (per incerationes protractioremque destillationem conquisitum) *Spiritum*, post *Armoniacalis Spiritus accessum*, & subsequam cum *Spiritu Vini* edulcorationem, operæ pretia mereri potuimus; ut felicioribus similia tædiosa (pro aliquali Sulphuris istius copia) tentamina relinquamus. Ille ipse *urinosus Armoniaci Spiritus à subtilioribus nonnullis Ockris abstractus*, tantum atomos quasi quasdam secum avehit: nec *Terra Vitrioli coquendo, fundendo, imo etiam destillando cum Sale Oleove Tartari* nobis hujus generis notabile quid dedit: æque ac *Ammoniacale potius*

potius quidpiam e terra illa , per Spiritum istius Uri-nosum pessumdata surrexisse , paulo ante notavi-mus. Et ut per Salis Armoniaci Sublimationes sul-phureo-metallicæ particulæ , exigua tamen in quantitate elevatæ , (sive eluendo , sive Vini Spi-ritum hinc pluries abstrahendo , vel cum eodem extrahendo separantur,) medicamentum dant, non quidem (inter tot parabiliora ) nostri selectus , ali-cujus tamen , pro Martialis natura , effectus : & ut Vitrioli Martis simplicis , vel super limaturam ferri pro more siccatai , & hinc (sive simpliciter sive Aceto destillato) soluti Præcipitatus Crocus,) per se , aliorum Martialis respectu , etiam post rubifi-ca-tionem pigrior ,) convenientibus tamen Men-struis extractus Tincturam præbet non con-temnendam : ut denique è permultis Ferri Æris-que mineris per acidos quoque nonnullos Spiritus substantia semisulphurea ardensque , ceu alibi jam monuimus , extrahitur ; ita in omnibus hisce nil vere soporiferi deprehenditur ; licet quædam in-vertendo , detergendo , &c. levamentum quod-dam certis in circumstantiis afferant. Vanam Vi-trioli crudi vel albificati per similem cum sale armoniaco tentationem sublimatoriam alii jam perstrinxerunt : & ipsa V. trioli Ochra simplici sublimationi per se sub-jecta , quantum det quantique momenti , publica-tos ejusmodi processus nobiscum incassum tentan-tes fatebuntur. Speciosior sane (præ multis) Vitrioli Effentia anodina , ex Albificato siccissimoque Vi-triolo cum alcolisatissimo Vini Spiritu , (alias bre-vi vitriolescit,) extracta , aliis quidem in circum-stantiis haut adeo rejicula , ubi tamen sopiendum est , ni opiatis exaltetur , plane languet. Et qui proin reliquorum insuper modorum sive proce-ssuum tædia atque frustrationes , assignatæ efficaciæ hy-

hyperbolēn, Laudanorum Mineralium (uti nos quidem circa non unum observare potuimus,) ostentationem potius quam realē effectū, ex adverso vero Vegetabilis planam certamque vim cogitat, *Pulvisculis*, *Liquoribus atque Mixturis* eum in finem hinc prōpositis, donec forte secreteor præsentiorque Sulphuris hujus anodynī præparatio pandatur, in contractiori Praxi secure carebit. Atque hæc de potioribus Vitriolicis.

De *Elixiris quorundam spleneticiis*, *hepaticis*, *stomachicis*, *pectoribus uterinis*, *calidis & quoque frigidis*, superius jam diximus; quodque si ad imitationem *Elixiris Sulphuris vel Proprietatis communis* confiant, Acidorum Spirituum vitula potissimum arent, simplices vero hujus nominis *Tineturæ*, (sæpe inconvenientissima nec vere extrahibilia. aut adversissima adsciscentes,) citra supervacuam hujusmodi Liquorum multiplicationem, paucis polychrestis vincantur, quædam ad minimum æquentur. De cætero qui istiusmodi (è Vegetabilibus) Elixiria nihilominus, & quidem loco Vitriolici, *cum salis vel vitrioli Philosophico Spiritu* paraverit, acceptiores acoris respectu plerumque minus grata inveniet: utut ex adverso Salis ille vel Vitrioli Ph. Spiritus in Pectoris, Splenis, imo Uteri affectibus, Vitriolicum haut adeo commode fermentibus, convenientior sit atque securior.

Quæ vero præterea ex *antimonio*, *nitro*, *sale &c.* huc pertinent, materiæ Medicæ parumper saltem gnarus facile hucreferet: uti quoque quæ *succino* huc efficaciter spectant, e sequente classe.

Supereft *Borax*, quem licet è salinorum subjectorum combinatione, vel capitibus quibusdam mortuis in medicas, & magis adhuc aurifabrorum destinationes sufficientem diversimode habere possi-

possimus, haut incongrue tamen, uti vulgo venalis est, (sive è cremato Fossili, sive aliunde quoque sit,) selectui nostro tandem appendemus, tanquam positis potioribus requisitis, (uti nec reliqua commendatissima indifferenter agunt,) irritans haut postremum; etiam solitarie, præsertim in Secundinis exhibitum. Ut tot ad Partum & ad Distokiam Pulveribus, Speciebus Diaboracis &c. vetustioribus recentioribusque seorsim non indigeamus; si quidem Succinum, Crocus, Cinamomum aliaque usualia pro adhibentis arbitrio vel persuasione facile superaddi, aut præ languidiori nobis hic quoque *Rupicaprae pila*, Glaciei Mariæ (si alicubi præsto fuerit, & fossile quidpiam, Anguillæ tamen hepate longe posterius omnino placuerit,) completior dosis exhiberi posset. Sed nobis modo dicta duo, (interposita nonnunquam Castorei Succinique Essentia, vel Aqua Hysterica Cinamomive cordiali,) intus abunde, licet simplicissime satisfecerunt, aut nihil satisfecit.

## Resolventia, Carminantia, Roborantiaque particularia calida, cum affinibus.

**S**ed hæc de longa Aperitivorum, Incidentium, Detergentiumque serie sufficient. Reliquæ, quæ alio ex capite Partibus & Affectionibus hactenus recensitis similiter conferunt, aut conferre creduntur, *Resolventia, Carminativa, Roborantiaque cordalia, Cephalia, Stomachalia, Hysterica* (seu fragrantia seu fætentia,) cum residuis hujus temperiei Specificis cuiuscunque Regni, deinceps nunc, at una eademque opera, (ne Polychrestorum subtilior di-

stinctio majorem potius confusionem pariat,) ex-pendemus; ab *Aromaticis* inter *Vegetabilia* exorsi,

Sit itaque primum hic *Cinnamomum*; per se, si se-lectius fuerit, præ curiosiori *Magisterio* longe aptius, nam ad Aquæ destillationem, quod perio-dice saporem perdit, tum nihilo est inconvenien-tius. *Aqua* vero hac, sive *communi modo*, (cum Spi-ritus ardentis parte,) sive adjecta insuper *Rosacea*, (dum *Buglossata* quorundam herbida & extempo-raneæ confusionis, *Cydoniata* vero pene frustraneæ profusionis est,) per Vesicam destillata, cætero me-diocriter saltem, (quo calentes etiam impune re-creare queat,) spirituosa, nec consuetis filtrationi-nibus exhausta idem compendiose, imo respective tutius aut jucundius, (sub facili Dulcurandum vel Essentiarum exultantium mixtura, assequentur, quod insuper tum *Tinctura*, seu *simplex* cum Vini Spiritu, seu *Cydoniata*, vel (*Elixiris titulo*) *Santalina* quoque, tam *Sirupus vulgaris* aut *correctionis*, (cui *Ex-tractum*, in terrestreitate tamen sua effœtum & li-gnosum, cum Vini magmate superadditur; nam qui ex *Aqua ipso Cinnamomo* *satura* confit, speciosior est,) hoc in genere promittunt. Accedat autem isti & *Oleum*, si domi citra maiores impensas cum emolu-mento destillari nequit, saltem per frequentium so-phisticationum minus suspectum; pro aliorum con-ditura, & (si delicati expetant, facile tunc parabili) *Balsamo Eleosaccharo* omisso vel extemporaneo. *Sal Cinamomi*, uti & reliquorum *aromaticorum*, *caryo-phyllorum*, *nucifera* &c. cuim al cuius composito, (cor-diali & cephalico,) in generaliori censu jam dimisi-mus, & nemo versatus exiget.

Sequantur potius *caryophylli* cum *oleo* suo, & *aqua* primo prodeunte, per adiectam Spiritus ardentis partem aliquantum spirituosa. *Extractum enim*,

ni olei tantillo animetur, est remissius; & loco simplicis *Balsami compositum quoddam cordiale & cephalicum seu apoplepticum*, cum aut fine pretiosis odoriferis (sc. pro captu auditorum,) consultius asservari videtur.

Sit porro *Moschata Nux*, (inconsiderate nonnullis aliquando *testa*,) cum *oleo expresso*, tanquam *stilatio* parabiliori, fragrantiori & *Balsami* sui locum facile supplente; ceu minus tumtuosis etiam carioris *Macis* (ecccū aliquibus *aceto maceratae?*) vice, ut in cibis ita etiam in plerisque compositorum formulis esse poterit. *Utriusque aqua* per ardentis quoque Spiritus adjectam partem spirituofior, aliarum Aromaticarum respectu remissior; *Oleum e Maci* simul care destillatum, (dum nobis hic Nuci-stæ satis fragrat,) tantisper supervacaneum; *Magma*, quod post utriusque destillationem residuæ in *Vesica aquæ supernatant unctuosum*, exiguæ profecto (extus etiam) virtutis, & nihilo melius est frustra exhaustum per Vini Spiritum illud *Balsamorum corpus*. Nec in enervata *vulgari*, cariorique *Indorum Conditura*, si delicatorum delectamentum demas, invenimus, quod cruda nec ingrata Nux non præstet.

His si paulo diffusiores in apparatus supperaddatur forte *Galanga*, præ *majori* saltem *Minor*, pro infusis aut destillatis quibusdam; siquidem *Extractum* aliquanto est debilius: si porro sequentium alterutrum, *cubebæ*, vel (nostra quidem optione, cum *oleum* earum alias tædiosius, *Species vero Diacubebæ* dubiæ fere compositionis, & vulgatarum effectus haut adeo notabilis sit,) potius *cardamomum*, solummodo *minus*, consimiles in usus; at *oleo* parcissimo dimisso, certe nec litigiosa pridem *Cassia*, (nisi copiosioris olei spes aliquem, sed inconstanter

invitaret,) seorsim opus foret, de cætero in substantia plerunque remissiori, & ostentatorie saltem iisdem formulis cum Cinamomo adjecta : nec relictorum in arbore *Anthophyllum* tuberculis, quasi decussis caryophyllis adeo præsentioribus : non *Cypero seu longo*, seu inani pene differentia *rotundo*, factitiæ canitiei hodie conquisitis : non usque duin dubio vel effœto, jam olim sane succedaneis suis dotato *Amomo ac Malabatro* : non Piperis fortasse falsatoribus aptioribus *Granis Paradisi* : nec ob superfluas nunc superiorum seculorum Compositiones, (inter tot jam olim substituta,) *Carpotalsamo ac Kylobalsamo*, (nudis pene hodie nomini bus!) nec *Amaricarie vel (unde unde) Dulcescente* vetetum *Costo*, seu nuperorum (totum orbem in Europam comportantium (*Canella alba* : imo nec ipso, præstante quidem, sit genuinum vegetumque habetur,) nimia tamen inter tot parabiliora stomachia & consequenter cephalica pretioso *Ligno Aloes, ejusve Effentia* vel concentratori *Extracto resinoso*: etiam ex albido quorundam leviorique Caudice sat bono? ut vel eo ipso suspicax animus ad succedanea (ex *Absinthio Caryophyllata, Mastiche, Ladano* similibusque petita) vergere discat ; aut si omnino vel Indorum æmulatione hoc lignum Callambac selectis nostris adjungat, tam prodige tamen temerèque in tot in competentes formulas, Epithemata, Cucuphas, *Aquas Diaylaloës* aliasque ejus generis Compositas, etiam per Mar. Balneum, (cum parum per Vesicam, & solitarius Vini Spiritus inde abstractus adhuc minus alteretur,) destillari præceptas, item in tot inutiles hodie Pulv. Species atq; Trochiscos, haut profundendum esse cogit et.

Ex adverso si Laici nostri è tot similiter pomposis Pulverum ac Specierum, plerumque parum in rei

rei veritate differentium titulis, nil nisi magnifici secretique sibi promittentes resciscerent, quod sub Specierum Aromatici rosati, Caryophyllati, Diaxylaloes, Pleres archonticon, Dætificantis, Diagalangæ, Diazingiberis, Diacinamomi, Diambos, Diamargaritcalidi, de Gemmis calidi, Diamoschi dulcis, Diambræ, Trochisorum Diaxylaloes, Trageæ Aromaticæ, Cephalicæ, Cordialis, &c. inscriptionibus, sibi tandem tere nil nisi Cinamomum, Piper, Zingiber, Caryophylli Rosmarinum, Rosæ, &c. aliquando cum rancescentium fructuum, effætorum simplicum, aut pretiosorum quorundam aliquantillo, ex tempore consultius adjiciendo,) hactenus fuerint ingesta, ad minimum Seplasias saltem nominibus ludere dicerent: Et nos unico alterive ad sumnum Pulveri, (citra inanes illas ipsisq; præscribentibus saepe non satis cognitas Dispensatoriorum variationes,) seu stomachali, (v.g. ad imitationem simplicissimarum Specierum Imperatoris sine Moscho, recentiorumve Specierum Imperatoris grossarum,) seu insuper mage Cephalico aut (si pote,) Cordiali, è Vere miscilibus contractissimo, & ex tempore potissimum composito, (ampliusve similiter tum per odorifera pretiosiora aut usitatiiora Præcipitantia exaltato) acquiescere possumus, ubi inventa forsan consuetudo vel particulares interdum circumstantiæ exigerent. Nam ejusmodi Species ac Pulveres ctiām usitatis Officinalibus sub Apoplecticorum Cephalicorum, Cordialium, Analepticorum, Stomachalium Dia-Tart. stomach. &c. nomine, (cum operosioribus interdum Extractionibus, aut multis Ambræ Moschiq; insumptionibus) superadditi, profecto passim à valetudinariis ægre assumuntur, ægrius (uti tamen necessarium est,) continuantur: permulti præser-  
tim hypochondriaci, fumosa illa odorifera (caput

magis interdum opplentia & volatilibus Spiritibus urinosis longe posteriora) haud adeo commode ferunt; ceu nec in universum calida ista arcendæ A-poplexiæ causa tituloq; proposita, (frequentioribus) Plethoricis Bilioſioribusve quadrant. *Siler, apium, cuminum, anisum, feniculum, &c.* teneroribus Remedii gratiam incasum perdunt; nec Cremor Tartari, magisque adhuc Tartarus Vitriolatus (speciali demum sub dispensatione consultius adjiciendi) in ejusdemodi formulis adeo jucundi, aut indifferenter necessarii sunt: ceu has aliasque talium inconvenientias frequentatores Practici nobiscum passive deprehendent. Ita tot istius sortis *Morsulis Imperatoriis, Regiis, Cephalicis antiquioribus aut recentioribus, pretiosis aut vilioribus, Pineolato viridi, Confectione post pastum, Placentis stomachalibus, &c.* tot *Rotulis Diambrae, Diaromatici rosati & Caryophyllati, Diamoschi, Diaxylaloes, Pleres Archonticon, Diagalanga, &c.* tot totiesque variegatis *Speciebus incisis, Trageis cephalicis & stomachalibus, pretiosis & vulgarioribus, Trageis grossis diversimode nec ineleganter saepe confectis cum & sine Tabulatis, &c.* (quæ cum multa saepe Ambræ, Moschi, Galliæ & Alciermes, exoticorumque conditorum ac Nucleorum perditione, æque ac Aromaticorum Confectura; simplices, similiaque Bellaria delicatores revera pro forma tantum aut animi gratia, saepe non sine subsequa noxa comedunt, solidior etiam, pauloque diffusior, (hinc nihilo infelior) Praxis facile caruerit; aut omnino adsuetis harum *Formula vel unica*, (etiam illis oleis extemporanea, vel si corpulentia aromaticæ magis placeat, secundum recentioris *Trageæ aromaticæ communis* modum informata) satisfecerit, aut nulla. Et si masticatorium vel lambile quoddam hic pariter exigeretur, quidni loco

loco tot *Electuariorum*, *Conditorum*, *Marmelatarum aromaticarum*, *regiarum*, &c. ut plurimum (per Specierum numerositatem, adversitatem, aut inconsideratam conjunctionem) simul ingratiorum, magisque adhuc loco *Aurea Alexandrina*, & *Saracenica*, minorisve (*Chalybeatæ*) *Tryphera*, confiniumque merito nunc exolescentium massarum, sufficeret facilis quædam Mixtura, & vel sola Rosatum Conserva gratiorum Pulverum, *Essentiarum*, *Extractorum*, *oleorum*, &c. competenti quantitate medicata. Quod *Eleosacchara* e prædictis supervacue seorsim serventur, & hic tandem *Compositum* aliquod, ad imitationem *Diaromaticis*. sine vel cum Moscho factum intentiones nostras explere possit, ab initio notavimus.

Atque inde pariter diffusus haut repetemus *Aquarum* *hujus generis* *destillatarum* evidentes excessus; sive ingredientium destillationi minus convenientium consarcinationem, (hactenus aliis satis excussam;) sive saporis odorisve (sub ipsa quoque compositione accidentario nonnunquam satagentioribus emergentem) adversitatem, vel ex adverso apertam (cum ipso effectu coincidentiam seu conformitatem sive tædiosos secundum præscriptum, aut languidiores sæpe (v. g. per M. Balneum hisce passim præscriptos) destillandi modos, supervacuos sumptus, inutiles ambages, Vini Cretici, Hispanici, Rhenani, &c. spirituoflorum, multoque magis oligophororum, (dum debita Spiritus ardentis, etiam frumentacei quantitas satisfacit,) frustraneas profusiones concernant. Et sane modo dictam gratiam quidni pleræque famosiores quoque hujus generis Aquæ perdiderint aut usque dum perdant? dum hodieque nemo subsecuturæ fragrantia, vel expetiti saltem (è Vegetabilium

bilium Animaliumve nonnullorum miscella) odoris saporisque proportionem sufficienter per pondera mensurasque adnotavit: & sub privata saltem Dispensatione similic exercitio curiosioribus innotescit, qui ex iisdem modo jucundus, modo herbidus vel alias adversus, modo plane tertius (alii Simplici penitus naturalis) odor saporque in Aquis Mixturisque (variata tantum proportione &c.) prodeat. Si quis labores atque sumptus (cum insumptis immerntibus quamplurimis Ingredientibus) frustra disperditos inficiabitur? inanes tantum Aquarum illarum *Regiarum*, *Imperatoria-*  
*rum*, *Ducalium*, *hujus vel illius Cephalicarum*,  
*Apoplecticarum*, *Antapoplecticarum*, *Cordialium*  
*calidarum*, *Aurearum*, *Vitalium*, *Catharrhalium*,  
*Arthriticarum ad extra*, *Spirituum apoplecticorum*  
*moschatorum*, *Elixirium Vita*, *cephalicorum*, & *sto-*  
*machalium* similiumpque, ordine tantum, aut aliqui ingredientium variatione, vix autem effectu notabiliter inter se, vel à vulgari saltem *Aqua vita alba* differentium coacervationes, expositiones, aut (ultra jam *Usitat as*) superadditiones (sæpe vix meliores, tantum operosiores aut cariores) cogitans. Siquidem in hoc genere vel *Unica* tantum sufficit, sive simultanea destillatione, ad sobriam modo dictæ *Aqua vita alba*, vel *Virtutum*, aut *Carfunculi*, (sed omnino hic dimissis ingredientibus & accessoriis inconvenientioribus, aliundeque satis constantibus,) paretur; sive per compendium confusis saltem inter se solitariis aliquot, (ut parergas inter Aromaticorum oleorum destillationem habentur; singulas pro certiori gratia mensurando. Ut si v. g. Aquæ Cinamomi bona & Rosaceæ ana Libra una, cum quatuor Aq. Apo- plecticæ nostræ unciis miscetur, sique placet, grana

grana sex Moschi inibi suspenduntur, præstans ad complures usus provenit. Atque harum alicui si *Infusum quoddam è Nervinis* penetrantioribus, (etiam animalibus,) cum Spiritu ardenti sat forti paratum, externos in usus diffususque Apparatus (siquidem Contractiori Essentia Camphoræ varie diluta, aliæque extemporaneæ Mixturæ, vel Apoplecticarum per olea urinososve Spiritus exaltationes, *Catharralium* quoque loco oppido sufficiunt,) pro lubitu superaddderentur; (æque *Aqua Acovistica etiam correctioni*, Tinctura è competentibus aliquot simplicibus ad imitationem *Otallica M.*, confecta convenientior hic est;) lagiter sâne sub considerata solum, (præsertim in æstuantibus & talia raro sat commode ferentibus Hypochondriacis nostris haberemus, quod in (quorumvis hodieque Dispensatoriorum & Pharmacopæjarum) varie *Compositis Cephalicis, Nervinis, Cordialibus, Miralibus, Virtutum, Aquis vita compositis* aliisque supra jam dictis queritur, quodque ostentatorium pene *Elixir Vita vulgare*, & *Stomachalis Off. Aqua Aromatica* promittunt. Certe qui Apopleticæ nostræ, aut *Serpilli saltem spirituosa*, Olei Succini, Juniperi, Terebinthinæ, &c. quidpiam instillaverit, *Anhaltina* illa innatans oleum alias ostendenti, inferiorem non habebit. Et ex Aquæ Cinnamomi bonæ (aroma, non ardenter Spiritum satis sapientis) partibus duabus, Aquæ Menthae spirituosa (parte una) Apopleticæ demum nostræ (de qua paulo post,) parte dimidia inter se confusis Liquor proveniet, quod cuivis (jampridem doctioribus correctionis indigere viso,) *Embrionum Balsamo à libellis & abutentibus* sâpe Mulieribus adscribitur. Similique modo per convenientium Aquarum odoriferarum, Præparatorum præterea &

Cinnabarinorum vel Essentiarum competentium mixturam, *Liquorum Cordialium temperatorum vel calidiorum*, sive oris propositorum Vicarii non quam non parabuntur: multoque minus opus erit, ut *Aqua vel Liquores pro Epithemate Cordis* extent; cum tot simplicissima languentes, (quantum quidem Topicorum istorum effluviis sub aliquali concursu, saepe tamen inter humectationes & repercussiones subsequas non sine noxa datum est,) satis (siccioraque securius) reficiant; & odoriferæ inter se vel cum Acetosis usus tempore haut difficulter confundantur.

Porro potius ponamus in secunda quasi Classe, primo *Mentham crispam quamlibet*, aut potius odoratiorem illam *Palustrem rotundifoliam*; per se vel cum Pulego aut Serpillo; *Saracenicam*, *Calamentham quamlibet*, olenem *Cattariam*, imo *Medicastrarum*, parabiliora (præ *Vnguento* quoque hinc parato & *destillata Aqua*) negligentium *Cardiacam*, similiaque in suo genere sat exequantem: ceu etiam *Aqua ejus* (non *simplex*, hic cum *Calamintha aqua* inutilis,) sed *spirituosior* (ita tamen, ut calidioribus quoque quadret,) solitarie vel eum *Galangæ parte* destillata, plane polychresta, operosiori *Spiritu fermentatitio* parabilior, saepeque haut debilior est; liquoribus Aromaticis, aliisve resolventibus vel anodynis facile exaltanda; *Carminativis quibusvis*, *Physogonis antiquioribus recentioribus*, de *Chamomilla composita*, *Anticolicis similibusque contra tormina*, nostratis frequentius ab acri potius materia contingentia, incassum multiplicatis & ut plurimum (ob *Chamomillam*, *Cuminum*, &c.) ingratioribus, ipsi insuper *vulgari Essentia par*; *Decoctis carminativis* haec tenus propositis, (dum *Vinum carminativum contra flatus extempora-*

poraneæ infusionis seu imitationis est, licet spirituositatem per Alembicum serves, admodum tamen adversis, in suo genere (tanquam per accessoria haud difficulter alterabilis,) nihilo inferior; ut eadem de causa nec adversiorem adhuc *Conservam*, aut *Sirupum seu simplicem seu compositum, antiquorem nostris operosum*, aut *recentiorem, Melve vulgatus vel correctius* sibi associanda exigat: siquidem ut *Extractum* hinc alias est evanidum, ita (conforme ipsi) *Succi spessamentum Sirupalibus istis exigua fortificatione superadditur: Cydoniata vero, Rosata, Aromaticæ æque ac dulcorantia nullo negotio aquæ nostræ admiscentur. Oleum una (præsertim deflorescente fere herba) profluens (nam de *Infuso* superioris conjunctim talia perlustrando diximus,) commodius tunc affinibus adjicietur, quam seorsim in ea pareitate, per destillationem conquiretur.* De cætero *Menthæ* forsan, qui paulo diffusiori apparatu dicitur, superaddere posset transmarini nunc *Calami*, ipsiusque (huc aliquibus tracti & in *Electuarium* seorsim coacti) *Gladioli* loco *Acorum nostrum*; pro *Aqua* fortasse, non *simplici*, sed (radice debite prius reclusa,) *spirituosa*, solitaria, aut *Menthæ* sine velcum *Galanga* compositæ proportionaliter associanda. *Extractum*, saltem (pro radicis natura,) loco ardentis *Spiritus* cum *Aqua* s. paratum *saccharatumque*, haut plane est rejiculum, ut *Conditum* quoque simplex ac *Confectionem* negotiosioribus mulierculis, vel inter *Bellarria*, *Electuarium Diacori Acorumque conditum* iis, qui *Aromaticæ* citra *Almydalas*, *Carettas*, rancescentesve *Pineas* esse nequeunt, securè quis relinqueret: sed inter tot elegantiora *Stomachalia* è cunctis hisce vix uni hic extat locus.

Quin potius è *seminum carminantium* censu sequatur vulgatissimum *Carvi* pro euporisto, polychresto tamen *Oleo* neglecta *Herba* & inusitatori (licet *spirituosa* haut inefficax, sed aduersior sit, *Aqua simplici*. Accedat præ *Aniso*, (ni parabilitas interdum præferendum juss erit;) acceptius *Fæniculum*, similiter pro *Oleo*; *Aqua* simul profluendis (dum *Anisi* quasi fatui saporis est) particula ophtalmicos forsan in usus reposita; plane vero diuinissim supervacanea utriusque *Herba* & *Umbellis*; item *Fæniculi* (inter tot vulgatoria Diuretica,) *Radice*, effæto *utriusque Extracto*, & *Anisato* potatorum *Spiritu*; cujus ac Juniperini vice, si simplex Vini Spiritus displicerit, pro Pectoralis cujusdam Tincturæ confectione *Fæniculatus* tandem quasi gratior assumi posset Fermentatitio laboriosioribus, *Confectione Carvi*, *Anisi*, *Fæniculi Mensis secundis*, *Balmo Fæniculi*, (etiam superioribus annis *Salito*,) nescio quid singulare intus quærentibus secure reflectis. Quinimo si alibi posita Rutacea, Zedoarina, Serpillina, Hyslopina, Pulegina, &c. intuemur nec aduersiori *Cumino*, *crudo vel Aceto macerato*, cum *Aqua Oleoque* suo indigemus; nec *Umbellis Semibusque Anethi*, (ni parabilitas ad *Oleum*, parcus tamen destillandum invitet;) *Aqua* hisce locis alias inusitatori: non *Tragearuin* (pene supervacanearum,) patre vel basi *Coriandro*, *crudo vel maceratione enecto*, aut institorum *Confecto*, nec ejus *Aqua*, vel inter fæcundiora æquivalentia *Oleo*; non olente vetularum *Meu*; aut *Laurifoliis Corticibusque* seorsim, imo nec ipsis (in clibano quoque quibusdam tostis) *Baccis*; ni polychrestum hinc *Oleum Expressum* domi (at parciori proventu) præemptitio pare placuerit; siquidem *Destillatum* paucissimum tædiosumque, *Eleutharum e baccis exoletum*, nec (inter

ter nostrocum aversationes extemporaneamque imitationem,) adeo Substituti indiguin, *Emplastrum* vero cum congeneribus Off. quasi-semicataplasmatisbus (v. g. *de crusta Panis*, *Diaphanico utroque*, &c.) inferius est Resino quodam; utpote quod longe commodius gestatur, & præ *vulgari stomachali* elegantius per recentiorum compendia, secundum *correctoris de Baccis Lauri, reliquorumque Emplastrorum pretiosiorum* imitationem confit; saltem *Tacamahaca*, arenoso *Ladano*, *Styrace*, *Gum-Animæ*, *Benzoc*, *Balsamo Peruviano*, carioribus *Oleis*, & recentium herbarum impastationibus tantisper hic dimissis: nam omnis profecto hæc gestatio in stomacho revera flaccescente, parum solummodo confert: in subitaneis, à *Spiritus ardentibus* abstractiis, per se vel cum sacculis calide applicatis, calefactisve penetrantiorum Illitionibus plerumque vincitur: ut Fermenti pro gregariis *Cataplasmatis de Fermerito* imitatione, simplicissimam applicacionem taceamus. Nec denique sic opus habemus separatim asservatis *Chamomille Romana herba*, *floribus Aqua Oleoque*; cum *Vulgaris* hæc in parte, liquidem opus fore, satisfacere posset. Sed nec hanc Internis formulis adeo necessariam. Topicis sane aptiorem deprehendet, quisquis *Aqua s. & abstracti Spiritus*, imo Aquarum tantum non omnium, quibus associatur, balneatorium pene odorem, (*Olei* si *Terebinthina* vel *Abietis* segmenta absint,) sub eleganti quidem colore paucitatem tamen *Extracti* manifestum languorem, & supervacaneum hinc tandemque ad *Clysteres* damnatum *Sirupum* penitaverit, & quod *Infusi Olei*, æquipollentiumque ei, *Anethini sc. Ligustrini*, & (quantæ quæso jucunditatis?) *vulgaris Iasmini*, imo suo modo hic *Irini* quoque ac *Sambucini*, seorsim prostantium loco, contractiori Praxi aptius & nihilominus, sufficiens

ciens esse queat Oleum, ad imitationem ejus, quod de *Septem floribus* dicitur (sed simplicissimis tantum infusionibus) compositum, tamen solitarium, quam usus tempore alio Expresso resolvente vel Destillato competente alteratum.

*Elixiria Stomachalia.* (Proprietatis germina) *Sulphurata, Vitriolata, Tartarisata, &c.* paulo ante attigimus. Et si referet, (dum nostris Amaricantis præ aromaticis oleosis calidioribus longe convenientiora observantur, aut tandem parabilior & æque jucunda Aquarum destillat. convenientium Mixtura, vel simplicium aliquot Infusum Spiritu præsertim abstractio quodam paratum satis facit,) numquid de cætero facilius, quam contractioris Chimicorum quorundam *Elixiris vitæ majoris aut minoris, primitivi vel correctoris* loco confieret compendiosa quædam *Essentia Stomachalis*, è *Menthæ, Calami, Fœniculi, Absinthiive* hunc aliasve in usus tum parato Spiritu, analogo nec (uti complurium ejus generis sunt) effoeto Extracto Oleoque competente saturato: quibus Salis quoque fixi cujusdam particulam superadderet, qui istud ejusmodi Mixturis Intentionibusque adeo quadrare persuasus erit. Sed enim speciale quid e *Chamomilæ, Menthæ Calaminthæ, Carvi, Anisi Fœniculi, Anethi, &c.* seorsim multiplicatis *Salibus* hic quidem frustra exspectatur: nec cur præter superius jam allegatos *Pulveres & Species*, etiam *Diacalaminthæ, Diacumini, Dianisi, &c.* (licet præ aliis præsentiores fere) *Diapoliticon*, taliumque in *recentioribus Pulveribus Stomachalibus, Speciebus carminativis, &c.* (dum vel unicum alterumve Seminum quatuor calidorum majorum minorumve grosse concisum plebejis satis facit,) Variationes, item antiquarii *Dianisi, Diacorallii N. similesque Trochisci* prostent, ulla

ulla est necessitas. Sane non solum horum, (in exiccatione virtutis multum dispergentium,) verum etiam tot Rotularum ac Morsulorum Stomachalium, Carminativorum, &c. imo quoque supra notatarum tenuiorum grossarumque, officinalium vel (non ineleganti quidem eucirrisi) hactenus superadditarum Tragearum vice sufficere Tabulas vel Rotulas, (citra dissipatorias fusiones) illitione saltem oleorum acceptiorum paratas, saepius jam notavimus; & ni *Sacerdotale antiquorum Sal* potius condimentum quasi quoddam, (æque ac *Sal quorundam contra navigantium Malaciam*,) cum extempora-nea præparatione foret. Trageis istis in permultis circumstantiis saepe convenientius diceremus: ut Pulveres præcipitantes insipidos, hypochondriacis nostris ad humores amaros, acidos & acres, (inter se vel cum assumptis ebullientis, & hinc tot ardorum, angustationum usque ad gulæ principium, inflationum, præfocationumque autores) longe comodiiores, item si *Oleosa*, & quidem præcise sub hac forma placuerint, *Elæosacchara*, extempora-nea tunc, (pro delicatioribus) præteremamus. Sed de his satis sic forsan actum est.

Sit nobis amplius *Melissa*, saltem *vulgaris*, (quo *peregrina Species*, destillationi tamen similiter sat aptæ, hortorum exornationi, *Horminum* extus etiam Hystericis interdum illitum, Moschatellini Vini fictoribus cedant,) pro *Aqua* non quidem *simplici*, sed *Spirituosa*, sive solitaria placeat, quavis *corticum Citri Aqua*, item *Conservæ Melissa*, & cum *Extractum* effætum, nec dulcia hic adeo amica sint, *Sirupo de Melissophyllo communi vel correctiori* com-modior: sive potius *Composita quadam*: ceu Aromaticarum quarundam v.g. *Cinamomi*, *Caryophyllorum*, *Apoplecticæ*, *Menthæ* &c. simplici saltem

faltem at proportionali confusione haut inconveniens, adhuc tamen præsentior per simultaneam destillationem habetur, si (præstantissimæ præ aliis) *Aqua Hysterica Ulmensis imitatione copiose Melissæ recenti, unus alterve Manipulus Salviæ, Rutæ, Spicæ, Cinamomi præterea, Caryophyllorum, & Zedoariæ aliquid sub debita proportione si peraddatur, & per Vesicam cum aliqua Spiritus Vini parte. Aqua mediocriter Spirituosa* (quo etiam calentibus, siticulosis, hæmorrhagiis nimiis, &c. in & extra puerperium quadret,) abstrahitur: cujus dimidium simpliciter sit, vel etiam competentium accessu exaltatum, prompte præstabit, quod *Aquæ vitæ mulierum antiquiores recentioresve pollicentur: alterum vero dimidium infuso* (potius, quam toti destinandæ aquæ addito, rostrove alembici appenso) *Castoreo, instillatave ejus Effentia* sufficienter alteratum, efficaciter supplebit tantum non omnes toties interpolatas, aut frustranea simplicium conglomeratione vel alteratione variatas (hujus illiusvc) *Hystericas, sæpe calidissimas, item de Panace Heraclio, &c. (Aqua Tincturas liquidas Hystericas, Ebulinas, ) Spiritus cum Allio quoque, Cæpis, Valeriana Galbanoque, Hystericos aliosque castorisatos vel indifferenter camphoratos Liquores; siquidem ubi quædam hanc ferunt, Essentia ejus guttæ quædam in istiusmodi Aqua consimilive vehiculo haut difficulter sumuntur; ut profecto supervacua sit Spiritus Matricalis, (è solutione cum Amygdalino Oleo parata) camphorati præparatio. *Oleum Melissæ vel ipsa paucitas* (in ea Succinei, Rutacei, &c. sufficientia) excludit; ceu tot euporista vulgoque nota odoramenta *Acetum cuiusdam hystericum*; intus alias minus conveniens; si que acetosum quid omnino & in specie placet*

ceat vel requiratur, extemporanea tunc *Aqua Apoplectica*, uti vocant, *amara*: de qua mixtura alio loco diximus. *Extracta Hysterica composita* plerumque viribus (dum Volatilia dissipantur, fixiora vero non attinguntur) orba certe simplici, *Simplicium huc* (ex Alexipharmacorum, &c. classe) spectantium Extracto quovis superiora vix aut non deprehenduntur. Et cum Polychresti *Succini Essentia*, (*Elixiris Uterini* nonnullibi nomine) hic quoque multum possit; quemadmodum Castorei quoque *Camphoraeque* (in iis qui hanc ferunt,) *Essentia*, solitaria quævis, aut proportionaliter inter se (ceu alibi jam notavimus,) mixtae, vel *Olei Rutacei Succineive* modico, non modio, (uti in *Vulgari Elixirio factum* est,) insuper exaltatae, *Anodynus* præterea, *Cinnabarinis*, ac *Præcipitantibus* interpositæ: non videamus fere, cur diversorum haec tenus autorum *Hysterica* (sæpe non satis concinne intimiusve composita, aut nil novi præter mixtum aliquem Liquorem afferentia) *Elixiria* imperari, vel seorsim ex iis quoddam asservari debeat. Quemadmodum (modo dictorum Pulverum præsentiorum, acceptiorum, si que Jovialia tantum hic posse credimus, facile iis combinandorum intuitu,) nec *Speciebus, Trageis Pulveribusq; Hystericis*, etiam *Gemmis* alicubi (dum nobis Mater perlarum aut vulgationes Conchæ sufficiunt,) vel *Sali Jovis* sociatis, aut supervacaneis adversissimis ingredientibus miseris interdum magis commoventibus, *antiquioribus, recentioribusque* hic opus est: præsertim cum ejuscemodi consistentia paroxysmo non aut raro quadret, extra eum præserratorie, continuatio per quam sit difficilis. Nec in *Melissæ, Matricariæ, &c.* Sale peculiare hunc in finem quidpiam, in *Sirupis Hystericis compositis, Conditis, Marmeladis* similibusque dulcoribus plus noxæ

noxæ repetimus. *Pilulas Hystericas laxativas super-vacue fingi*, parilis simplicissimarum Laxantium, (dum' specificæ Tincturæ, Aquæ, &c. commodiis interponuntur,) effectus monstrat: *Alterantes solum*, (diffusiore hujuscemodi Extractorum mole istas admodum multiplicante,) quota passim continuat? sique referret, eodem effectu saltem è supraposito Extracto *Alexipharmaco*, cum *Castoreo vel ejus Essentia subasto*, &c. haut difficulter fingi possent. Atque hæc eadem opera de Hystericis.

*Citrum*, (ceu Mala ista hic locorum indifferenter vocantur,) tam quoad *extima quam interiora*, parabiliорibus Alexipharmacis Refectivisque collatum, in contraria syloge vix aliqua quidem requirit necessitas: ne tamen in ea hodie commerciorum facilitate famosum hoc agrotantium solamen penitus tantisper exclusisse videamur, si primo *Cortices* (pro Infusis Tincturisve compositis) domi potius debite siccati, quam *aliunde coempti*, (ut plurimum effecti) reponantur; *Conditos*, *Canthisatos*, & *Confectos*, uti & *Integrum cum Corticibus conditum pomum*, (acceptioribus sane vegetoribus *Recentis*, si praestò fuerit taleolis,) item *Morsulos de Citro* (subitanea illitione quibusdam alicubi representatos,) inter Bellaria vel Aulicarum labores; *Flores solitarios*, *Conservatos*, cum *saccharo* (prater *Sal aut Acetum*) *Conditos*, vel *Destillatos*, (certe haut adeo jucundos) inter supervacanea, & attentioribus Dispensatoriis jam prius expuncta *Aquam vita & Elixir Citri quodvis*, (si libuerit prompte imitabile,) potatoribus inter similes eorum delicias matutinas, *Balsamum* (inter tot fragrantiora) supervacaneorum ordini relinquentio. Si porro prædestill. etiam non putrescentis *Citri Oleo*, (ut plurimum è Malis a mediterranea

nea huc delatis, minus vegeto, tractuq; temporis hinc declinante, & in Mixturis complurium tunc gratiam pervertente, è Galeato vero vel vaporoso Balneo per quam pauca,) longe commodior acceptiorque reponatur *Liquor oleosus*, qui è derasa flavedine exprimitur, & postquam ab aquoso copiose subsidente succo per tritorium quadantenus separatus fuerit, diversimode adhiberi potest, tum per se solitariusque, tum pro impediendo tandem situ, cum Saccharo in molliculam, *Essentia citri*, etiam oleum destillatum aſſumentibus, in fragran- tia parem,) aut potius in *Elaosacchariformem fere consistentiam* redactus. Ita nec *Sirupo de Corticibus*, seu vulgariter, seu per elegantiora recentiorum compendia, modo haut uno parato, Moscho quoque & Rosarum Essentia (cum haec isti quoque, associati queant,) exaltato, (dum alias præ *Aqua Corticum citri*, Melissæ parabilior & æque sufficiens est,) indigebimus: minusque adhuc accidentariis, nimium hodieque inter Alexipharmacæ tractis *Seminibus*, aut *Expressi hinc Olei* admodum extensis promissis. Imo ipsa insuper *Aurantia*, (ægrotantium delectationi vel navigantium refectioni aptiora,) præter ullam rei medicæ mutilationem hinc dimitti poterunt; sive *Corticum* (*Colicis domi*) *siccatorum*, aut per *Confectionem vel Condituram*, (æque ac Citriis vulgo contingit,) semitruncatorum, sive languentis *Extracti*, nec præsentioris (ni præter necessitatem, laboriosius viribus aliqualiter conservandis insistamus,) *Siripi*, item (licet forte speciosioris) *Tinctura & seu Essentia*, *simplicis vel Composita carminative*, aut *Aqua Oleive* (taediose cariusque inter parabiliora) destillati, & hujus extempore ranei *Elaosacchari Balsamique*, sive decimum *Immatuorum Fructuum* (pusillorum, & nonnullis spe- cia-

cialiter commendatorum,) vim Alexipharmacam, Cordialem & carminativam spectamus : five *Florum* tandem, modo *Vini* (pro destillatione) *Spiritu*, modo *saccharo Conditorum*, modo in *Sirupum*, (exteris potius) decoctorum, modo in famosæ *Naphæ Aquam* destillatorum gratiam atque fragrantiam, qualem nauseabunde dulcem odorem, (missò solum Peregrinitatis circa talia, *Jasminum* &c. studio) etiam in Veprium Dumetorumque nostrorum floribus revera invenias, serio expendimus.

Ita nec *Croco* paulo compendiosior selectus adeo indiget, Anodyna sane citrā ejus (alias haut admodum proportionalem) accessum, nihilominus sat bona sunt ac tuta. Verum ne famigeratissimorum, ac satis cararum Antherarum omissione, Materiam medicam nimis mutilare dicamur, accedat per nos diffusiori apparatui, (citra curiosorem secundum exteris Regiones delectum,) saltem sat fragrans, non mucidus notabiliterve falsatus; ut non quidem indifferenter, in quælibet fere Remedia, etiam incompetentissima Topica dilapidetur; sed Majori forte cuidam Antidoto Tinctoræ pro more, (veruntamen ibi citra perversam *Tosturam* pulveratus,) adjiciatur; aut *Extractum* inde confiat, non (deprædatorio & ingratum quid affricante) *Vini Spiritu*, sed longe vegetius saltem cum Aqua simplici: missa Rosaceæ perditione, missaque simul *Vulgari*, vel (si pro majori exaltatione Alcali nitrosūm addere volueris,) languidiori & fere spicea tantum *Essentia*: ceu reliquas quoque Chimiæ curiositates flos tenerrimus & in suo genere sat essentialis, haut adeo tolerat; & inconsideratissime hinc (tantis impensis) in tantillum *Olei* destillatur; aut pro *Cocco illo Off.* (dum vilioris Vegeta-

getabilis Oleum extus satisfacit,) æque ac pro destillato Sabinæ, cuiusdam crocato, Galbaneto crocato, Oxycroceo, &c. consumitur; Vel ex oletis ingratissime Trochiscis, item *speciebus diacircumæ* appingitur. Multo vero magis hic hortorum forte areis relinquetur (inter Uterina aliqualis, inter Cordialis sane hospes & ingratiior) *Calendula*, cum *Aqua* & *Conserua* sua, nonnullis hyperbolica. Nec inter tot pariter fragrantia exigemus *Basilicum* (dum recens suaviusque Viridariis, aut Scorpionum, si in calidis regionibus felicius quam hic locorum procedit, Venatoribus aptius est,) siccatum, cum *Semen suo*, antiquariis quibusdam Compositionibus destinato: vel *Syriacum* denique (ceu olim vocabatur,) *Balsamum*; cum nostra medicatio & Theriaca hac in parte ob Mahumetani istius donatii defectum, & ipsi proin substituta etiam Europea Opobalsama, deterior non fuerit: uti nec ob *Peruani Tolutanique* cuiuslibet (etiam in *Oleum* prodige destillatorum) accessum, (quandoquidem intus Sulphurata, Succinea, Mastichina, &c. extus vel Therebinthina aut vile Hypericum nobis, satisfaciunt,) aliis perigrinitatis studiosioribus haec tenus felicior extitit.

*Vini*, ut in eo finiamus, frustraneam in tot Aquas destillatas consumptionem supra jam notavimus; ceu alii supervacaneum illud, quod pro Aromaticis nonnullis diluendis, Oleisque coctis preparandis frustra haec tenus insumitur. Pariter autem & specialis ille, (pro hac Aqua *Malvatici*, alias raræ in mediterraneis hisce aquis pro illa *Hispanici*, pro ista *Renani*, *Neccarini*, &c.) delectus, (procul dubio à diversorum in bibentibus effectuum observatione ad destillationes extensus,) justo curiosior; præcisa *Spiritus Vini Rhenani*, postulatio pene ridicula est quasi æque validius aliunde

de haberí nequeat; aut remotiorum quoque locorum *spiritus*, (etiam è *fecibus Cerevisiae vel frumentatio* pro parte constans, & inter destillandum è *Vini admisit is fecibus odorem assumens*,) eo titulo pa-  
sim non divendatur. Sane qui præcise specialiores in usus, *ipsius Vini Spiritu*, (tanquam eo, qui è *Fecibus*, post varios quoque & operosas rectificatio-  
nes provenit, aliquantum acceptiori) omnino in-  
diget, bibitorum noxas, præsertim volatilem Vino-  
rum, (Arthritidis Parensque alicubi autorem) Tar-  
tarum, (nonnullis suppositum) nil veritus, suffi-  
cientem, è parabiliorum generosiori quovis secure  
habebit. Sed *Quintarum subtilissimarumque Essen-  
tiarum* nimia superiorum seculorum promissa) for-  
san insuper accedente potatorum, æque ac circa  
Tabacum consuetudine, ) admodum nunc claudi-  
cant, ut talia cum *vegetiore Liquore*, per *extremifri-  
goris concentrationem* quasi ad novam Zembiam  
colleto, huc referre non sit opus. Quod autem  
externos (in Chimicis laboribus ipsisque subtiliorib-  
us Incerationibus, &c.) usus attinet, si denuo præ-  
cise *Vitis genimen* requireretur, parabilior hinc  
inde *Fecum*, (post destillationem etiamnum, si  
exiccentur, polychrestarum,) *Spiritus* nihilo inve-  
nietur inconvenientior: at qui Ardentium istorum  
omnium naturam & applicandi vel agendi mo-  
dum hic expendit, (licet particularum volatilem  
præsertim sulphurearum aliqua inibi sit diversitas,)  
a Viniferis tamen regionibus remotior, pro ejus-  
modi laboribus, Aquarum spirituosarum destil-  
lationibus, Tincturarum, Essentiarum vel Extra-  
ctorum præparationibus, &c. nec *Frumentaceum*  
(vulgo venali *Fecum* *Spiritu* alias *jucundiorem*,)  
aut *Hydromelinum*, (ceu in generalibus etiam nota-  
vimus,) aspernabitur: sive simpliciter sic Subjectis  
minus

minus resinosis salinisque nonnullis, &c. in specie minus dephlegmatum ferentibus aut exigentibus, adhibendus fuerit; sive denuo *super Cineres vel Calcem vivam rectificatus*; aut amplius *per Sal Tartari*, istud inibi *dissolvendo*, (quo multa Phlegmatis pars, instar Olei deliquati, fundum petit;) vel potius de-*super abstractendo*, (ubi per retortam quidem, post aquositatem quoque extillatam, ultimæ guttæ ma-*nifesto* salinæ exeunt,) *dephlegmatus*. Saturatio vel *combinatio cum Salis* (præ Vitriolico fere conve-*nientiore*) *Spiritu Armoniacali urinoso*, (præsertim si ardens hic non fuerit extreme dephlegmatus,) etiam citra destillationes vel singulares digestiones in æquivalentia sua haut difficilis, sed non hujus loci selectusve est. Tantillum *Oleositatis* vero, quod rectificatori Vini Spiritui cum Salis concentrato Spiritu digesto, nonnunquam (ceu sponte quoque è generosioribus fecibus destillato contin-*git*,) supernatat adeo singularis efficaciæ non de-*prehenditur*; & si curiosior expetat,) facilius à destil-*latoribus*, (istud rectificati Spiritus Vini residuo su-*pernatans* colligentibus,) levi pretio Viniferis in regionibus emitur; paucis (dum Spiritus alcolis-*tus* hoc nomine passive venit, aut oleosi quid post secretiores adhuc infractions vel digestiones inde quæsitum est,) notatum, nec proinde tamen, (uti intus inter cordialia, & pro *Vini quoque melioratione*, tam *super Alcali aut Salis Spiritum*, quam conve-*nientius* *per Vesicam rectificatum*, vel in *Essentiam* cum triplo Spiritus Vini alcalifati redactum varie tentavimus,) promeritum, ut alias minus jucunde, etiam post rectificationes olens,) huc referens. *Mu-  
sto* una pro melioratione illa additum, (præter exoterici fere quidpiam in sapore & odore,;) parum de cætero conferre videtur; dum in quæsita hinc qua-*licun-*

licunque fortificatione potiores Spiritus ardentis partes sunt : æque ac alii *Vinajam fermentata flaccidescientia Saccharatis sollicitare conantur*; licet in utroque artificio haut æquo semper Gratiarum aspectu. *Tartarus in Vini*, data opera destillati *residuo concrescens*, utut à nonnullis adinodum , (ceu è Salis Essentialis prosapia ) commendetur, experientibus tamen vix quidpiam ultra vulgare Acidum vel Crystallos Tartari præstat : nec *Julepi de Vino communis effectus tantus*, ceu *Correctus* quasi quædam Aqua Vitæ est, ut præ vulgari quoque Jusculis Analepticis ac Panatellis, extemporaneis Limonatis , aut per duorum inversorum Vitrorum, (inferiore Vino , superiore Aqua repletorum,) reciprocationes infractis , fructuumve alterantium Essentiis attemperatis Vinis , aliisque Aulicarum Dilutis item (ab altera parte,) Claretis similiter extemporaneis , Vini cum Aquis aromaticis, Essentiisve competentibus &c. mixturis, huc referri mereatur.

Quin potius residua, quæ inter *Cephalica Nervinaque* magis recensentur , jam persequamur : & quidem si primo hic posuerimus *Lilium Convallium*, non tam (orientे tunc quasi Nicotianæ odore,) solitarie, vel cum ipsa *Radice* , (inter tot usitatoria & polychresta Ptarmica ,) *siccatum* , quam recens potius in *Spiritum*, (citra damnosam sæpe Fermentationem,) abstrahendo , sub mediocris tamen temperiei observatione destillatum , & ut Florum flagrantia sic quidem non attingatur, nihilominus sat jucundum : missa *Aqua simplici*, effœto *Extracto*, adversa *Conserva* , & *Oleo profecto* tædioso. Si porro accedat *spica nostra* , *utralibet* , in *Herba Floribusque conjunctis* : aromatica vi non solum *Celticam* , sed exuta saltem peregrino-  
ruim

rum complacentia,) ipsam *Indicam*, (cui tamen Celticam parem, ceu huic Valerianam in Substitutis fecere,) expertis alibi superans, alibi exæquans, etiam (dum Rhabarbarum hodie cum Spica dari desit,) in magnis istis Compositionibus. Sique dimissa herbita *Conserua* abstractitii Spiritus, (cum ardente quovis parati) tertia vel (pro roboris ratione,) quarta pars, (*Oleum* copiose simul profluens aliis Cephalicis adjiciendo, emptitum vero, raro falsationis expers, veterinis mechanicasque non-nullis relinquendo,) diætæ Liliorum convallium Aquæ spirituosæ misceantur, *Aqua Apoplectica sive Cephalica* (post paucorum dierum repositionem) proveniat fragrantissima : tam solitarie, quam superiorum Aromaticarum etiam extemporaneo accessu sufficienter in hoc genere præstans, quod tot (inconsideratæ compositionis, aut frustraneæ saltem variationis,) *Spiritus & Aquæ* (diversorum autorum) *Apoplecticae, Cephalicae Mirabiles, Aureæ, Salvatæ, Levendulatae, contra Vertiginem, &c.* in vulgaris haëtenus libellis largiter promittunt, at per frequenter (cum judicio quoque datæ,) parum servant ; dum sæpen numero intensiori (per accessoris, aliterve affectatum acumen, caliditate, vel incompetentia (Laetantius, Hystericis Hypochondriacisque haut paucis) Dulcoratione, (quo *Epileptica puerorum cum Rotulis perlatis* pertinet,) rem potius pervertunt, aut affectus exasperant: vel herbido saltem adversiorique odore (inter inconcinnam ingredientium proportionem) refectivam jucunditatem expectantibus confundunt; aut labores, Vira atque expensas supervacue tantum multiplicant. Ita quod *vulgares Picarum, & tres Hirundinum Aquæ*, (quo merito loco hoc recenseantur,) præ se ferunt, solidarium relquarum saltem Specierum Destillatum,

aut Mixtura nobis jam olim, citra omnem pullitie i  
associationem præsttit; nec (dum circa recentio  
ra additamenta vel imitationes postmodum occu  
paremur,) vivorum semianimati quasi *Latices* soli  
di & præ parabiliорibus quibusdam, (ceu *Lamii*, *Ia  
cea* & *hortensis*, germinis *Avenæ*, &c. *Aquas*, *Succum*  
*Sedi majoris*, &c. mulierculæ cum qualicunque in  
terdum alteratione propinant,) specialioris quid  
piam tantopere conferre visi sunt; utut residuorum  
ingredientium *Sale fixo*, *volucrumque Volatili*, (in  
notoria tamen amborum repugnantia,) secundum  
præscriptum saturati essent. Idein sane obtinuimus,  
si modo dictæ consimilive excitatoræ Aquæ, (per  
temperatiorem aliquam etiam prius, si opus fuerit  
infractæ,) *sæm Cornu Cervi rectificatus*, vel alibi  
*Salis Armoniaci Spiritus*, alibi *Essentia Castorei*, (so  
litaria, vel *cum Rore minerali*, *Acetove medicato*,)  
permiscebantur, quo non solum *correctiorum e Pul  
lis, reliquarumque Apoplecticarum & Cephalicarum*,  
(cum & sine *Castoreo*, cum & sine *Acetosis*, &c.) pro  
positarum *Aquarum succedanæ*, verum etiam *sin  
gularioribus, e Mineralium prosapia potissimum peti  
tis*, haut adeo tamen interdum latisfacientibus æ  
quivalentes aut magis polychrestæ Mixturæ prodi  
bant vel ex tempore. Ceu pariter loco *decantata*  
*Apoplectica amara* muliercularum Aquæ, citra pec  
uliarem destillationem sufficientissimus habetur  
Liquor, dummodo (ceu alibi quoque notavimus,)  
prædictæ Aquæ nostræ Apoplecticæ simplici, Ace  
ti rutacei dimidium cum guttis aliquot Essentia  
castorei addatur.

De cætero si haec tenus nunc positis omnino quid  
piam pro diffusori apparatu agglomerandum fo  
ret, esse forsan posset *majorana*, (*Maro vero* jam pri  
dem sanioribus expuncto, *semine vero Conserva*

que Amaraci interea diuinissis,) herba; ut Aquis  
image compositis adjiciatur, vel potius aliquan-  
tum spirituosa inde seorsim, ut & Oleum, (è quo ex  
tempore, pro lubitu Balsamum aut ipsum Elaosac-  
charum confiet,) destilletur. Sique tandem pro su-  
perpondio accesserit, in fragrantis (non quidem  
*Cretici*, sed tantum *nostratis*) Thymi vel æquipollen-  
tis *Satureja* defectu, vulgatissimum saltem *Serpil-  
lum*, præcipue pro *Abstractio*, (*Simplicique* potius,  
quam aliquorum *Composito Benedicto*) *Spiritu*, extus  
imprimis non contemnendo, aliis destillatis, Tin-  
cturis, &c. competentibus, (*Aqua catarrhalis* quo-  
rundam imitatione) haud difficulter exaltando : sa-  
tisfieri sic (ut probe scimus,) poterit omni quæ è re-  
liquorum insigni congerie vulgo concipitur, expe-  
ctationi; nec indigebimus insuper (præter jam ex-  
puncta) seu *Cretico nostro* (balneario fere) *Origa-  
no*, seu *Stachado* (etiam è Gallis) *Arabica*, (inter  
tot succedanea, & vulgari *Citrina* nonnullis requi-  
sitis, siquidem opus foret, satistacente;) cum exo-  
letis inde *triformibusque vulgaribus correctis* (in-  
ter tot penetrantiores Tincturas & Essentias cepha-  
licas,) *Sirupis atque Conserva*. Non inusitatori ali-  
as *Polio*, vel depastis ut plurimum *Schananthi* cul-  
mis, ob aromatici tantillum afferti certe vix pro-  
meritis; non inconsiderate hic *siccatis Tilia* vel *Con-  
servatis floribus*; aut (elegantiori quidem) *Veris pri-  
mula* post *exiccationem* magis adhuc languente; e-  
jusve *Conserva simplici* vel aulicarum alicubi *Sicca*,  
*Extracto* admodum effæto *Fermentato*, *Sirupo*, *Melle*,  
& si quid aliud inde, (expectationem etiam dum *re-  
cens*, & que ac *Tilia flos* fuerit, intus in plerisque fal-  
lens, vel additamentis potius effectum debens) una  
cum supervacaneis *Foliis radiceque* petitur. Non

*Thymi Satureiae oleis, aut (Origanique) Aquis: imo  
 (ni Compositarum quarundam causa Manipulos  
 aliquot, nullibi tamen non habendos, seorsim re-  
 ponere placuerit,) de cætero ne *Salviae* quidem  
 adeo, seu lotis seu illotis *foliis ac floribus*, solitariis  
 vel *Conservatis*, aut (non sine multa debilitatione)  
*Extractis* vel in *Essentiam liquidam* dilatis; uti nec  
 tædiosiori *Salvia Oleo*: nec ipsa (quamvis olim de-  
 cantatissima,) cum *floribus suis Betonica*, indeque  
 parata *Conserua*, (cephalicorum conditorum matre  
 vulgo seu basi,) *Extracto* languido, ejusdeinque for-  
 tis (ni præter necessitatem operosior instituatur  
 confeccio,) *Sirupo* (dum *Compositus* alias eviluit,)  
*simplici quovis*, aut ob dimidiā unciam dicto *ac*  
*Betonico Emplastro*, inter tot affecto capiti satistaci-  
 entia, destillationesque securius impedientia; ut  
 nec operosiora carioraque recentiorum *Substituta*  
*Cephalica*, nec antiquorum ex parte huc pertinens  
*Gratia Dei &c.* pro expeditiori Praxi exigantur. Sa-  
 ne nec Chirurgorum *cephalici Sacculi* sine Betonica  
 deteriores sunt; dum alibi solus cum calefacto Vi-  
 no fotus, alibi unum alterumve è vegetabilibus ha-  
 ßenus selectis consimilibusve Euporistis, (etiam è  
 fæni, Trifolio exuberanteris retrimentis subter  
 colligendis,) apprime tatisfacit: quo nec (lauda-  
 tissimi quidem) *Rorismarini hortensis*, (nam *sylvestris*  
 in ea raritate nunc fere circumforaneorum est,) ne-  
 cessitatem videmus, ut ejuscemodi Topicis, mi-  
 nusque adhuc internis usibus adeo vindicentur *Fo-*  
*lia, sola*, vel (ubi tolerabiliter suppetunt,) *Floribus*  
 interspersa; aut *Oleum*, præter rem care satis destil-  
 landum, herbidave *Conserva*, vel supervacanæ  
 (inter tot aromaticæ) *Dianthos species*, ant rari usus  
*Mel officinarum antiquius recentiusve quodvis Extra-*  
*ctum**

tum alias effectum, *Essentia liquida languida*, *Aqua implex ipsaque* sp. rituosior adversi saporis est, Compositasque alias sub paulo liberaliori herbæ florume accessu similiter tales reddit: sane præ Cephalitis Odorisque nostris hinc inde positis, præsentius uidpiam non præstat; uti nec frequentatores aduc, (sed opinioni traditionive plerunque potius uam realitati cuidam innitentes,) *Betonica*, *Salvia*, *Primula veris*, præque reliquis mulierculis ommendata *Florum Tiliae &c. simplices* (raro priuitiivi sui gratiam attingentes) *Aqua*; ac horum liquod *Abstractii*, quemadmodum & *Cerasorum* iigrorum diversimode (sed fama effectu, ni *Spica* inc adjiciatur particulo, passim majore,) conquiti *Spiritus*.

Ipla *Paeonia* tum maris tum *famina*, etiam ad superstitionem usque collecta *Radix*, (in taleolis) apensa, pulverata, decocta, condita, imo destillata quoque, quantopere expectionem curative fallat, nc inde non sine tædio observamus. Nec adeo præsentius est *Florum* utut speciosiorum, *Destillationem*, (Aquis aliis excitatoriis, etiam citra eorum cessum, præter efficaciora nonnulla specifica, fficientibus;) uti nec *Extractum* (parumper de cæro ad impediendum situm saccharum; sive è dictis oribus recentibus aut siccatis, sive è Radicum exterio- cortice, vel superstante (effectæ) *Facula succo* patum fuerit; licet alias *Siripi* (varie usquedum propositi,) *conserva Tincturaque* (e floribus vel extimis rticibus confecta,) imo ipsius *Extracti Diapaenias* lcum evidentius complere posset: si quidem hic gra alias correctiones, *Essentiæ* quædam similia- ce competentia haut difficulter, si opus foret, ad- jacentur; aque ac tot *Extractorum Cephalico epileptorum vegetabilium*, (ut plurimum desidum, vel

exigua ingredientium inter se proportione , aut ad extractionem aptitudine usquedum constantium) vice, parilis *Mixtura* eodem modo confieret. Sed parecā hæc nostri nunc non sunt selectus. *Semen Pæoniæ* in majorem aliquibus præ se ferret speciem: verum et si Cephalicis quibusdam Pulveribus adjiciatur, in se tamen antepileptici parum contribuit , puellarum Armillis tantisper aptius ; ceu *Oleum destillatum vel expressum* iis , qui otium citra tedium ejusmodi minutis impendere consueverunt: *Aquam Panacis Heraclii* paulo ante inter Hysterica adduximus ; & si quæ ulterius in specie *Epilepticæ* dicuntur , (hujus illiusve Autoris olim aut nuper nomine;) saltem inter ponderum variationes , ingredientiumve transpositiones parum præterea vel nil amplius præstant , quid in *Aqua Liliorum convallium s. vel cinamomifata* , *Apoplectica supraposita s. vel castorisata* , &c. similiter exuscitantibus aut stomachi nervos demulcentibus non inveniatur. Ejusdem vero sortis & *Viscum* est, sive (pro præscribentium opinione,) è *Quercu*, *Pyro*, *Pomo*, *Cynosbato* , sive speciosius adhuc è *Tilia* , *Corylo* , ipsave (infidi *Periapti Sambucini* matre) *Salice* recisum & *Pulveratum vel appensum* , aut in *Spiritum* quoque (acido è *Corylino* , *Guajacino* ligno nihilo hic pollentiorem,) destillatum fuerit. *Extractum* solitaria stolonum raspatura (forsan interdum aliquid absorbente vel invertente , ) adhuc debilius deprehenditur. *Aucuparium*, (bonum alias, sed pene neglectum malacticum , epispasticum & intermixto sulphure resolvens,) sociis istis linquamus; *Squamariam cum Aqua sua* , *Lunariamque botryoidem* (hic tamen interdum non contemnendam,) in ea talium raritate, queimadmodum & *Pulsatillarum Ursique*, (sed nostra quidem observatione *Doronico* remis-

missiorem) *Auriculum* curiosiorum experimentis; *Nigellam* (dum supervacua est ejus *Præparatio*, & *Aqua Oleique* collectio,) villicorum periaptis ac suffitui: *Antkirrinum* manifestioribus circa incantatos comprobationibus: *Anacardos* denique crudos aut frustra *Præparatos*, cum *Melle suo*, *Confectione que vulgari* perpetuæ oblivioni; promissis enim haut adeo se exolvit, ut proin nec *Liquidam* inde *Essentiam Confectiones* & *correctiores*, &c. exuscitaticem vim accessoriis potius debentia, huc trahenda videantur. Quemadmodum nec *Euphrasie*, toties caliginosos, vertiginososque (etiam in *Pulvere*, *Conserva Infusoque* continua,) fallens, ejusve *Simplex* vel composita *Communitatis* (inter tot detergentia balsamicaque *Topica*) *Aqua Spiritusque* ad internos aliquibus usus *Compositus*.

Qui diffusiori apparatu dicuntur, forsitan *Verbenæ* (missa obstetricali *Aqua*) vel potius *Anagallidi* & *Phæniceæ Cæruleave Extractum*, (similiter neglecta ejus *Aqua*,) superaddere possent. Sed utrumque *Simplicio suo* (gregariis nonnunquam conferente) deprehenditur debilius, posterioris vero loco poly-chrestum *Hypericinum* sufficit. Quantum autem ad residua, revera pleraque superiorum annorum *Extracta cephalica composita*, *Majora atque* (ceu inventoribus dicebantur,) *Minora*, deperdita ingredientium volatilitate languent; quique è paulo ante positis sequentibusve Aromaticas Aquas, *Spiritus volatiles*, *Olea destillata*, *Tincturas Theriacales*, *Anodynæ*, *Essentiam Succini*, consimiliaque alia per se, vel respective cum analogis *Extractis* &c. in *essentiales Liquores* inter se vel ex tempore, simplicissimeque mixta convenienter adhibuerit, non solum istorum *correctivis* aut *substitutis*, à diversis diversimode multiplicatis, verum etiam alio-

rum *Diapæonia* & reliquisque *Cephalicis Epilepticis* Elixi  
 rīs atque Mixtūris, & magis adhuc (pro forma tan-  
 tum, citra notabilem effectum, sāpe non sine ma-  
 nifestaria noxa in eam consistentiam redactis) *Siru-*  
*pis. Cephalicis Epilepticisque* facillime carebit. *Salia*  
*Paonia, Salvia, Verbena, Euphrasia, Origani, Majora-*  
*na, &c. fixa simplicia*, vel cūdā etiam *Composita*  
*Cephalica*, alias specifici parum huc conferunt. Et  
*Pulveres* ē supradictis vegetabilibus Antepilepticis,  
 varie (cum Aromaticis quoque & Pretiosis, imo  
 ipso raspato, foliato, vel ulterius resoluto Auro  
 (permagnis promissis *Compositos vulgares, Epilepti-*  
*cos, Diapæonia, Marchionis &c.* solitarios nil pene,  
 aut accidentario saltem interdum quidpiam haēte-  
 nus hic potuisse, sane palam est; quiue solum qua-  
 lecunque saltem solamen potius ab accessoriis  
 Præcipitantibus, in sympathico fortasse malo pro-  
 fectum notaverit, nec recentiores usque dum substitu-  
 tos, nucleorum seminumque Maslis, Magisteriis,  
 aliisque pretiosioribus, item permultis exotericis,  
 molem (in Paroxisino inconvenientissimam,) au-  
 gentibus varie constantes *Epilepticos Pulveres ac*  
*Species* seorsim requiret, solitario euporistoque quo-  
 dam Invertente, ē Minerali Animalive regno pe-  
 tito, & Cinnabarinis Anodynise competentibus  
 exaltato, secure contentus: ceu amplius in istarum  
 classium recensione postmodum hāc perseque-  
 mur. Eadem vero dubio procul est *Præservatorio-*  
*rum* quoque ratio ac fundamentum; præsertim in  
 Infantibus, quibus pauca Pulveris nostri *Bezoarti-*  
*ei albi suprapositi* grana plus conferunt, quam ma-  
 gna *Paoniatorum, Olibanatorum, &c.* quantitas:  
 Irenisque potius esse videtur, quod (præter alia  
 matrumfamilias usualia,) *Pulveri puerorum com-*  
*muni*

munī adscribitur, Residuos *Cephalicos*, *Apoplecticos*, *Mnemonicosque Pulveres*, & è supra recensitis  
huc spectantes species partim expectantes vota no-  
tabiliter descrere, partim si specificis seu Appropri-  
atis quibusdam Involucrum quasi quoddam (ex A-  
romaticorum & similiū remissiorum vel alieno-  
rum vegetabilium genere) omnino requireretur, in  
diffusissimo quidem apparatu vel *unica sub formula*,  
(diversimode sic applicabili,) sufficere, in contra-  
dictiori vero sylloge, extemporanea talium, (siqui-  
dem exigeretur,) Mixtura consultius compensari  
posse quis hodie diffitebitur?

Sic loco tot *Simplicium varieque Compositorum*  
*Balsamorum Cephalicorum*, præcipue *Apoplecticorum*  
confiniumque loco, nostris quidem nunc inten-  
tionibus *Unicus* similiter satisfacit simplicissime  
sub debita genuinorum aliquot Oleorum propor-  
tione mixtus, siveque (dum Moschus ac Zibetha  
defuerint, languidioris vero Ambræ pretium me-  
rito declinare voluerimus,) nihilominus sat fra-  
grans; uti hujus generis Formulæ tritioribus libel-  
lis familiarissimæ existunt. Quantus autem *De-  
tillatis istis Nervinis, Vitæ Mnemonicis, Antipara-  
lyticis, &c.* decantatissimis quoque, sed utpluri-  
num incomptioribus, vel Empyreumate infectis  
*Balsamis* effectus superest, quem Olea quædam  
convenientium simplicium inter se mixta, imo  
solitarie solum adhibita non compensent? Me-  
noriam hisce raro auctam, phantasticum potius  
ninc incrementum, & post siticulositatem quan-  
tam supervenientes Epilepticas tandem convul-  
iones vidimus; ceu Contracturæ aliæve noxæ,  
etiam citra Agyrtarum in artibus abusus, haut in-  
requentes inde sunt. Qui vel facilitioris dispen-  
sationis causa hujuscemodi (alias equidem extem-

poraneam) *Compositionem* reposuerit, v. g. Oli-  
vum aut Nucum Oleum, tanquam è *Perfitorum*  
*nucleis vel amaris potatorum Amygdalis* (quibus Pru-  
norum *Cerasorum ve nucleos* alias substitueret,) aut  
insolentius adhuc è *Nigella*, *Carthamo*, *Eruca*,  
*Ricino ve expressis* parabilibus, & nihilominus di-  
vertimode sufficienterque accommodandum  
vel exaltandum, Destillatis aliquot medicando,  
vel infusis Simplicibus sulphureis conve-  
nientioribus, (ne *Terebinthina*, *Styrace liqui-*  
*da*, *Balsamo Peruviano*, &c. poros inviscanti-  
bus intimior penetratio impediatur,) saturando:  
profecto non solum prædictis: per *destillationem*  
*Compositis*, verum etiam reliquis Externis resol-  
ventibus, olim inter penetrantiorum defectum  
profusissime infectis, (v. g. *Costino*, *Nardino s. ac*  
*composito*, *Resolutivo excellenter sic dicto*, *Sampsu-*  
*chino*, *Enulino*, *Castorino*, *Piperino*, *Liliorum alb.*  
*composito*. imo quoque de *Euphorbio*, *Infusis spiri-*  
*tuosis aptiori*, de *Styrace &c.*) prompte carebit;  
nec cur talium *Variationes*, penitiores *Correctiones*,  
aliasve (*sub supra dictorum Simplicium*, vel *composi-*  
*torum Nervinorum*, *Antepilepticorum*, *Antapople-*  
*ticorum*, *Moschelinorum*, *Carminativorum*, *Poly-*  
*chrestorum*, &c. *Oleorum ac Balsamorum titulis*,)  
propositas Formulas, (in *Expressitiis* ut plurimum  
debiliores, *Infusa* per resinoflorum dissolutionem  
quasi inviscantes, utrinque per extemporaneam  
mixturam facillime supplendas, superaddere de-  
beat, necessitatem aliquam inveniet. Quemad-  
modum amplius, si *Unguenti* consistentia fortasse  
videretur certas in circumstantias commodior, &  
vel à patrefamilias, aut usus demum tempore  
malaëticum simulque resolvens quidpiam, fami-  
liarior scilicet quædam, *Pinguedo*, ceu ipsum *Bu-*  
*tyrum*

tyrum, simplex herbisve nonnullis alteratum, haut  
 immerito, vel ortos sui causa huc trahi posset, su-  
 pradicis Oleis solitariis aut inter se confusis pro-  
 portionaliter admiseretur; compendiose sic &  
 æque feliciter habebitur, quicquid in (vilescenti-  
 bus nunc alias) *Aregon*, *Martiato*, *Nervino*, de  
*Bdellio*, *Dialtheæ composito*, &c. *Officinalibus*,  
 vele *Veru insuper* (fartis *Taxis*, *Canibus*, *Anseri-*  
*bust*,) *distillatis unguinibus* quæsitum est: nam  
 reliquam longe evidentius faciliusque *Vesicatoriis*,  
*Rubicantibus*, &c. item saponariis plebejorum mix-  
 turis, *Sacculis Fomentisque transfigi versatores*  
 norunt: ut nec (diversimode his haec tenus superad-  
 dita) *Paralytica*, *Resolutiva*, *Carminativa*, *Nervi-*  
*na*, similiaque præter rem saepè cariora vel operosi-  
 ora) *Unguenta* pro curationi Praxi ac Pharmacie-  
 cio tantopere requirantur: ceu pariter quod è Re-  
 solventium residuis communiter huc relatis, aut  
 seorsim reservatis, *Loto* (etiam in *Aquam* de-  
 stillata, *Trifolio*, *Logapo*, *Galilo Martiati unguenti*  
 assecla,) imo ipsis, (ni vulgaribus tonsorum per-  
 suasionibus *Emplastroque* suo dare voluerimus,) *Meliloti albi luteæve Summitatibus* (missò præ *Fanu-*  
*graco*, *Semine* & *Aqua*,) hic expectatur, in *Fan-*  
 saltem retrimentiis minutisque supra jam notatis,  
 Seminis nomine venientibus, (ut Matrum fami-  
 lias *Chamomillas*, *Hyoschyamtum*, &c. taceamus,) largiter invenitur; vix autem in *Abietis Piceave*  
 vel *Pinastri*, *Strobilis cortice* & *Summitatum* glu-  
 tinositatibus (siquidem e *Pinu Cupressove* talia seu  
 roborandi, seu insuper stringendi causa petere  
 profecta supervacaneum, uti *Oleum e Cupressi raspa-*  
*tura* destillatum, odorum at curiosius, nec hujus  
 loci est;) quod secundum consuetas commendatio-  
 nes *Arthriticos Resolutosque singulariter fideliter*  
 ve juvet.

*Emplastrum resolventia, tam usitatoria hactenus,* quam per aliorum variationes aut correctiones diversimode superaddita; tot sc. *Nervina, Arthritica, Andipodagrifica, Ischiatica*, (malum per accefloria pinguisa, resinosa similiaque tractiva plerunque magis exasperantia, vel licet *Hyoscyamina* quoque & alia *Anodyna* accedant, pro forma tamen tantummodo & opinotenus, donec dolor interea cum impotentia cessarit, gestata,) tot operosa saepe (dum simplicissimum est *Colopkonia & Succino compositum* sufficere posset,) *Diaphoretica* ac reliqua hujus sortis opercula, vel solum *Disulphuris vulgare*, (competentiori tamen quam communiter prescribitur, ingredientium proportione compositum) æquat aut superat; ceu tonsorum quidam euporistum est sive *sutoria cum Sulphuris polline* subacta parili successu adhibent;) alibi (pro affectuum ac circumstantiarum ratione, quamvis sub alio operandi modo;) præstantissimum illud ex *Oleo seminis Hyoschiami expresso* (simplici, quidam enim sulphuratum quoque adhibent,) cum succo proprio cera & *terebinthina tantillo* paratum elegantis viroris & effectus, (cuivis insuper *Splenetico*, de *Ammoniaco*, *Sicuta* vel *Tabaco*, &c. tenerorum persuasiōni datis, aut accidentariis, saepe plane vomitorii Emplastris par vel superius,) longe magis benefacit: ut denuo præsentiora, alibi quidem *Vesicatoria*, alibi vero *Nitrata*, *Alcalata* vel *Medicamentoso Lapide alterata Topica*, præstantissimos *Spiritus volatiles urinosos*, item (dum effectus certi interdum admittunt,) *Olea* destillatur parabiliora & *Balsamica*, vel solitaria (cum illiquata saltem *Terebinthina extensa*) *Gummata resolventia* (magis usitata,) &c. prætereamus *Febrifuga e Seto*, *Araneis similibusque hactenus nota Emplastra*. Quotidianas *Tertianasque*, sub accurriori nunc

nunc methodo vix exigere, Quartanas autem non, aut vix aliquando tandem revereri, alibi notavimus; extemporanea interea ejus generis *Cataplasmatum*, æque tum sufficientium compositione. *Hydropica*, (quanta etiam,) vanum veri perfectique morbi (nam perfunctoriae lympharum restagnationes internis aliis commodius solvuntur,) solamen, *Ceroneum Cerineque* (haut inepte quidem Nitratum,) *Cerata* hodie exoleta, famosissima demum *Oxycrocea*, seu vere seu citracum (diversimode nihilominus aliquinque in scopum) confecta, quamcunque etiam Indicationem aut assignatam virtutem spectamus, (inter superiorum sequentiumque resolventium ac roborantium collationem) profecto superflua, in Fracturis (nonnullorum more, præter reliquos abusus,) mage ab initio plerumque noxia sunt.

Ita qui laudatum modo de *Hyoscyamo Emplastrum*, solitarium vel aliis malaëticis aut resolventibus, pro scopi ratione convenienter exaltatum, ubi vero suppuratione festinanda fuerit, *Cultes ac Cataplasma domestica*, (longe nunc præsentiora) considerate adhibet, ne quidem (tot editionum) *Meliotinum* huc arcesset: ni forsitan diffusissimos in apparatus, antiquiorum tonsorum, (mordicus Magistrorum suorum modis mediisque inhærentium) persuasionibus tale quidpiam, sed exoterorum Resolventium Gummatum respectu probe prius circumcisum dare, sicque *Cerati de Ammonaco*, *Diachyl compositi*, *Diachyli cum gummis antiquiorum aut recentiorum*, *Emollientis sedantis comp. conformiumque locum*, imo (per facilissima malaëticorum additamenta) ipsa *Emplastra ad Tophos*, & utrumque de *tediosissimo Oesippo*, (licet citra Saturniorum Mercurialiumve *Amalgamatum*

aut Malagmatum, vel alibi citra semivesicatoriorum Emplastrorum, aut plane Cathæreticorum accessum, revera spem fallant aut protelent,) supplere voluerit. *Matricale quoddam* mage commodum, & præ *Unguendis Balsamisque quorundam Hystericis*, ob contactum quasi conclulum aptius videtur; at simplicissime tantum, v. g. è Galbano & Castorei oleive Succini particula (citra gummatum reliquorum, Iovialium, Opii, aliorumve vegetabilium superfluorum accessum, & citra *Moschi Zibethique* in medio seu Emplastri seu abdominis sepulturam,) paratum: ceu laborum minus prodigis solum quoque *Galbanum*, *Cerati modo extensum* abunde satisfaciet.

Atque quo ipsa proin hactenus attaeta Gumma-ta, pro classis hujus complemento persequamur, profecto hinc sufficiet (è Graveolentibus quidem,) modo dictum *Galbanum* omnibus promissis, quæ seu intus in magnis antiquorum Confectionibus, seu extus in topicis digerentibus,) *Opopanax Sagapenoque* (sibi jam olim alias substitutis, aut invicem degenerantibus,) passim assignantur, vel hoc quidem in genere ex ipsa (penetrantissima licet) *Aza*, (inter tot uterinos muliercularum foetores, Indorum condimentis, veterinationumve praxi, aut curiosiorum specialiori contra Veneficia in *fætidis Emplastris* indagationi secure relinquendo,) provenire queunt. Imo qui loco *Ammoniaci* (intus alias tam in substantia, præsertim ea vulgo dosis exiguitate, quam in diversimodis destillatis haud adeo excessivi) insuper id adhibuerit, se non peccasse videbit. De cætero si Electuario cuidam Theriacali &c. adjiciendum fuerit, per nos (qui selectiori hic quoque acquiescemos, (prius depuretur: exterius compendiosa illa cum Terebinthina liquatione (ci-tia

tra consuetas tonsorum *solutions*, ni certum topicorum genus id specialiter exigere creditur, ) dilatum, oppido sufficit; aliquorum *Galbanata diversiformia Emplastrorum* extempore quasi hac ratione satis exprimens. Olei vero inde destillati, (quamvis tædiosorum adhuc ex *Opopanax* & *Sagapeno* locum explere, subque facili Spirit. Therebinthinæ oleique cujusdam cephalici proportionali mixtura, laboriosa nonnullorum *Galbanata* compendiose referre queat,) necessitatem quandam non videmus; *Ceræ Pinguedinis* ve alicujus aut potius *Saponis Oleo*, (dum graveolentiora è Tartaro Vegetabilibusque nonnullis, item ex Animalibus eorumque Productis, data opera, etiam post rectificationem nolumus,) undiquaque contenti.

Inter *Suaveolentia* nunc *Gummata* convenientius accedat primo fortassis *Olibanum utrumlibet*, talitem selectius : & ipso *Thymiamate*, in gratissque nata *Thuris Manna* facile carebimus ; ceu *Ophthalmicis Sarcocolla* quoque, (alias supervacanea,) sive *cruda*, sive ( pro acrimoniæ suppressione sc.) incongrue *Nutrita*, Sief album sane sine ea, vel adjecta tantum *Thuris* particula, nihilo est debilius. Pulveribus Cephalicis istud per nos addat, qui volet: *Species* tamen *Diaolibani* uti exoletæ, ita tanti momenti non sunt : *recentiores* vero *Cinnabari* suum debent. *Oleum* autem tam *clarum* ac *subtile*, (etiam citra nidorem, modo non uno destillatum,) quam subsecuum nonnullibi *crassius*, quænam Indicatio vel specialitas exigit? Sic porro potius *Masticæ* tum in Topica quædam ac *Suffumigia*, (quando sylvanis quidem *Formicarum massæ* æque jucunde spirare, experientibus autem parum ultra vulgarem resinan agere videntur;) tum, pro diffusiori tamen apparatu, in *Essentiam liquidam*, cum Spiritu Vini alcali-

calisato communi vel etiam aromatisato stomachali confectam, cuivis Ligni aloës cæterisque carioribus Essentiis parem, *Aqua Mastichina* (communi vel correcta,) *Spirituque abstractitio*, (dum simpli ci destillatione profluens *Liquor* quasi terebinthina-tus, nec in effectu adeo stomachalis est,) atque *Decocto quorundam* extemporaneo saturatiorem<sup>1</sup>, præsentiores; imo parciori alias *Oleo*, (seu per Vesicam seu facilitioribus adhuc modis destillato, residue quoque ibi *crassamento* externis usibus vendicato,) non uno nomine, præsertim quæsitæ adstrictionis respectu, commodiorem. De reliquis *Topycis Mastichinis* paulo ante egimus: *Lignum* autem quæ, quæso, exigit necessitas (Sane qui fragrantiam in horum similiumque Gummatum productis tantisper negligit,) qui viliores domesticasque Resinas, &c. idem respective olere, vel idem præstare nobiscum observavit, vel sola *Sandaracha*, (exoticis pretiosisque permultis longe præsentiori) in Suffiti-bus, &c. contentus foret: nec cum supra jam ta-cta Benzoë *Styracem* insuper requiret: ni diffusori selectui *Calami* saltem, licet impuriorem, (dum in *Granis* plerunque falsata est,) hisce usibus dare placeat: misso inter tot cephalica sistentia, *Extra-cto resinoso*, magisque adhuc *Essentia liquida*, si cum alcolisato vini Spiritu paretur, haud adeo singula-ri; sin cum Terebinthæ Spiritu, alterius tunc prosapiæ. Est aliquid *Ladanum*, intus etiam, si ab affluentissimis heterogeniis extrahendo, licet exiguæ quantitate sequestretur: quemadmodum nec *Pilulæ cephalicæ in Praxi illa Chimiatrica* non sunt de nihilo, vertiginosis exhaustisque senibus præsertim adhibitæ. Verum cum Moschi inibi potiores fere sint partes, & vel Cinnabarinorum cum fragrantioribus aliis cephalicis consociatio idem

idem præstet, extus autem tot præsentiora euporista Stomachalia suppetant, nec illud huc trahemus: multo minus autem *Styracem liquidam*, *Liquidambram* & reliquas perfumatoribus aptiores inasias, aut nidorosa ingratiioraque (ni cariores modos nequicquam tentare placeat,) *Styracis calamitæ* *Ladanique Olea*; & quæ curiosiores laboriosius adhuc a *Tacamahaca*, *Copal*, *Animæ Elemique gummis* (inter tot parabiliora nervina ac diuretica,) destillant. Certe si suffitus aliaque Topica æque jucunde efficaciterque è nostris quoque selectis, (ceu tot *Pulverum ac suffimentorum Catarchalium*, *Cephalicorum*, &c. loco *unicus simplicissimus*, vel ipsum saltem *Simplex* aliquod. evidenter concorrentis calidæ frictionis effectu sufficit,) confieri cernimus, ne quidem in substantia istud *Animæ quodvis gummi*, vel *Carannam*, *Copil*, *Tacamahacam*, &c. ipsa barbarie terribiliores *Resinas*, dubiumve hodie dum *Cancatum*, aut (decantatissimum licet) *Elemi*, (quando jam olim capit is vulnera sine eo, viliori- busque adhuc curata sunt,) tantum ob incongruum illud peregrinitatis singularitatisve studium, simplicemve præscriptarum formularum observantiam, hic exigemus. Sed satis forte sic de hujus clas- sis Vegetabilibus.

Dispiciamus nunc, quæ (præter supra jam aliis sub titulis relata, *Cervina sc. Urinosa*, &c.) ex *Ani- mali regno* amplius huc referantur, indeque syllogi nostræ superaddi mereantur. Nam, ut ab *Epilepti- cis* ordiamur, *Alce primorevera* hic claudicat; & *Ungula* (tot pene superstitionis circa lectionem litigiis vexata, tandemque per succedentem Debili- tationem nuper excusata,) quantopere cum *Lyncis* (sæpe adulterino) *Vngue*, *Truttarum lingua*, uti dentatum dicitur ossiculum, *Carpionum sin- gula-*

gulariori super oculos semilunari lapide, *Hirundinum*,  
*Urogallorum* &c. volatilium deglutitis Lapillis, *Hu-*  
*more* diversorum animalium *Crystallino* *secato*, *Hi-*  
*rundinum*, *Turturum*, *Ciconiarum* *secatarum* vel *per-*  
*fumatarum* *pulvere*, &c. idiopathicum vel alias vali-  
 diorem affectum profligat, quotidianæ observatio-  
 nes, magnatumque, (nil intentatum hic linquenti-  
 um) luctus passim testantur. In consensuali (ab  
 inferioribus, &c.) leviorique malo, nobis quidem,  
 vix quicquam ultra *Cervinam ungulam*, (quam, ut  
 alii *Afininam*, intus & extus pro periapto, ignaris  
 eodem successu persuasioneque per frequenter de-  
 dimus,) aut ultra *Cervinum Cornu* vel (famosius ad-  
 huc) *Cranum*, post aquæ s. divaporationes aliquot læ-  
 vigatum, aliaque Invertentia, vel Sexti (ceu vulgo  
 vocarunt) paris nervos (ubi ubi tandem, & quoquo  
 modo) demulcentia, aliterve circa stomachum  
 occupata agere vitum est: minusque adhuc in isto  
 genere præstat *Magisterium Ungulæ Alois*, *Cornu* *ue*  
*ejus*, seu *simplex*, seu *philosophice Calcinatum*; *Cer-*  
*vinorum* instat potius *Diaphoretica*. Nec alterius  
 pene conditionis deprehenditur *Humanum cranium*,  
 sive è respondente Sexu. sive ex ipsis *Saturarum comple-*  
*mentis* *derasum*, variè levigatum fuerit. Com-  
 mendationes talium maximam partem nudis tran-  
 scriptionibus innituntur, æque ac pleraque mulier-  
 cularum hic euporista. Si unus interdum, sæpeque  
 per accidens tantum inde levatur, multum est; &  
 statim id, (in ea morbi causarumque obscuritate)  
 appropriatorum strui adjicerunt. Sique pro peni-  
 tiori adhuc accommodatione vel efficacia, *Crania*  
*philosophice quis prius calcinaverit*, aut *Ustæ* vel è sa-  
 garum rogis petierit, aut in *Magisterium* (diversimo-  
 de præcipitando, vel *Nitr. Spiritum* de super abstra-  
 bendo,) redegerit, aut destillando *spiritum* inde &  
Sal

*Sal volatile legerit, habebit inde quidem, quod se Diaphoreticum, sed rarissime vere antiepilepticum sifstat.* Ita *oleum fætidum, Cervino similive, (cum excitatoria graveolentia Salis volatilis quidpiam conferente,) commode suppletur; Galreda languet;* ipseque *compositus Cerebri Humani Spiritus adversior, Mixturæ s. spirituosisque Aquis accedentius vim aliqualem suscitaticem potius, quam parce volatilitati propriæ debet; & hinc è Cervino Cerebro eodem modo parati, idem deprehenditur effectus.* Quod vero residua ex humano corpore in officinas tracta concernit, *de Ossibus & Cruore quovis, ambo-rumque Destillatis superius jam agimus: quemadmodum & de Urina atque Seruulis. Lac autem Topicis resumptivis, (dum aliud quodvis æque sufficit ac inibi acescit,) per nos addat, aut quolibet modo bibat, qui volet.* Vere Phthisicos nec hoc nec æque horribile *asininum caprillumve, quantum nos quidem vidimus, constanter juvit, aut citra majorem sæpe putredinis intensionem levavit; uti equidem è Venere vel Vinorum (crassioris alicubi Tartari) ingurgitatione nimia marcentes & tussientes, juvenes præsertim, sub circumspecta adhibitione non nunquam restituisse fatemur.* Nauteabunaum inde *Butyrum mammosioribus, Lumbricos reviviscentiæ quibusdam accusatos sordidis, Unguium (supra jam notatam, & umbilico licet incassum aliquibus illigatum) rasuram Parantis, his & equorum sudamine se invicem vexantibus relinquamus.*

Nos ad Epileptica nostra redeuntes, nec in *Corvi Cerebro, Lyncis lingua, Ovis coturnicum, Vegetabilium echiniferorum vermiculis &c.* in autem interdum commendatis solidi constantisque quidpiam invenire potuimus: imo nec solitario *Ranarum Hepati, utut famoso specialiusve siccato, nimioper-*

re fidendum: minusque adhuc *Volatilium* paulo ante adductorū *Aquis*, spirituositati & additamentis (suave vel graveolentibus, sali volatili, aliisque,) quod nonnunquam præstant, equidem debentibus. Nec præsentiores deprehenduntur *Pulveres*, è specialioribus hisce compositi, si image specificis Cinnabarinis &c. item Invertentibus (Cervinis, Corallinis, &c.) suscitantibus Castorinis, aut pro re nata Anodynīs destituantur. Qui *Pulveres nostri Bezoarti albi, Succini albi pp. Cinnabarisque nativæ selectioris ana miscuerit*, & adultis quidem ad dragmam semis, infantibus autem anniculis ad grana quatuor, quinque vel sex, natu minoribus dimidium horum &c. curative repetendoque dederit, ac pro indicacionum ratione (præmissis vel interpositis Emeticis aut Laxativis,) modo volatilia urinosa (Spiritum C.C. Armoniaci s. vel compositum &c.) modo Essentiam Succini, Camphoræ, Castorei, Tincturam Coralliorum, Antimonii, &c. modo præcipitantia alia, imprimis autem ligantia illa ex Opio circumspecte superaddiderit; ceu adulorum dosi *grana tria Pulveris nostri Anodynī* commode tunc adjiciuntur; Laetentibus autem non solum hic, verum etiam in reliquis inquietudinibus, torminibus, vomitibus, Diarrhoeis, &c. admodum confert *Pulvis antepilepticus anodynus*, è pulv. Bezoartici albi nostri, drachmis sex, Succini albi pp. drachmis tribus, Cinnabaris nativæ scrupulis quatuor, & Laudani opati nostri scrupulo exacta mixtura compositus, trimestrique ad granum unum, &c. exhibitus, vel aliis alterantibus, præcipitantibusve, (ubi tamen Corallia præparata in caloribus febrilibus complicatis minus commoda invenientur, associatus:) is sub hac similive procedendi ratione sufficienter obtinebit, quod *reliqui omnes (Lapide Bezoar quoque,*

*que, Auro, Margaritisque stipati,) plerumque diffusioris & hinc incompetenter hic molis Pulveres, &c. cum ipsa vulgari methodo passive spondent. Atque haec de Epilepticis.*

*Hystericæ totè Sulphure, Pice, Corio, Pilis, Allio, &c. parabiliорibus factores norunt, ut Lichenes insuper, (etiam inter hyperbolicas Extracti præsumptiones,) vel Equarum (haut quoque lascivientium) Ungulas (intus haut adeo fideliter antidysentericas,) aut Perdicum Pavonumque (inter resolventia euporista alias supervacaneas) pennis ustulandis addere frustraneum sit. Sufficerit potius præter Succinum, Galbanum, &c. (Castoreum genuinum, recensius, nec adeo exuccum, per se, intus quoque citra noxiam, si citra adulterationes & abusus;) & pro Essentia liquidæ, non tam simplici Infusione, (tractu temporis alieni quid olente,) vel Acetosorum (enervantium) abstractione, quam abjecto Spiritui ardenti (extractioni destinato) salis Tartari ad Castoreum sub quadruplo sub sextuplo confecta: si paulo laboriosior at elegantior modus, (per Spiritus Vini abstractionem, & Residui inibi dissolutionem,) displiceat. Eaque usus tempore longe consultius convenientes Aquæ alterabuntur, quam totæ castoreo nequicquam saepe inficiantur: inisso sic languidiori Extracto vulgari, destillato (per pauco vel perverso) Oleo & Pilulis officinalibus, quas vel mulieres deglutitis Castorei particulis, Infusisque uterinorum aliquot resolventium, (sine omni Margarita, tribusque Hyoscyami granis,) æquare sciunt.*

*E fragrantibus autem, quamvis Vegetabilium Aquæ, Spiritus vel Olea, sub debita (necdum tamen autoribus sufficienter pertractata) proportione, liquidas siccioresque Mixturas etiam absque*

*Moscho,*

*Moscho*, (compluribus alias adversissimo , totque falsationibus, ubi quoque maxime cavitur exposito,) fragrantissimas satisque valentes præbeant : nihilominus *selectior* paulo diffusior i apparatu dari posset, aut citra temerarias illas profusiones , quibus non solum olim præter specialiter hinc dielas *Dulces Amarasque* , haut adeo concinnas *Diamoschi Species*,) tot Pulveribus Confectionibusque, nil minus saepe exigentibus adjectus , in *Gallia Moschata* aliisque plane trochiscatus est : verum etiam hodieum nullis non internis externisque formulis (frustra saltem intenso pretio , fragrantiaque ejus per accessoria saepe obscurata, vel per inconvenientiorem tractationem expirante vel fatiscente,) prodige permiscetur : haut difficulter Analepticis competentibus , (nam *delicatulorum Confectiones* , *Trochisci* , *Pastæ* , &c. *moschata* nostræ nunc considerationis non sunt,) usus tempore seu per se , saccharo vel *Elæosaccharo* Diaromatico dilatando , aut diversimode infundendo sociandus ; si *Liquor* si *Aqua odorisera spirituosior* istius sufficienti copia medicata selectus nostri terminos forsitan alicubi excedere videatur. Quod autem ex adverso ejusmodi *Moschata* multis in affectibus , quos exasperare credi possent , secure nihilominus exhibentur, alii alibi, & nos vel in Parturientium defectiibus plus vice simplici notavimus. *Ambra* vero , sive volucrum nuper excrementum , sive denuo secundum recentissimas *Anthyllarum* descriptiones, Bituminosum concrementum fuerit, necessitatem quandam hic non cernimus. Sane fragrantia ejus persuasionibus minus obnoxiiis haut tanta de cætero uti vel *Nucistæ oleo* , &c. in certis proportionatisque mixturis facile imitabilis , ita odoratorum complurium accessu obscuratu adhuc facilior

lior est ; effectu denique (inter eum parabilorum cephalicorum & analepticorum proventum) eosque non excurrit, ut dum granulare pro more pondus tantum pro forma bibilitur , ad scrupulos & drachmas usque juste quidem , at intensissimo sæpe pretio adsumatur. Teneriorum & exhaustorum hypochondriacorum caput, æque ac Moschata , Zebethina, oleaque fumosiora alias magis plerumque replet ; sicque *species Diambræ, &c.* nihilo inefficaciores sunt, ut sunt dempto licet (pro non fermentibus) istius è singulis dosibus grano præterprotter : & si seorsim cum Saccharo oleofisque levigata , (*Essentia Ambræ siccæ, Galliæ Moschatæ, & Ambræ Moschatæ* in more locoque ,) competentibus remedii ex tempore longe commodius promisceri potest ; eccur in (usitatoris Dispensatorii) Species, Trochiscos , Liquores , reliquasque formulas ad uncias duas & amplius , (quamvis complurium dosis vix dimidium granum inde participet,) frustra profunditur ? Cui *Liquor moschatus* supra notatus ex Aqua spirituosa , (v. g. ad imitationem *Carunculi aureæ* destillata , vel è confusis solum , v. g. Rosaceæ & Cinamomi ana parte una & Apoplecticeæ nostræ parte dimidia ) paratus placuerit , è solo *Mosche*, etiam haud adeo magna quantitate , (citra consuetas aliis *Trans-destillationes* ,) immerso nihilo debiliorem inveniet ; quo nec carior *Ambræ Essentiæ, seu simplex* , cum Vini saltem Spiritu , (cui non immerito odoriferum quendam abstractum nunc substituerunt,) extracta , seu (inter inconsideratiorem Amygdalini accessum) nonnullibi *abstracta* requiretur : Multo minus autem mollicellorum *Zibetha* , (donec curiosiores *Occidentalem* maturant,) usualis , ab accessoriis gratiam revera hau- riens : duin in privatos quidem usus ac dispensatio-

tiones (nam delicatulorum speciales formulas jam non consideramus,) æque fragrans efficaxque *Balsamorum Cephalicorum* genus citra eam diversimode confit.

De cætero , qui Odoriferis è horum Vegetabiliumque clasfe varie petitis , in capitibz æque ac Febrilibz , (vires simpliciter , aut cum malignitate quadam exolventibus) affectibus , se demum intus ac extus constanter refici vel refecisse credunt , videant , ne insuper interea habito appropriatorum , utut aduersiorum fuscitantium , alexipharmacorum vel invertentium , (è Cornu Cervi , Tartaro , &c.) usu repetitione , malum potius fo veant quam percurent . Ceu idem per Juleporum similiumque Apozematum haustus in Febribus passive contingere , oculatores tota die notant , dum consuetudines vulgarium tractationum intuentur . Atque hæc de Analepticis .

Quod vero Pinguia resolventia Nervina , & simul ut plurimum anodyna attinet ; equidem primo *Butyrum* matrisfamilias usibus linquimus : nihilominus tamen , uti plus vice simplici solitarij Olivum , guttula saltem olei cuiusdam de stillati obnuptum , eodem effectu adhibuimus , quo tot Peñtoralia , Splenetica , Lenientia , &c. adhibita fuisse putantur ; ita Vegetabilem hic Flos , aut (vernale præsertim) Magisterium inter peculiarem & semialcæhestinam quasi ventriculi liquationem productum , (alias præ Olivo Simplicium incoctorum corpulentiam magis ambiens ,) tanquam euporiston , nobis (animi gratia sœpe tentantibus ,) tum per se , tum aliorum competentium accessu falteratum , plus præstigit , quam numerosa illa *Officinarum Unguenta & oleac comparsa* , totque , (ni domi recentes suppetant ,) olidæ non

non raro, *Caponum*, *Gallinarum*, *Anseris*, *Anatisque utriusque* &c. *Pinguedines*, aut ipse (hoc in genere) *Oesipus* tædiosissimus; etiam in novorum substitutorumque Linimentorum & Emplastrorum confectionibus. Sic porro dum diffusissimis quidem repositoriis, ac certis nonnunquam circumstantiis forte *Taxi*, (*Canina* commodior,) aut *Leporina* insuper *Pinguedo*, (peculiare tractivum aut renitentium suppurationem ruptorium,) abunde satisfacit, contractior comptiorque Praxis ejuscemodi ollulas haut adeo attenit, æquivalentibus potius Oleorum communium destillatorumque proportionalibus Mixturis, extemporaneis forte fortuna oblatorum additionibus aliisve (convenientioribus sæpe) Topicis, aut tutius insertum, solis Internis sua transigit; nec *Cati sylvestris*, nec *Castoris*, *cuniculi*, *Alpine agyrtarum Muris*, nec *Vulpina*, *Ursina*, ipsave (fracida ut plurimum vel fallata) *Humana Axungia*, cum *Catellorum* fatagentium *Balsamo* similiibusque (frustraneis, interdum noxiis) *Unguinibus* tantopere requiri poterit. Piscosam *Lucii Asciaeque*, (si pulsiones ita perlinere referret,) vel Amygdalinum Oleum, aliaque parabiliora Linimenta, Insersiones, &c. æquant: & *Ardeæ Pinguedo* potius Piscatorum, *Erinacei*, *Coturnicum*, *Anguilla* (ni Serpentinæ surrogare nonnulli libuerit, *Oloris* &c. nimis ferre singularitatis, quod autem hæc in serie restat, Equisonum est. De *Suilla* (*Aprugnæ* vicaria: (item de *8<sup>o</sup>vo Hircino Bovinoque*, quandoquidem pro speciali interdum Topico undiquaque inveniuntur, *Agnnum* vero delicatulæ reponunt: *Cervinum* præstantius habitum Tabellionibus Peditibusque magis quadrat,) quemadmodum insuper de tantis *Medullæ Cervinæ*,

*Vitulinæ, Bovinæ, Hircinæ, &c.* inter se præcelentiis aut necessitatibus vel verbum addere piget. *Sapo*, (non solum revera Venetus, sed vegetior quivis) consultius selectui nostro quidpiam contribuet. Nam uti (præter exotericos hic *Aulicarum Globulos odoriferos aut emaculatorios*,) perficta hinc *Linteola*, & *Mixtura* cum Spiritu Vini, (ab aliorum *Saponis Balsamo* parum differentes,) vulgi haut semper rejicula sunt euporista: ita *Oleum inde* cum cineribus nostro modo destillatum præstans est resolvens, compluriumque *Pinguedinum ipsiusque Butiri*, (non sine propriæ temperiei permutatione) *Destillatis*, decantatissimis quoque, par, aut si compagem Subjecti sui intuemur, superius: ut in externos quidem usus (ni diffusior apparatus placeat,) nec *Cera oleum* insuper tanto pere requiratur; sive vulgatori modo *butyraceum* temperatusque, dispensatu tamen simul fere in commodius fuerit, sive *limpidum*, idque vel per Rectificationem, vel per peculiarem destillationem, tam *Olei Philosophorum* more, quam supradicto potius per Cineres modo institutam, at ubique non sine intensiori hinc empyreumate. De cætero reliquis intentionibus *Cera flava*, (curiosiori magis quam præsentiori *Virginea*, exucca *Alba*, supervacua *Profoli*, negotiosiorumque, *Magisterio dimissis*,) oppido sufficit. Atque quo hunc Animalium censum *Spermate Ceti* (siquidem denuò è Cetaceorum Craniis Inguinibusve fuerit,) tandem concludamus, efficax sane est tam intus quam extus; ibi tamen nauseabundum, utrobique in tanto parabiliorum durabiliorumque resolventium proventu, præter rem carius, in rancorem proclive, ad *Essentia* formam (si corruptionem sic impedire vel remedium nobiscum obnubere quispiam

piam voluerit,) induendam pene ineptum, etsi extractio vel dissolutio rectificatissimo Vini Spiritu, (cum vel sine addito Alcali,) tentetur. *Emplastrum* (etiam extemporaneum, nec in se inefficax) viliora nihilominus passim æquant; utotto hoc concremento facile hic caruerimus.

Inter *Fossilia Marinaque* proin nunc potius ponamus polychrestum *Succinum*, saltem *vulgare*, (dum *Fossile* rarius & quantum nos quidem in diversis frustis notavimus, minus suaveolens, operose non-nullis *Regeneratum* curiosius quam venali raspatura præsentius est,) idque solummodo *flavum* pellucidum, cariori *Albo* pridem vel ob Artis imitations prælatum. Sitque præter *Suffitus*, è nostris quoque selectis sufficientissimos, & per additamenta competentia, (siquidem permulta folia floresque gratiam obscurant,) haut difficulter ulterius alterabiles, primo *simplex Pulvis*, citra frustaneam *Spiritus Vni* deflagrationem levigatus; ni paulo diffusior moles, (specificorum tamen cephalicorum, nephriticorum, uterinorumve accessu prompte ininuenda,) fortasse displicuerit. Sic porro *Tinctura*, cum Spiritu ardente Tartarisato vel alias rectificatissimo, (nam ipsa *Salis Tartari additio* extractionem hic parum promovet,) parata: *quovis Magisterio*, (*seu per præcipitationem cum Aqua s. Vitriolive Spiritu*, *seu per exhalationem tantum postliminio compacto*,) convenientior, Oleorum aromatricorum tantillo pro lubitu facile condienda, consilibus (cum Alcalisato Spiritu, aut ipso simul Alcali Tartareo confectis) Tincturis prompte miscenda. Ceu tam per se, quam *Castorinæ*, *Camphoreæ*, &c. accessu, bonum est *Uterinum*, (*Elixiris* nomen hinc alicubi naustum, *Nephriticum*, *Cephalicum*, &c. modo in vehiculis calidis, nec adeo

præcipitantibus adsumatur. Sit demum *Oleum Succini*, saltem per se & sine additamentis destillationem protelantibus, aut *Salis volatilis* (si forsan experiatur,) partem infringentibus, vel pretium frustra, efficaciam parum, (*ut Corallia*) intendentibus collectum. Qui sub privata rectaque sic Dispensatione, *Albitatique coloris* rationem non adeo habere tenetur, simpliciter sic (quamvis aliquanto obscurius,) secure adhibere poterit, aliquoties sollemmodo ablutum & aliquandiu hinc repositum, citra laboriosiorem, alias plerumque Residuum minus graveolens relinquentein Rectificationem quandam; sive *super Cineres, Colophoniam propriam*, aut *Alcali aliquod*, sive sumptuosius adhuc *super Salis Spiritum*, tæpe superstantis olei partem per bullas elidentem,) aut *super Salismuriam* ut plurimum Totius rectificationi una vice non sufficientem, vel commodissime demum *per Vesicam* (crassamente aliis Unguentis & Emplastris pro lubito relieto,) instituatur; ceu nonnulli hoc fine prius *Olei destillandi Dimidium*, ante erumpentem fumum, (at pariter cum aliquali *Salis Volatilis* perditione, nec adeo evidenter destillati gratia,) olim separare consuerunt. *Balsamum* hinc uti vulgati usus, ita promptæ extemporaneæque (cum Nucistæ expresso,) mixturæ, *Sal vero volatile* parergon est isti, qui data opera quærerit. Nam in renitentioribus Ischuriis infidum, in reliquis destillationibus, congeneribus nec singularius nec præsentius est, utut modo per se sublimatum, modo ardente Spiritu *in Urino sum liquorem* resolutum, vel *Acido quodam Spiritu fixatum detur*. Unde illud huc tantopere non trahemus. Multo minus autem *Fixi tantillum* (ejusdem faporis,) à laborum fere prodigis collectum ex accumulatis successive, *Capitisbus mortuis*: quæ si per de-

destillationem haut penitus exhausta seu combusta fuerit, ceu alias mulierculis intus tuto dantur, ita quoque *Aphalihis* & *Gagatis*, (siquidem ipsum Succinum, & ejus præ *Gagatino* Oleum inventis persuasionibus satisfacere nequeant,) locum sufficienter supplant, *Petroleum* vero per nos his addat, qui volet: compluribus destillatis equidem parabilius, & penetrans est naturæ genimen: nihilominus quod contractior Praxis Terebinthinæ Spiritu, Saporis vel Ceræ, Juniperive Oleo similibusque domesticis, familiarioribus aut mage Polychrestis Topicis non transfiget, nec hoc, (sæpe nimis exiccative) transfiget: ut specialem ejus necessitatem non videamus; minusque adhuc periculose à negotiisioribus *Rectificati*, rariorisve (absolute sic dicti) *Terra Olei. Carbones fossiles* operariis, aut cum *Torfa* ad suetorum foco; quodque hinc quidem *Salinum*, illinc *Oleiforme* secernitur, curiosioribus relinquamus, nitroso Alcali, Succinique congenerive Oleo satis contenti.

De *Sulphureorum*, huc pariter spectantium seleetu in Diaphoreticorum classe egimus. Et cum in destinatione sua hodieque sufficientissima, experimentis confirmata, sat tuta, nec (extra abusus, alterius, olim subsequæ noxæ suspecta vel convicta sint, causam non deprehendimus, cur Pectorales insuper in usus, imo Sudoris Vomitusque ciendi ergo (præ exploratissimo nunc Antimonio,) istis superaddi debeant *Arsenicalia*, *Auripigmentina* *Sandarachinave Sublimata*, *Rubini*, (dum in Sulphure Arsenicale quid tantopere veremur,) *Præcipitata* è *Liquore Gummoso*, *Reguli*, *Vitra*, *Flores*, *Magisteria*, per nitrosam detonationem Fixata, &c. quæ secundum Recentiorum præcipue processus ac compendia elaborari posse, inter odiosissimas

effumationes equidem didicimus, at solidiorem (per domesticas observationes, haut vero per con-suetas transcriptiones firmataim,) experientiam, de talium (plerumque pro forma saltem repositorum, aut animi gratia elaboratorum) securitate, etiam ultra Psoram, (ubi aliquando fixum seorsim Arse-nicum tuto datum novimus,) extensa, adhuc dum exspectamus. Extus sane *vulgare Fixatum* Chirurgis peculiare quidpiam haut adeo præstat; abusus aut alcalibus adhuc combinati noxas alii retulerunt. Solus *Arsenicalis Magnes* mereri videtur, ut diffusiores in apparatus pro *Emplastro* (per simpli-cissima liuationem, cuin vel sine Vitrioli Terra, Fuligineve confiendo, & nihilominus circum-spece continuando,) præparetur.

*Solaria Lunariaque* huc forte pertinentia, è supe-rioribus repetantur: Nos ad novam polychrestam-que classem pergimus.



# HYPNOTICA, ANODYNA, EPICERASTICA.



It inter hæc jure primum, præstantissimum *Opium*; massâ (dum domi, decenter licet, collecta exoticæ acumen eadem dosi neutquam attingit,) equidem aliunde comparanda; innocens tamen, utut hodieque permultis, empyricos forsan olim (in agonizantibus, aut morbis ejusmodi sufflamen vel plane non, aut temporum respectu nondum admittentibus,) abusus spectantibus immerito neglecta, ad semidementationem, (dum non solum in Indiis *Affionii illi atque Pousti*, verum etiam hisce in regionibus assidui ejus frequentatores oppido diversum ostendunt,) injuste damnata, suspecta, aut tandem longe parcîus, serius dimidiisque attacta: quanto Infantum, Gravidarum, Puerperarum, exhaustorum (nec solis semper spirituosis odoriferis analepticis so- piendorum) Senum, item Phthisicorum, Epilepticorum, aliorumque ferina tussi, defluxionibus, hæmorrhagiis, profluviis, superpurgationibus, colliquationibus, diversis humorum aut sanguinis effervescentiis, plerisque vagis fixisque doloribus, &c. pene enectorum damno, hic non dicemus: nisi quod (ad hæc fere tempora) atque multos ob meticulosam Opiatorum & Emeticorum intermissionem, quam per Empiricorum manus occubuisse credamus. Dum autem occulatores alii polychrestum hoc remedii genus quasi postlimino reducere, seu frequentiori usui vindicare co-

nati sunt, ab altera parte (inter tot theoretica litigia nimiumque Chimicas tractiones) denuo enormiter vexari cepit. Siquidem experientia docet, quod *Crudum* necessitatis tempore nihilominus secure, modo (ceu ejus generis omnia,) competenti subiecto, morbo, tempore dosique detur; innoxieque similiter Extractionibus, &c. subjiciatur, citra prævias *tosturas* aliasque ambages; aut si (disparem tamen sub plerisque his laboribus) grave eolentiam minuere voluerimus, quod tunc *Aqua s. superfusæ* saltem *Divaporatio* æquè satisfaciat, & tostura insuper certior, *Sulphuratione*, ceu quidam Scammonii instar istud perfumare coniuerunt,) suo modo facilior sit: quod porro simplex *crudi in Spir.* *Vini solutio* pariter innocens: innoxiusque nec vere hinc narcoticus existat *Abtractus inde ille ipse Spiritus*: quod Opii natura revera magis ad *Ardens* quam *Acetosum* (simultaneæ cujusdam correctionis causa, inter suppositam salinarum partium eminentiam, huc adeo tractum) menstruum vergat; quodque hinc (dum *Topicis* quidem partim frustra adjicitur, v. g. cauteriis potentialibus, *Antarthriticis*, &c. partim crudum, v. g. in *Sotirelle* cujusdam imitatione sufficit,) *Extractum* internos in aliis paratum, cum *Vini Spiritu*, uti copiosius, (resinosa sc. parte magis simul attacta,) ita de cætero undiquaque sit tutissimum: quodque demum hoc, solitarium quoque, Laudani cujuscunque loco, sub qualibet forma, æquali securitate atque effectu nihilominus exhibeat. Accedit, quod si omnino tanti momenti judicaretur hic *Acidulatio*, nullo negotio *Spiritus Vitrioli* (tanquam plerisque Opiatorum destinationibus convenientioris, drachma una præterpropter, pro singulis Opii unciis, Spiritui Vini ante extractionem instillari, vel potius

tius (cum acidulata hæc Phthisici minus commode ferant,) Extracti simpliciter sic , etiam absque toſtura parati parti ſeorsim diversimodeque ſociari queat , vel Vitriolatorum quoque loco *Spiritus Salis cum aut Vitrioli Philosophicus* ; nobis (sub liquida præſertim forma ) præ *Aceto destillato* , imo ipſo & *Sale Tartari* (sub Terræ foliatæ confectione, ~~abstra-~~  
~~cto~~ , *Aeguinisve sulphurato Spiritu* ſemper convenientior hic habitus. Nam incompetentia *Fris-ctuum acidulorum* , *Aceti rosacei* congenerumque liquorum, extractioni olim adhibitorum Maginata, hodie his neutiquam agglutinabimus.

At quo ſelectus noster nunc procedat, licet equidem minus prodigus, operationis vero fundamen-tum & accessoriorum improportionatas utpluri-mum minutias rite expendens , ſolitario dicto *Ex-tracto* acquiescere poſſit , ponamus nihilomiauſ (ne in famigeratioribus polychrestis nimis deficere vide amur) *Laudanum aliquod*, ſed ſimpliciſſimum, utpote ſic optimum : ſique v.g. Extracti illius par-tes duas cum Extracti Croci (tanquam vegetioris ſimplicis) & Cinnabaris nativæ , (corpus quaſi dan-tis ,) aut faltem Coralliorum p. p. ana parte una quis probe miſcuerit , largiter profeſto habebit , quod *Perlata* , *Gemmea* , *Bezoartica* , *Mumiata* , *Am-brata* , *Solaria* , &c. (majoris pretii opinioniſque, non vero effectus,) item compluribus intentioni-bus magis adverſa *Moschata* , *Oleisve deſtillatis obruta* , hyperbolice ſæpe promittunt: ceu ſuperioribus jam annis postquam quilibet ſibi (per inanes Extra-ctionis, ponderum & additamentorum variationes) *Laudanum quoddam* , *Nepenthes* , & quid non fin-xiſſet , versatiores ſimiſter obſervarunt. Amplius autem nec *Antepileptico* , *Hyſterico* , *Pectorali* , ſpecia-lio-ri, ve quodam ſeorsim indigebit : ſiquidem ſim-

plicissimum quoque sæpenumero, citra omnem accensorum conventuin, quæsitam intentionem sufficienter, sub indifferentia sua complet; alibi vero sub *Pulveris vel Liquoris* forma, morbi simul symptomatumve Ratio æqua facilitate, extempore que, ac sub ista remediorum accumulatione habetur; aut si omnino *Pilularis* exigatur consistentia, convenientium Oleorum, Tincturarum Essentiarumque illitu vel interpositione, imo solius vehiculi conformatioне, desideriis reliquis providetur: quæ residuorum quoque hujus generis *Pilularum*, de *Cynoglossa scil. (antiquorum exoletaruī, & recentiorum diffusiorum,)* *Hystericarum*, (opio & Oleis suum aperte debentium,) *Anodynarum M.* (cum *Aloë*, consultius ante coenam præmittenda,) *Narcoticarum*, *Pectoralium*, &c. cadit necessitas. De cætero *Hyoscymum* hinc saniores alias hactenus exesse jusserunt; utut mitificari, semenque insuper, vel antiquorum exemplo, tuto at minutiori pondere dari queat. Certe citra hujuscemodi suspectorum accessum sat vegeta deprehendimus Laudana.

Atque hæc de *Pilulari* potissimum consistentia. Ponamus autem amplius, (cum forma ista vulgo quoque nimis innotuerit, quibusdam fere per abusus suspecta facta sit,) *Pulverem anodynum*; non tam *saccharo*, (sub sui dissolutione Opium inæqualiter dimittere,) aut in molem coacervatis tot specificis *Magisteriis* constantem, quam (quo pulveris saltem species cum parca dosi exeat,) e *Laudani* prædicti parte una & duabus *Coralliorum* preparatorum: vel aliter e *Extracti Opii* parte una, *Sanguinis Draconis Santalive rubri* duabus, & *Coralliorum* rubr. tribus partibus compositum; utrobique in tribus sui granis, *Laudani* granum unum continentem seu referentem; *Magisterio* è Solutionibus cum Acidis, per *Oleum*

Oleum Tartari alteriusve Alcali præcipitato,<sup>1</sup> (licet *superstans Liquor Alterans & figens*, haut adeo fit contemnendus,) vel dispensatu ſaltem longe commodiorem : ubi opus Speciforum Epileptico-rum, Nephriticorum, Hystericorum, vel Antico-licorum Præcipitantium accessu facile ulterius accommodandum : ut *speciales* hunc in finem *Pulveres atque Tragea* nullatenus feorſim requirantur ; minusque adhuc antiquarii illi ingratioriesque *de Alcakengi*, ob unciam ſemis ita dicti,) *Carabe, Diaz-corallii, Diaſpermaton, &c.* fiftentes lenientesque (sub prompto imitationis modo) *Trochisci*. Et ſi fortaſſe *Electuarii vel Boli* formula cuidam feorſim complacuerit, Conservæ Rosarum, Rob domesti-co, Extractive jucundioris tantillo haut difficulter tunc subigitur ; ut abunde ſic , imo tutius compen-diosiusque habeatur , quod ſeu *Recentiorum varia, pretiosa, operosioresve Confectiones Narcotica, Mitigativa, &c. ſeu Antiquiorum* (ut plurimum urentibus aliisque inconvenientioribus præter rem referta ) *Philonia, (Persicum, Romanum, Tarsense, Mesueum, Tryphera magna, Requies, Confection Archigenis,*) imo quod ipsa *Athanasia magna, ac recens* hoc fine expe-tita *Theriaca* diuersimode promittunt.

Tandem vero *Anodinus* quoque huc accedat *Liquor*; isque (dum *superioris hujusque Seculi Hypnotica Narcoticaque Aqua* ingratae ac levidenses , *Specifica* vero, ceu vocantur , *Anodyna* diuſſioris inter-minatorisque doſis ſunt;) simpliciſſime quidem (citra Ambrata, aliaque exoterica , imo ipsa Cro-cata additamenta ,) *vulgaris* tamen paulo proportionalius compositus : v. g. Opii ſeu crudi , ſeu (ſi feorſim placeat ,) per Divaporationem in graveo-lentia ſua prius mitificati partem unam , cum A-quæ Apoplecticæ nostræ & *Spiritus Vitrioli roridæ*

supradicti, aut ejus loco, *Spiritus Vitrioli Philosophici* ana partibus quatuor per dies aliquot digerendo ac filtrando; quo medio, tanquam *Aceto destillato*, vel à Sale Tartari prius abstracto, imo *Spiritu Æruginis sulphurato*, ipsoque *Cydoniorum*, (reliquis haut ita pridem singulariter prælato, at post fermentationes quoque, semet specialius non exolente) *succo* præsentiori, Tinctura habetur elegans, quæ in Malignarum complurium principiis, vomitibus ac Diarrhæis complicatis, aliisque affectibus, ordinariis remediis ad guttas sex vel octo sociata, per se vero in Rheumatismo, vomitu, Diarrhæis, Nephritide, &c. ad guttas decem, duodecim, vel octodecim noctu data plus præstat, quam integra remediorum vulgo opponendorum phalanx: præsentior quinetiam & saturatior est *Liquore* alias in ebullitionibus inquietudinibusque *Attemperante* & *Alterante* haut contemnendo, qui soluto in Ace-to destillato (aliisque acidulis menstruis) crudo, tosto, divaporatove, & hinc per Oleum Tartari præcipitato Opio superstat, papaver erraticum olet, & si Præcipitatum ulterius edulcorare coneris, id denuo (sub operatione ista solutum,) arripit. Nec sub circumspæcta istius adhibitione indigebit quis insuper seu *Essentia capitum Papaveris Erratici immaturorum*, per Spiritum Vitrioli roridum, aut Acetum à Sale Tartari abstracto confecta; bono incrasante; seu aliis *Opii Essentiis liquidis anodynis*, solitarium Sal Tartari, Amoniacum, &c. condensanti Opii destinationi haut adeo respondentia, varie pro hujus reclusione recipientibus.

*Hyoscyamus* autem, quamvis Alcalinis Acidisque aliquantum mitigari visus sit, ob restitatem nihilominus turbulentiam consultius Topicis nonnullis, (efficacissimis inde anodynis, mollientibus

tibus ac resolventibus,) destinabitur. *Semen sc. (Radice, Aqua destill. Succo inspissato, ampliusve Extratto interea dimissis; ut è solitario, vel potius feli- ciusque cum Papaveris parte mixto, Oleum præ- stantissimum exprimatur, per se reliqua hujus ge- neric, Mandragora, Papaveris Infusum, Populinum, &c. in destinatione sua facile præcellens, in Balsa- num quorundam Hypnoticum, (prompta Olei Nu- cistæ expressi additione,) nunquam non redigen- dum; imo (ni variationes, Tonsorumve talibus in- terdum inhærentium causa, vel pro aliorum acces- soriorum quasi corpore, Unguentum è floridis,) Cata- plasinata haut inefficacia insuper constituentibus) Summitatibus, si impliciter tantum in butyro frixis seorsim parare placuerit, (Officinalia superaddita- que ista, de Cynoglossa, Anodnum, Iovis utrumlibet, famosissimumque Populinum quodvis sufficienter exprimens. Emplastrum hinc viride, bruno (ob O- leum prius sulphuratum,) magis polychrestum, su- pra jam posuimus; & merito Diachylis magnis at- que parvis, Spleneticis quibusvis, de Cicuta &c. ma- lacticis aut demulcentibus, ipsique nonnunquam Melilotino (inter alia resolventia) prætulimus. Ut proin quod residua huc spectantia Simplicia con- cernit, Cicutam Atheniensibus vel Sturnis, Cicu- tariam mulierculis ablaſtantibus, Mandragoram alias rariorem Agyrtis, Essentiam ejus, ac aliorum circa Lolium, Pseudomelanthium, Stramoniumque tentamina curiosioribus, ingratioris & hoc in gene- re debilioris Cynoglossa herbam, Radicem, Flores, (alicubi etiam conditos) vilescentibus nunc aut su- pervacaneis formulis, Petum denique (post Vomi- tus, vel insuetorum fumigationes somniferum qui- dem, at hoc non quadrans,) alterius intentionis Clasti, cuin productis suis relinquamus.*

*Papaver seu album, seu (nimio tamen delectu) nigrum, si immaturorum Capitum Extractum, (ad præcavendum situm prius saccharatum) in ampliores apparatus suppeditarit, præsertim pro Infantibus; (quibus tamen accisæ Opiatorum quoque doses tutissime dantur, & iinprimis commodus est suprapositus antepilepticus Pulvis, solitarius aut Pectorali nostro sulphurato sociatus;) profecto non erit; cur è residuorum insigni luxurie accedat amplius sive *Sirupus simplex* aut inconsideratus *Compositus*, *vulgaris vel correctior*; sive (parum ab iis differens) *Diacodium off. simplex*, paulo<sup>e</sup> acceptius de *Siliquis*, & exolefcens nunc, (stringensque potius quam epiceraisticum) *Actuarii*, cum recentiorum *Stipticis ac Dysentericis*, (siquidem hic dulcia alias majores ut plurimum turbas cident:) aut *Solidum tam antiquius*, (ejusdem cum Extracto nostro fundamenti;) quam *modernorum* (elegantius, at papaverina vi haut saturati<sup>us</sup>;) sive demum *Loch de Papavere*, linctuum istorum complemento. Siquidem in rei veritate nocturna Laudani, vel Tincturæ Pulverisve Anodyn<sup>i</sup> dosis, sola plerunque, bis terve repetita, longe compendiosius, præsentius, nec raro (dum Siripi papaverini dosis & operatio, ob diversam capitum maturitatem haut infrequenter inconstans deprehenditur,) certius præstat, quod tota dictorum, (stomachum ut plurimum magis pervertentium) series promittit: interponi quinetiam interdum possunt Mixturæ è selectis nostris Extractis arteriacis fere jucundiores. Et quid similiter notatis Essentiis pectoralibus Saccharo<sup>rum</sup> que seorsim sirupisato facilius extemporeque diluitur, Morsulisve epiceraisticis additur, quam dictum Capitum Extractum? *Emulsionum Papaverinarum*, (si accessoriorum attemperantem vim ac deli-*

delicias demimus,) quanta fit potentia, experientia testatur, vulgusque passim, nihilo inde incautius aut somnolentius, in placentis suis ad libras, (dum nos religiose ad drachmas & scrupulos formulis diversimode adjicimus,) innoxie ac citra notabilem alterationem comedit. Ut *Semen* proin experimendo hinc *Oleo* convenientius, *Flores* autem & *Capita* (pro pediluvii aliisve palliativis Topicis siccata, cum inacceptiori *Aqua*, nostroque in specie parato *Meconio*, supervacanea existant.

Ita nec ex *Erratico* præter (elegans diffusorisque cuiuslibet *Sirupi* vicarium) *Extractum*, in Vap. Balneo rite paratum & saccharatum, requiri posse videtur seu (gravis illa, inque utilissimi floris perditionem) *destillata Aqua*, seu mucaginosior *Conservæ*, vel (cum Extracti illius melliformis dilutio facilis sit,) *Tinctura vulgaris*, aut aliis negotiis e *Conservæ* insuper prolecta. Florum *Pulvis*, aliasque undique nauseabundæ molis est. De *Liquore* vero *immaturorum capitulorum* paulo ante diximus.

Proin è residuis Epicerastis ponamus hic *Passulas* (citra tædiosam & alterationis parum conferentem exacinationem,) *Majores* aut promiscue, *Minores*, (dum in *Arillarum Spiritu* peculiare nil habet invenimus,) saltem pro melliformi in Vap. Balneo parata *Essentia simplici*, vel si libuerit, adjecta *Cariarum parte Composita*, vulgari *Passularum Melli* acceptiori; magisque adhuc *Sapa* illa tartarea, quam Vinuctores passim coquunt. Ceu quoque *Sirupo Fuzubino* *simplici* aperte æqualis; in *Compositum* æque ac *Loch Passulatum* quodvis convenientibus additamentis, si necessum foret, transformatu haut deprehenditur difficilis. Accedat *Glycyrrhizæ polychresta* (*sylvestri* contra tormina

mu-

mulierculis relicta) *Radix cum Extracto suo melli-formi*, ad impediendum situm saccharato. Quamvis etiam è vulgari institorum *Succo*, (si empyreumate non fuerit infectus,) fere jucundius, (magnō tamen heterogeneorum successu;) & ex alterutro istorum, (per congenerum arteriacorum additionem,) *Mixturæ Pectorales*, *Sirupo de Liquiritia composito quolibet præstantiores*, aut æquales saltem parabilioresque levi negotio habeantur. *Destillatio radicis per se quasi fatuam*, in *Compositis* vix adeo pollentiores magisve epiceraстicas reddit, *Aquas*. *Unguento ab aliis aliter parato*, *Saturnium aliquod alicubi*, (etiam ad *Diapompholygos imitationem conformatum*) alicubi ac plerumque tutius, *Pulvis saltē Erysipelatodes quidam* (uti v. g. è Cerussæ partibus duabus vel tribus, *Myrrhæ* parte una, & aliquot Farinæ domesticæ cochlearibus sufficientissimus confit,) sat commode substituitur, ipseque *Liquiritiæ pulvis*, (siquidem omnino quidpiam inde placuerit,) istum haut inconvenienter additur. De cætero, qui nunc supersunt *Dactyli*, (dum Exteris olim facta hinc, alibique jam tacta *Composita* hisce Regionibus speciale nil conferunt, *Palmeam vero Rudiculam* jam olim querna æquat, ceu *Officiorum lithontripticum* sistentemque Pulverem nostri ad minimum Nuclei & vel Glandium farina,) item specialiter aliquibus requisitæ *Zibebæ*, ac (prodigi Filii cibus) Carnubi sive *Siliqua* inter Bellaria, *Pruna Damascena* & (in media Germania) *Ungarica*, (quandoquidem istorum *Pulpa* & *Essentia simplex* ac saccharata corruptionem haut ita diu declinat,) culinis, *Fujubæ*, similiter per frequenter corruptæ, & (vermium illud internecinum sc.) *Sebesten* Exterorum usui deliciisque secure sic relinquuntur.

Quem-

Quemādmodum *e tot Sacchari* (secundum operarum, Regionum, figuræ, &c. diversitates etiam in Officinis supervacue multiplicatis) generibus, *Penidium* Infantum gesticulationibus, *Rubrum* exoletis (crudo vel Melli fruſtra, ob exiguum differentiam præferentibus) Formulis, *Manus Christi simplices* (nec illitu alteratæ) & *Canthium utrumque*, (quamvis pro lenta liquefactione ac deglutitione cominodius,) Institutorum distractionibus, *S.rupus* denique, absolute ſic Recoētoribus, alibi Malazzo dictus, pauperculorum condimentis consultius cedet. Hic nobis (obſcuriorem interdum liquidorum colorem, faciliorem in ſiccis liqueſcentiam, pronioremque ad fermentandum, quo tamen optimum quoque Resinatum simili-ter tendit, naturam & rēſiduas minutias, inter graviorum neglectum olim exaggeratas, tantopere non attendentibus,) mediocre in *Metis* ſuf-ſicit, etiam *non adeo finum*. Absit autem, ut iſtud, (communi hodieque profuſione, tot tantarumque Liquidarum Siccarumque Formularum confeſſaria,) temere tantopereque diſpergamus, ple-riſque commodius imo consultius, (pro subje-ctorum circumſtantiarumque ratione) extem-pore, Liquidis ſane præcipue, (*ſi modo Aqua ſ. in Sirupalem conſiſtentiam ſolutum ſeorsim repona-tur*,) ubiunque libet addendum: ceu alibi, aliis in requiſitis, modo Melle, (recoēto quoque,) modo Paſſularum Liquiritiæve Effentiis, &c. penitus ſuppleri poterit: ut per frequentes, ſu-praque jam tactas ejus in Spleneticis compluri-bus, Hystericis, Dysentericis, Infantibus epi-lepticis, &c. noxas, & haut minimum ejusce-modi dulcores (nullibi non affriētos) alias aver-fantium numerum taceamus, Penidi Canthiique ſpe-

speciales pro Pulveribus &c. requisitiones alii rejeccerunt; ceu jam olim quoque hyperbolicas illas *Tincturas*; & perfunctorie sic dictum *Sacchari Oleum, simplex* aut per adjecta quædam (inter deflagram, ) Pectoralia *Compositum*; dum convenientioribus Aquis destillatis Essentiisve solvi, Spiritusque ardentis communis vel abstractitii quidpiam superaddi potest. *Spiritum acidulum*, (præ congeneribus quidem jucundiores & ex essentiali quasi Sale destillatum,) *simplicem aut* (ascendente forsitan simul ab adjectis Corallis, liquoris proprii particula) *Corallisatum*, inter tot Aperientia & Solventia Curiosiorum repositoriis; uti quoque *Spiritum ardentem* per fermentationem *Simplinem*, (nam *Compositos* abstractitiis quibusdam supra prætulimus,) item *Hydrosaccharum* seu pariter *simplex seu* (jucundius) *Compositum Passulatum*, maritima incolentibus taliaque sic tolerabilius, (exercitii vel animi gratia) parantibus remitteremus.

Porro vero nobis fint *Dulces* (expunctis inter congeneres nucleos *Amaris* potatorum,) *Amygdalæ*, etiam minus gratorum *Pistachiorum* *Pineorumque* loco. Sit insuper *Cucumerum* & (ubi suppetit,) isti intermixtum *Cucurbitæ* (dimissa fatua hujus *Aqua*,) *Semen*, æquivalente sæpeque rancido *e Citrullis ac Melonibus* parabilius, pro Emulsionibus, teneriores (per Alterantium variationem) interdum demulcentibus, inter competentia accessoria, (quo Nitrum quoque, tanquam aliquod earum condimentum pertinet,) sufficientissimis, licet vulgatis (per tot Aquarum &c. coacervationem formulis) longe simpliciores fuerint. De earum *Destillatione* superioris, inter generaliorem Aquarum censum egimus. *Oleum frigide*, vel tantum citra violentam illam fricationem *e dulcibus Amygdalis, Magmate* refi-

reſiduo cuticulæ curatoribus relictō,) expressum, & per ſe Polychreſtum eſt, (citra tamen conſuetam, ubi vel Olivum intus extusque ſufficit, profuſionem;) & reliquorum e *Piſtachiis*, *Pineis*, *Nuce nonnullib⁹ Indica Balanoque*, (dum odoratissimi Litus fine rancore nunc nemini non parantur,) item e *Sefamo* (ſi hodie referret,) congeneribusque collectorum locum Medico facile ſupplet: imo Unguimum inſuper quorundam, v. g. *Reſumptivi*, (ſiquidem Hecticorum pori adeo ſalubriter inviſcantur,) *Anodynī*, *Pectoralis cuiuslibet*, &c. levi aliorum vel domesticæ quoque pinguedinis acceſſu, inter præſentiora ſæpe *Topica*, promiſſiones æquat. *Loch de Pino* (pene riſiculum) *Confectiones fructuum*, *Martius Panis*, *Pineolatum commune* & *album*, &c. antiquiores recentioresque *Massa ac oleofis* ſæpe haut adeo conſulto conſtantēs, *Paſtilli* in rei veritate Bellaria ſunt; & ſupra Hecticis Phthiſiſque ad talia, (etiam cum Cancrorum caudis Ranarumque coxis,) damnatis condoluimus.

*Amylum* comptui culinæque quam Ophthalmiſis, (brevi poſt acoris quidpiam plerumque contrahentibus,) Pharyngisque incrustationibus, (ſæpe tamen ejus vix grana aliquot improporionaliter recipientibus,) aptius videtur; & ē Mucilaginofis, in diſfuſiores apparatus, præ *Arabico Gummi* (cui æquivalens ſatque purum vel ē *Ceraso Prunoque noſtro* legitur,) *Tragacantha alba*. Qui vero Cydoniata ſibi remedia parat, (gratuitis ſic & ſat efficaci- bus *Seminibus*,) nec *Iſtam* nec *Psyllium* inſuper (dum vulgatissima *Tilia* paſſim hoc fine deliberari po- test,) cum exoleto ejus *Eclegmate* temere poſtulabit. Quemadmodum nec e *Violis purpureis ſeu ſeorsim evnifa* ſiccata recentiave, (niſi quo vulgi oculos cœleſtino Præparatorum colore paſcat,) *Foliola*, ſive

sive fatui saporis (in perditionem utilissimi Floris) destillata aut e *Toto* magis adhuc supervacaneam *Aquam*: non *Solutivum* (inter tot tutiora, sub minore mole Laxantia) *Syrupum quamvis*; aut (frustraneum in Clysteribus abstersivum) *Mel quodlibet*; non antiquarios *Diajon Trochiscos*, aut (alias quidem non inefficax) *Semen*, de quo inter Diuretica. Sufficient *Flores cum ipsis* epiceraisticis *Alabastris*, recentes vel rite siccati, vim haut adeo brevi, ut colorem exuentes; indeque debite (citra dispersorias Infusionum repetitiones,) parata in Vap. Balneo *Essentiæ* melliformis saccharo præ aliis paulo liberalius condita; minus quidem sic speciosa, efficacior tamen tam *Violarum communi*, quam *Foliolorum* quovis operoso *Syrupo*, *composito vulgari*, ac *Melle Violato aptior*; ipsius *Conservæ* loco contractiori Praxi sufficiens, dilutuque (si brevior dosis non satisfaciat,) facilis etiam communis tunc *Tulebi Tincturæque simplicis vice*, licet & hæc, (cum Vitriolica quoque exasperatione,) nunquam non necessitate vero haut adeo notabili præparari queat. *Oleum vero violarum* laborum sumptuumque prodigi destillent.

*Decocatum Pectorale*, ut ad reliqua nunc devolvamus, item *Florum ac Fructuum*, (dum Hordeata vulgus optima cum simplicissima, domi parat,) profecto hodie sunt quasi Antiquaria, ab aliorum Infusione (tanquam saturata jam,) alibi pridem rejecta, sive certas in circumstantias placuerint, è paucis aliquot extempore secundum Recentiores formularum imitationem, (æque ac *Decoceti contra calculum F.* æquivalens,) haut difficulter parabilia. Sed hisce, usque dum contractioribus remediis contenti, non indiguimus; nec vere Phthisicos ejusdem nominis usitatoribus *Decocetis*

coctis (etiam Cancris Limacibusque, præter Conſolidas, Veronicam, Naſturtiumque &c. conſtantibus,) ſolide (nam de facilitata hinc, per abſtergentia vel incrassantia expeſtoratione non eſt nunc fermo,) curatos vidimus : minusque adhuc (magniſcorum proimifforum, incoſideratioris vero compositionis fruſtraneaque tandem expeſtationis) *Aquis Antiphthisicis & Antifeccicis*; eodem levamento fauicibus arentibus eſt ſimpliciſſimæ cujuſdam edulcoratæ, conſimiliumve Lenientium vel Attemperantium deglutitione (citra omnem Sanguinum Carniumque accessum) ſuborientē. *Malvæ & Altheæ Nephriticorum quorundam A-*quæ ſaporis fatui, *Verbasci & aulicarum coſmetica,*) *Liliorum alborum* adhuc ingratioreſ & domestiſ quovis vehiculo posterioreſ ſunt. De *Sirupo Diſtihæ* ſupra : ſane Epiceraſticis Anodynisque Eſſentiis Tineturisve, debito cuivis affectui Speciſco ſociatiſ, idem (citra toties tentatam ac diſputataim præparationem, ſubtitutumve leve *Radi-*cis Decoctum f. aut coſtitutum) paſſim à verſationi- bus obtinetur. *Antiphthisici & Antifeccici Syrupi* communiter propositi, plerunque jurulenta inſidaque, ſæpe magis noxia ſunt magmata : ſique ſpecioſiores quidam e *Subtitutis Pulmoniacos*, (de Hecticis enim nemo credat,) aliquantillum le- vant, id ut plurimum *Vulneratorium* conge- rumque ingredientium fit exuperantia : (ceu idem evidentius ſecuriuſque per Extractorum Traumaticorum, Pectoralium, Anodynorumque mixtuſas, inter ſuccenturiata Præcipitantia, citra tantam Sacchari affluentiam,) quantum quidem morbi con- ditio permittit, habetur. *Conſerva florum Malvæ & Liliorum alb.* hodie nimis delicata ſc. Eſſentiæ Al- theæ cum aquaſ. confecta, tantum tenerior ſituique ſub-

subiectissime Mucilago ; *cum ardenti Spiritu e Radice vel ipsa Mucagine spissiori extracta durabilior quidem est*, sed emplastrini quasi quidpiam sapit, quale è vulgatori quoque Malva paraverimus ; uti curiosiores per Vini Spiritum è Gummi Arabico.

*Electuaria Pectoralia, Arteriaca, &c. vulgaria* raro nunc, nisi à desperatis tandem expetuntur, tædiosius adhuc continuantur. *Surrogata passim*, modo quidem ratione præparationis speciosiora, modo jucundiora, præter rem tamen, vel Ambræ, Moschi, aut Alchermes accessu cariora, vel ingredientium exoticorum adversiorum respectu ingratiiora, vel demum ob Saturnina, Sulphurisve Spiritum, Lac atque Flores minus undiquaque applicabilia, sæpe noxia, certe propter accumulatas Conservas nihilo valentiora sunt. Nec in *Antiphthisis*, dum affectus vere talis & confirmatus est, certi quid invenimus. Utrisque, (è calidis frigidisque, huimentibus atque siccis sæpenumero coagmentatis) acceptiora nonnullibi Medicastræ parant : nobis autem Linetus tunc, aut Mixtura quædam leniens, temperans & incrassans, suprapositorum Pectoralium, item vulnerariorum Extractorum, & vel solius Aquæ Acaciæ confocatione, tantum (ni Dispensationis facilioris gratia *Extractum pariter Compositum* seorsim reponere placuerit,) extemporanea constans, Abunde satisfacit.

*Anonymi & Hali* (aliquoties hactenus interpolatos,) congeneresque *Pectorales, Antiphthisicos, Catarrhalesque* (rancori per oleosa illa quovis etiam modo contusa semina ac Fructus admodum expositos) *Pulveres*, quotus est, qui præservatorie quidem, (inter præsentiora Opiata aliaque euporista fistentia, & dum Morsuli vel Rotulæ huic intentioni multo aptiores sunt,) hodie (quo de effectu fin-

gu-

gulariori non dicamus,) continuando sumat ; curatorie vero revera ſalvificos ſentiat? ni ſpecialiora quædam, ied pro circumſtantiarum ratione aſſcientur : nam indiſferentem Sulphureorum Saturnorūque acceſſum paulo ante notavimus ; nec ſiccantiora Gummata cuivis ſubiecto quadrant : *Fungos ſalignos* ad grana quinque vel octo, bibonibus præcipue, nonnunquam cum effectu, de cætero ſine noxa dari vidimus. Sed commendatiora quoque hic claudicare coemeteria docent. *Species autem Diatragacanthi frigidi* (in rancorem pariter proclives,) parum profecto hinc ſingulas in doſes confeſſunt, per ſe ſub cita illa deglutitione ſtoma-chum potius quam pharyngein inviſcant, ut lenta fruſti Tragacanthæ in ore liquatio foret tunc com-modior, æque ac pro aliis (quibus frequentius expe-tuntur,) Compositis, integræ vel Mucaginiſ ejus (ſine vel cum conciſis Seminib⁹ frigidis) additio : ut *novis harum Formulis* haut adeo fit opus.

*Morsuli* vero quidam arteriaci ſeu *Rotulae*, (tan-quam præ *Trochiftis* aliorumve hujus intentionis *Baculis Pilulisque Pectoralibus* elegantiores, fluidis epiceraſticorum Mixturis, utpote magis portatiles, interdum aptiores,) paulo diſtufiori apparatu consultius aptari videntur ; ſimpliciſſimæ ſaltem compositionis, v. g. ex Iride, Extracto Liquiritiæ vel Succi ejus, cum Tragacantha vel ad *Trochifcorum Bechicorum nigrorum off.* (*primorum, secundis decom-positis* concinniorum, aliis minus operoforum) imitationem fuſi, tantumve compacti, ſub debita Extracti Liquiritiæ proportione gratiſſimi, ac citra Sulphuratiorum, (inter lentam deglutitionem fauces parum levantium, in completa doſi ſeorsim plus confeſſum,) reliquorumque gratiam ſaltem pervertentium acceſſum ſufficientiſſimi ; quo aliis

*aliis Pectoralibus Antiphthisicis, &c. contractior Pra-*  
*xis non indigebit.*

E reliquis autem Anodynis, Mollientibus ac Lenientibus si quid amplius in Topica feligendum foret, esse forsan posset trivialis *Malva*, cum toto, tam per se, quam in *Mucagine* sua largiter comprehens, quod insuper infrequentioris *Altheæ Radice*, *Foliis ac Semine*, seorsim pro more servatis, in (periaptis nonnullibi aptioris) *Alcea herba* & radice, imo in hortulanorum *Arborea rubra albaque, completa vel incompleta Malva* (inter tot æque parabilia efficaciaque Gargarismata,) queritur. Elle porro posset *Liliorum alborum*, (dum *Antheræ* claudicant, *Radices* autem in Cataplasmata paterfamilias è vicino eruit, aut sæpe cæpe cocta supplet,) e *Floribus recentibus* (dimissis *siccatis*) *Oleum; simplex*, levi solum aut nulla insolatione aliave (gratiam perdente) calefactione vel *operosiori encherisi* confectionum, aut potius, immersis eadem opera, (ubi placuerit, & successive suppeditarint,) *Violarum, Rosarum, Sambuci, Chamomilla, Verbasci &c. floribus*, quasi extra ordinem aut aliud agendo saturatum, sive ad imitationem *Olei septemflorum* (missis tamen ambagibus,) *Compositum*: largiter sic citra tantam Vasculorum multiplicationem comprehens, quod è singulorum illitu, seu temperatorum horum coactione sperari, vel potius in rei veritate obtineri potest. Nam *Unguentum Violatum* alias nunc *exoletum*, reliqua vero Anodyna ac Lenientia paulo ante vel per *Hyoscyamum* suppleta sunt, ut ne *Linaria* quidem *communis cœrulea herba floribusque*, nec ipsius (alias haut rejiculi) *Verbasci floribus aut foliis simpliciter siccatis*, aut alibi plane tostis, (dum *Radix* nonnullorum Amuletis, *Liquor* autem insolatus comptioribus puellis magis quadrat,) seorsim tantopere indigeamus.

*Fænigræci Semen aut Farinam* huc trahi forte posse supra circa Lotum ac Melilotum notavimus. At enim quod quæſitam hic emollitionem attinet, in vulgationi adhuc *Lino*, imo expressi tantum *Olei* (quod cum *Rapistrino*, *Fagino*, *Cannabino*, &c. lucernis nunc, quam internis præsentioribusque externis remediis aptius putamus,) *Magmade ſequendo*, idem nullibi non invenitur.

Ita Clysteres æque Lenientes, citra ullum unquam *Clysmaticum Unguentum*, vel domi confiunt: ut formularum circa talia multiplicationes demirerum. Et dum vel Nucistæ (pro fissuris) oleum, alibi vero Lapidis medicamento si Solutio, Sulphuris Balsamum, &c. imo tandem alibi triviale *Agnorum* (simplex, aut extempore, citra vulgare in putrilaginem Cosmeticis pulveribus sociatum) *Sebum* delicatioribus satisfacit, cur *Pomatum Poma-taque* insuper exigantur? aut *Unguentum Dialtheæ*? dum vel solum cum Hyoscyano frixum Butyrum sufficit. Sane hujus & Polychresti hinc Emplastri intuitu, nec olidas Pinguedines, nec ipsum antiquariorum Tonsorum *Emplastrum Diachylum simplex* firmatior quispiam adeo requisiverit; parabile tamen vel è Malva nostra, si opus foret; æque ac *Unguento hyoscyamino mucaginosorum* aliquod haut difficulter associari poslet.

*Oleum* tandem, (ut in eo concludamus,) fit nobis ubique recentius; nec pro calefactoriis oolidum *Antiquius*, aut *Omphacinum* (pro stringentioribus,) dum pinguia rarius aliæ vero formulæ magis quadrant, vel extemporaneis plusque crassamenti ferentibus *Unguentis* totum consultius suppletur,) striete curiosiusque hic requiremus, *Lavare* quodvis fere ridiculum, laboriose variisque modis in *Philosophicum* destillate, (quando Terebinth. Sa-

ponis Juniperi &c. Olea sufficiunt, ) pene superva  
caneum, *Nitri denique Spiritu*, cum aliquibus sa-  
turare, curiosioris intentionis est. *Folia Olivæ* (in-  
ter tot parabiliora stringendo roborantia, ) exteris,  
*Olivæ mensis* (quas immatura Corna similiter con-  
dita haut injucunde supplent, ) è delectu nostro ce-  
dant.

Atque hæc de Vegetabilibus qualitercumque hoc  
pertinentibus. Ex *Animali regno Urinæ vel Salis*  
*Ammoniaci urinosus Spiritus* sine febre furores & in-  
quietudines equidem interdum felicius sopit, quam  
fumina quædam Opiatorum, plerunque hic evani-  
dorum dosis. Sed hæc alterius classis & considera-  
tionis sunt.

*Mel* quod attinet, (dum eneas *Apes Muscarum-*  
*que* mucores, siquidem adeo placeant, *Calvastri*  
nullibi non inveniunt, sit nobis non foris *Lithua-*  
*nicum*, aut *Virgineum* saltem, sed *quodvis* bonæ no-  
tæ : ad internos usus, in certas circumstantias,  
& vel naturæ suæ intuitu Saccharo à quibusdam  
haut incogitanter interdum prælatum, ) citra quæ-  
fitas olim, & nuper alicubi reducetas, (dum tamen  
in compluribus adhibitionibus supposita illa tanti-  
que habita *subtilitas* nihilominus disperit, servata-  
que nil evidenter hætenas contulit, ) ambages,  
consueta colatura *depuratum*, aut quandoquidem  
ex adverso nonnullis, etiam medicinam professis,  
cerosus iste odor displicet, (quo vis ex parte, sed  
oppido tum cum volatilitatis istius consumptione  
pereat,) denuo ad consistentiam *Recoctum*. *Meli-*  
*cratum* hinc, siquidem opus foret, prompte, & *Hy-*  
*dromel spirituofum*, ubi potui vehiculoque tali ad-  
sueti fuerint, secundum recentiora Monita facile  
optimumque, (quo *Liquonico* quoque *Moschovico-*  
*que* singularitatibus dediti careant,) nemo non con-  
ficiet

ficiet *simplex aut Compositum*. De ardenti vero hujus *Spiritu & Aceto* supra diximus. *Tinctura Mellis* mel est, *Spiritu Vini dissolutum*; *Quinta Essentia & Elixir libellorum* quoisque produnt, tantum (inter nimia promissa,) supervacuus labor. *Aquas antipodagricas cum Vitriolo vel Tartaro destillatas*, similiter vix uni alterive levaminis aliquantillum attulisse vidimus. *Spiritus* autem, utut cum conformibus acidulis, è *Lignis durioribus*, *Manna*, &c. destillatis admodum conveniat, illic tamen ortus & majoris quantitatis, hic parabilitatis causa, forsan ad selectum nostrum in solutiones quasdam trahi posset: at citra frustraneas *Digestiones*, repetitasque (sine multa particularium inversione,) *Rectificationes*, quamvis multis in secreto quasi, pro *Philosophicis* habitas; magisque adhuc citra curiosiores aut cariores *Coralliorum* vel *Antimonii*, (interdum in fine tantillum communicantis) combinations.

*Limacum* (pro levi nonnunquam Podagricorum solamine) *Liquorem*, post nauseabundum mucorem tandem colligat, qui *Verbasci*, *Lumbricorum*, *Catellorum*, *Ranarum*, &c. liquaminibus nimium tribuit. Utique hic suas patitur manes, ita singulare sibi remedium similiter invenit, aliisque postmodum commendat? Nec de *Lactis* delectu disputationes nostras faciemus. Phthisicis liber esto: utinam vero & sperata inde restitutio. De cætero totum in *Topica Medicique directiones* Matresfamilias habeant, cum suis, (haut postremæ tamen considerationis) *Coagulis*, alibi à *Venatoribus* queque, (inter tot æquivalentia acceptiora,) petitis; & *Caseo seu recenti*, seu antiquorum *putido*, ab accidentaria inventione ad *Cataplasma libellis* hodieque hyperbolice tracto. De *Axungiis* autem eo-

rumque affinibus jam ante egimus : quemadmodum etiam de *Sulphuris Vitrioli narcotici* (hodieque *Laudanis* nonnullibi adjecti) sufficientia, titulo de *Vitriolo & Martialibus aperientibus*. Ut proin institutum nostrum persequentes pergamus ad

## Roborantia temperata, Analeptica, Refrigerantia, &c.

**S**Itque primus (post Monitorii, supra de Refectionibus positi repetitionem,) Acidulorum Fructuum Succis locus; utpote quibus (ubi revera opus,) Refectorii quidpiam, ob naturam vegetabilem nobis propinquius, nec mineralibus Acetositatibus (reliquas quidem destinationes felicius saepe faciliusque expedientibus,) adeo exprimentum, haut immerito subesse videtur. Ponamus autem è Nostratibus (parabiliорibus, sat jucundis atque præsentaneis,) primo *Cerasorum acidorum Succum*, (si libet immaceratis propriis aut *Perficornum nucleis* alteratum,) non tam solitarium, (nisi certas in compositiones, aut extemporaneas Vini, cum pauxillo Aquæ Acaciæ, mixturas seorsim placeat;) quam ubi copia datur, *Succi Ribium* subquadruplo, *Berberum* suboctuplo amplius alteratum; post spontaneam residentiam in Vap. Balneo ad tertias exhalatum; perdiu sic, (seu solitarius sollet, & *Tartari Crystallini* aliquantillum simul depositum,) durabilem; & quod in *Cerasorum, Ribium Berberum, Rob.*, ac spissioribus (non sine multa gratiæ diminutione) *Effentiis, in Diamarenatis*, diffusori *Ribium Vino*, &c. quæritur, compendiose præstantem; dilutu cum aliis, dulcoratuque facilem; ut nec muliercularum vulgaribus talium, aut in specie

cie exacinatorum *Berberum Conditis*, institorumque *Rotulis*, multo minus autem ob antiquaria quædam Composita *siccatis* (non sine perversione) *Berberibus*, aut propter supervacaneum *Electuarium Rosatum*, compactis hinc *Trochiscis* indigeamus: cùm succi aliquantillum, contusarum Aril-láruim loco, longe jucundius isti aliisque instillari potuisset; & in specie *Cerasa acida siccata* hordeatis æstuantium adjecta, vel per se aut cùm passulis decocta, *Conditis* parabiliora salubrioraque sint; ceu inverminosorum *Dulcium Sapa*, ipsaque purificatori *Essentia* gratiæ haut ita multum, multam vero in mucores proclivitatem invenimus; si *Aquam* quidem, non ut (in tanta, post quaslibet etiam de-stillationes fallacitate,) Epilepticam, sed pro aliorum solummodo vehiculo, tanquam gratiorem diffusiori forsitan apparatu vel adsuetorum variatio-ni quis largiretur.

Sit potius, ubi per Regionum Annique clementiam habentur, *Cydoniorum Succus* ad quartas parili modo exhalatus; sat sic in frigidiori loco durabilis, alias vero in fermentationem (nativæ gratiæ quidpiam dementem) proclivior: quo tale quid per loci incommoditatem veriti, cum Saccharo Sirupalem (ita concentrati) consistentiam interdum data opera quæsivimus. De cætero spis-fiori *Rob* simplici, (tanquam denuo nihilominus ægriusque diluendo,) quemadmodum & vulgari, (ac ni communiori modo reposituraque servetur,) minus contractiori Myrothecio tractabili Vino commodior; simplici (vīnoso magmate cum sui similibus hodieque nequicquam infecta) *Miva* aptior; quo *Aromaticæ* cuiuslibet repræsentatione, per leve Aromaticarum Aquarum, Elæosacchari Diaromatici vel Essentiacæ competentis additamen-

tum prompte alterabilis, quandocunque lubet invenietur. *Spiritus* (injucundissimi Fructus Succique perditionem excogitatus,) destinationi ejus revera contrarius, *Semina* pro (non adeo rejiculo) superpondio, *Siccatorum frusta* (potius culinaria,) *Condita*, *Marme!ata*, diversimodeque hodie dum *Diacydonia* mulierum negotiosiorum teneriorumque sunt deliciæ, extempore quoque, si compluerit, citra vasculorum multiplicationem Aromaticandæ; Purgantibus sane, utut diversimode, per Magisteriorum quoque solutiones, &c. id peractum sit,) fere frustra perversæ; si nostratum ad ejusmodi masticatoria nauseam, & elegantiora Catharticorum compendia spectamus. Atque hæc è vernaculis: quibus, ubi tolerabiliter comparari nonnunquam queunt, accedere tunc posset *Citri Limonumve* (indistincta hic) *Aciditas* (post residentiam aut filtraturam) non tam intensiori calefactione divaporatione infracta, (ceu singularis ejus hic natura curiosioribus pridem observata est;) quam, si *Sirupalis consistentia*, (succi corticibus prius alterati, vel potius simplicis parte una, & una semis sacchari constans) nimis saccharata videatur, ana selectioris sacchari condita; diu sic, praesertim in loco paulo frigidiori durans, nec sub oriente interdum fermentationis cujusdam indicio deterior vel ingratior; si placuerit instillata (ipsi plane congeneris) *Spiritus Vitrioli* particula, haut inconvenienter tunc intendenda; vulgaribus varieque (pro impedienda aliquali flavedine) tentatis *Siruporum Acetositatis Citri Limonumque modis* praesentior, seu in nativo suo acore minus persuasa; *Vino* quorundam *simplici* penitusve nonnullis prius fermentato asservatu dispensatuque commodior; *Conserua, Gelatina, Conditoque* (dum recentes, ubi sup-

suppetunt , taleolæ salubrius exfluguntur ,) contraria praxi longe utilior : De cætero Cinamomi Aqua hinc similibusque acidis succis & Essentiis gratiam gustanti in lignosum quid , *Destillatio Succi* per Retortam , Vitriolicam ejus naturam in Acetosam , (è parabiliорibus æque proliendiаm) cum empyreumate incassum pervertit. *Aqua* inde per Alembicum abstracta exigui momenti , *Morsuli* ditiorum delectamentum sunt.

Atque his ita pro loci temporumque ratione tantisper positis , nec *Aurantiorum Conserva* , *Condito* , *acidulorumque Succo vel Sirupo* , (quasi feliciori hinc medicatione , nec cariorum adhuc faciliusque prætermittendorum *Granatorum Vino* , aut *Acetosorum* , multove minus (inter epicerasistica ,) *Dulcium utrolibet Sirupo* indigebimus insuper ; ni data opera Antiquos , vernacula sūta merito adhibentes , per cœcum obsequium data opera sectari voluerimus. Non culinari exterritorum *Agresti* , *eiusve Rob* , aut (acidulis aliorum Succis neutquam gratori , inter sistentia permultis compendiosioribus , præsertim mineralibus posteriori ) *Sirupo* , vel subsidente laboriosiorum *Tartaro*. Non *Myrtillorum nostratum* (nisi forsitan tincturæ causa, præ *Essentia liquida* saccharata , piæque *Fermentato* colorem utrinque facillime perdente , *Sirupalis* hic in specie consistentia diffusos in apparatus placeat,) *sapiformi quorundam Crassamento* , *siccatisue* in plebeiorum flores (at insidis sæpeque novam fermentationem excitantibus) *Baccis*. Non *Rubi vulgaris Fructibus* , aut mucaginosam , sambucinique quid sapiente *Essentia*. Non *simplici* (flatulentiori) *de Pomis* (certe dum ægrotamus comedere acceptioribus culinæve aptioribus,) *Sirupo* , facillimique mucoris , et si probe

saccharata fuerit, *Essentia inspissata*; de cætero haut profecto tantis, ac communiter deprædicantur, *Cordialibus*, ut *Compositos* quoque hinc *sirupos*, olim hodieque inter divaporandum odoratorum accessiorum gratiam plerumque perdentes, in solitarios aut *Chermesinos* usus parare referat. Non *Syrorum quorumvis* (sub sirupali consistentia) *Succo*, per se & cum *Pomaceo* in Aceti vel Cidre Normannorum confectionem aptiori; ceu *Moschatellina condita* & *canthisata* ad Bellaria deliciorumque delicias pertinent. Imo nec iis adeo, quæ tamen quasi per conditum è *Moro* (omnibus districtibus alias haut æque frequenti,) vel ex *Ideo Rubo* communiter imperantur. Hujus puta *sirupo*, quamvis in Dispensatorio super aurum & uniones commendato; vel istius vexatissimis *Diamoris*, seu *simplici*, seu (uti vocant,) *Usitato*, seu denique (extemporaneo potius) *Composite*; siquidem æquivalentibus stringentibusque succis, decoctis atque mixtulis longe parabiliорibus fauces nihilo infelicius perlini vel elui tota die cernimus: ut nec *Rubi Morique folia* huc trahi debeant; ceu pridem cunctis his substituta sua adsignarunt. *Sicare* vero utrumlibet *Fructum* fere simplicitatis cuiusdam, *Acetum ex alterutro culinare*, *Aqua utriusque* (licet è *Rubo* Ideo non injucunda,) inter alias pariter gratas, corruptu sunt faciles: ut proin quandoque, dum ejusmodi fructuum fieret copia, *Essentias liquidas* hinc animi gratia paraverimus; & vel superiori è *Cerasis compositæ addiderimus*, vel decumbentium, (variationem in ejus generis refectionis nonnunquam quærentium) causa seorsim servaverimus: *Mori* quidem succum, ad tertias post residentiam exhalatum, simpliciter quoque, & citra *Sacchari*, (fermentationem in vinosis

nosis hisce cum deterioratione interdum promoventis) accessum; *Rubi vero Idei spontaneum*, (cum ad tertiae partis remanentiam & ultra exhalatus per se nihilominus haut duret, fermentatus autem similiter sit ingratiior,) ad sirupalem fere consistiam redactum. Sed haec extra delectus nostri scopum sunt.

Accedant potius *Rosæ*: non pro more singula species seorsim, *Alba*, *Incarnata*, *Rubra* communes & saturatores, *Sylvestres*, imo (cum exuccis *Placentis*, accidentariisque inter tot stringentia *Antheris*,) ipsæ hortulanorum *Luteæ*; sed (missis tantum minutis, ac nimiis claudicantium traditionum observationibus,) *Hortenses* quævis parabiliiores, aut ubi penitus defuerint, etiam *Sylvestres* communes vel sindantur, *cynorrhodi*. *Aqua ex arvensibus* equidem remissior, in Completatum detectu tantisper tamen sufficiens est: qui vero ex *Albis*, (alias hunc in finem convenientioribus,) *Incarnatis*, *Rubris*, & quam *seculi rosarum* (diversa scopi prætentione,) dicunt, eparatim singulas destillant, labores incassum, præ excessiva circa minima quædam curiositate multiplicant, dum fragrans quævis (modo pro Ophthalmicis rosæ non nimis fermentatæ, vel majori Vini spiritusve ardoris quantitate ante destillationem humectatæ fuerint,) satisfacit. *Damascena* (etiam extemporanea,) delicatorum, *Acetum culinarium*, *Iulep* saltem *Aqua rosarum* edulcorata, *Spiritus abstractius* parum rosaceus, fermentatius per se paratus (in ea requisita florum copia) non cuiuslibet loci, cum *Saccharo* (alibi dicto modo collectus) parabiliior, diffusorum tamen potius apparatus est; ceu denique *Oleum*, etiam antheris capitulisque adjunctis, (quod in Oléosissimo, si per se cucurbita-

ta è retorta destilles , flore oppido miteris,) parcissimum aut suspectum ; ut illud è *rhodino ligno* (dum *rhodium* , haut alias rejiculam Semper viviformem radicem vel *Cynoshati spongiæ æquant*, ) tantisper petendum veniat ; quo usque datur recens falsationisque expers ; si quidem *rashatura privatim destillata* raro sumptus compensat ; adjecto vero ana facchari post fermentationem *Spiritum* haut injundum curiosioribus promit. *Conserua* è *rubris quibuslibet* , (sed in defectu nec *Alba* nec *Incarnatae* , nonnullibi *seorsim* sic , sub frustranca tamen ejusmodi saccharatorum multiplicatione servatæ; quæsitas intentiones deserunt,) secure nobis parabitur , ususque demum tempore *Vitrioli Spiritu* convenientibus alterabitur citra supervacaneam *Vitriolæ* asservationem. Accedat insuper potius melliformis *Essentia* , è *rubrarum Albidarumve* (*recentium aut rite siccatarum*) infuso clarificato Per Vap. Balneum conquisita , sacchara ; *Fermentato rosarum* commodior , in *Tincturam* (*Vulgari corruptu facili*) simultanea Mixtura prompte redigenda ; *Melli quinetiam* (si opus foret ,) aut oleosæ *Citri* *Essentiæ* haut difficulter , quo *Melrosatum quodlibet* , aut olim nequicquam *Citratum exeat* , confundendum; profuso *de rosis siccis Syrupo superior* ; *Ipsi* (paulo amaricantioris) *hermes Essentiæ atque Sirupo* , (*rosis alias haut raro saturato* , viribus revera par : ut competenti confortantium & fuscitantium adjectione profecto Mixturam cuivis *Confectioni Alchermes* , ( à Nostratisbus Exterisve , seu secundum *Arabum* , seu quasvis solertiorum *recentiorum* designationes compositæ) præsentiores , ad minimum (persuasiones dimittentibus , & quantilum Antiquior compositione de Grano tinctorio participarit ; item quod *Analepticus Mynder Pulvis* alia-

aliaque Confortantia , citra Chermes accessum nihilominus præsentanea habeantur cogitantibus,) multo minoribus impensis nanciscatur , quisquis solummodo hoc hæsitantium aut desperabundo- rum Asylum nobiscum aliquanto penitus , & in quibus potissimum effectus fundamentum consi- stat , excusserit. *Floccos Chermesinos* sacculis & epi- thematibus addere , alias saltem ostentatorum , *Filis* cruentantes ligare , vel *panno* , viliori quoque , Morbillos sollicitare , muliercularum est. Anti- quariam *Sirupi* (quot modis hodieque temere pro- fusaum ?) *rosarum solutivi* , *rosati simplicis* , *Mellis solutivi* , similiumque è stringentibus hisce cathar- fin , varie usquedum procuratam tutioribus nunc passim , dum opus est , feliciusque (citra exoticas dulcorum effervescentias) procurari , supra nota- vimus. Nec *Saccharo rosato* , licet vel extempore sat commode concinnetur , opus hic habemus , nec pridem Dispensatoria : siquidem cum aliis potius Compositionibus quam solitario usui serviat , ubi- que adjecta proportionali Pulveris aut Essentiæ rosarum particula compensari potuisset. Ne cæte- ro cum superioribus lustris adsuetis alicubi Hepati- cis , præsertim potatoribus simplicissimum è Rosis , Coralliis , Sentaloque rubro , (Essentia Berberum aut Vitriolicis moderate saturatum ) Pulvere in sive Trageam , etiam Rotulas Morsulosve (plus tamen facchari quam solidioris efficaciæ sic inge- rentes,) redigendam daremus , facile , famosissimum licet , *Diarhodon* , & (nomen illud majori jure pro- meritis) *Diatrions Santalon* , *Rosatæ novellæ* &c. (in- considerate è contrariis superabundantibusque conglomeratis) *Speciebus* , ac ejusdem sortis *Tro- chiscis de Rosis* atque *de Cantalis* carebamus. At qui Liquidarum è Rosis , Bellide , Marte , Coral ,

liis, &c. longe majorem gratiam, Nitri vitriolati insuper, Clissi, &c. sufficientiam considerat, facilius adhuc cunctis istis, varieque sub *Tragearum, Morsulorum Confectionumque Hepaticarum temperatarum* titulo hucusque superadditis carebit. *Oleum Rosarum simplex*, (dum per ambages *Compositum* nihilo est saturatius,) imo negotiosius ipsum *Omphacinum* quovis modo parent, qui traditionibus cum danno quoque, inter simpliciorum tonorum persuasiones adhærescunt. Quod ex Oleositatibus hoc in genere sperari secure potest, supra ad imitationem *Olei septem florum propositum* nobis præstat: quemadmodum *Farinacea* quædam, *Saponaria*, *Saturnina*, vulgarissimaque *Epicerastica*, aut domi ad Infrigidantis *Unguenti* modum paratum, in suo quodvis genere longe tutius commodiusque efficiunt, quod *vulgari Rosato Unguini*, (dum inibi nequicquam olim quæsitæ deliciæ tanti non sunt, *operosiores* autem ambages amplius vix meretur,) adscribitur.

Cæterorum, ubi *Caryophyllorum hortensium*, cuiuscunque coloris aut (in ea hodie nominum vanitate, amplitudinis, nobis facta fuit copia, intermixtius Rosarum floribus *Essentiæ* earum destinatis; quo nec dictorum *Caryophyllorum Essentia* (ferri contactu aliquantum alterabili, pro diuturniori vero conservatione satis saccharanda, (seorsim indiguimus : utut in Vap. Balneo rite parata alias non sit inelegans, diffusiorisque *Sirupi* (dum *Aqua dest.* inusitator, *Acetum culinarium* est,) & *Conserua* (licet simpliciter haut ingratæ) locum prompte suppleat. Multo minus autem *Myrothecium contractius Cyani Flores* (plebejorum cacheoticorum Infusis forsitan aptiores,) hic exigit, aut nimis alicubi commendatum *Sirupum*, satisve parcum  
cvani-

evanidique coloris , ( dum Ophthalmicas *Aqua* destinationes vel Rosacea complet , ) *Essentiam*. Sane qui *Borraginis* speciosiorisque *Buglossa vulgaris* aut ipsius *Italica in Floribus* haut tantam vel potius accidentariam , in *Radicibus* , *Foliis* , expresso , (quovis modo) *Succo* putatiam tantum (per traditiones) vim Cardiacam deprehendit , nec ista huc cum *utriusque Sirupo* mucaginosioribusque *Conservis* huc trahet : ceu olim *Echi Flores* paratamque hinc *Essentiam* sive *Extractum* melliforme (sat tam aduersus situm saccharatum) illis eodem successu substituimus. Sed hoc non nostræ nunc intentionis , *Sal vero Borraginis* tenerius quidem , at extra herbæ destinationes , præque aliis in effectu nihilo singularius , *Aqua* dñum seu e *Floribus* seu è *Toto* destillata alias deses & quasi fatua , corruptuque (ni præter plantæ naturam *Spirituosa* ingratiorque patetur ,) facilis est. Ita nec *Santali Species* adeo , cordiales inveniuntur. *Citrini* remissiorisque *Albi* fragrantiam propinquiora e *Cupresso* &c. æquare *Rodinum* superare posset : *Rubri* vero adstrictionem etiam in vulgatori *Brasilienso Ligno* invenimus : quemadmodum *Tinctura* (alicubi hinc petitæ ,) paria in magno Nostratium Hæpaticorum sistentiumque numero. Si tamen omnino quispiam vel ob Timorenses , (istius effluviis ex parte non nemini adscriptas ) febres aliquod hinc velit , forsitan *Rubrum verum* , ( *sylvestri Afrorum* litui relicto ,) esset ; pro gregariis in *Decocto* præcipue , haut plane deses ; ceu in dispositionibus Phthisicis ac hæmoptoicis macilentorum , pro salsuginosioris sanguinis aut feri attemperatione haut incongruum deprehenditur : ut ex adverso equidem (cum aliis fixioribus & inodoris ,) Topicis aut *Speciebus* pro *Epithemate* *Cordis* atque *Hepatis* non

quadrat : sique exiguum speciosiorum quoque vel  
correctiorum levamen, (muliercularum euporistis,  
item odoramentis &c. æque facile & ut plurimum  
securius compensandum) expedimus, totum (hu-  
jus intentionis) Compositorum teorism proposito-  
rum genus exesse hinc poterit : quemadmodum  
(inter tot attemperantia ac stiptica) *Corotum* quo-  
que de *Santalo*, *Incognitumque* (utinam!) *Emplastrum* : dum pro forma saltem, & satis incommo-  
de, vel accidentario solum effectu gestantur, etiam  
Artis pharmaceuticæ regulis magis applicata, at  
nihilominus paucorum effluviorum ingredienti-  
bus, resinosis inviscantibusque constantia Santa-  
lina atque Hepatica. Podagrici qui lenimentum  
quoddam è raspatura Ligni cum resina subacta  
fentunt, emplastriforme magma nunquam non  
inde habere queunt. *Utramque* vero *Pimpinellam*  
*sanguisorbam*, Santalo licet quadanterus affuem,  
iis qui Vinacoronant, *Aquam autem*, *Conservam*,  
*Sirupum & Extractum*, inter tot sistentia Vegeta-  
bilia, Corallina, Martialis &c. diffluentioribus re-  
positoriis, quemadmodum & *Caryophyllatam*, in-  
fusis olim tantopere vindicatam, (præsentioribus  
contractioribusque catharrhalibus & anodynis  
contenti,) Cerevisiarum alterationibus, *Rosam*  
*Hierichunticam* demum incertis tenellarum per-  
suasionibus, cum aliis supervacaneis hic remitte-  
mus.

*Nimpheæ* (alias haut omnium destrictum) albi  
luteique *Flores* sive destillentur, (nam *utrarumque*  
*aqua* prostat;) sive conserventur inacceptiores, *Sic-  
cati parvi momenti*, & *Sirupi* (*simplex* sc. atque in-  
cincinnior *compositus*, prætot temperatis epicera-  
sticis,) revera superflui sunt. Vis Antivenerea &  
Suppressoria in specie & hic, & in *Semine*, *Radice*,  
muca-

*mucagineoque ejus Extracto*, etiam per ardentem Spiritum amplius depurato, pariter atque in castissimo ( si calida affinitatis causa huc referre licet,) *Agno*, *Trochiscis* istius, & pomposis *Aquis Castitatis*, *Cannabinisque Emulsionibus*, (nonnullis etiam compositis.) plerunque claudicat; majorque læpius inventa in *Nitro*, vulgarique *Salice*: ceu hujus *Extractum* (missa floridorum *Fulorum* ingrate-dulci *Aqua*,) è *Foliis* (*Nymphaeis* commode substituendis,) aut potius summitatum autumnalibus illis *Glomis* quasi balaustinis confectum, quandoque non sine fructu dedimus. Verum (donec forte emasculans *Cahumee* frequentius coqui incipiat,) dæmonium hoc plerunque nec nive nec jejuniis ejicitur; ceu ab altera parte Gonorrhœa legitima (sub cuius specie aberrans procul dubio chilositas, in Urina primo clara, postmodum copiosissime subsidens, plures hectice consumit,) hic locorum est infrequentior.

Quantum autem ad residua, *Lactucas* & *Portulaceum recentes*, citra notabilem alterationem indies largiter comedimus: atque hinc nec singulare quid in *siccatis Saccharove* (refrigerij tamen causa) *conditis Caulibus ac conservatis foliis*, uti nec *Sirupo de Portulaca* (dum *Compositus* fere magis Intibacens est,) *simplici siccatoe utriusque* (*Lactucæ* alias innoxio *Succo* invenimus. *Fabariam* (gravidarium alicubi contra cæcas hæmorrhoides) *perapton* (*Solanum*, ac *Sempervivum majus*, *recentia*,) siquidem inconsiderate *siccantur*, vagis & è mure tunc (pro espresso *Succo* quoque, si *Sirupo simplicis* extemporaneique per *Ammoniacum Compositi* loco magis placuerit,) legendis experimentis, *Lentem palustrem lacustrium*, *Alsinem oscinum* *ingluviei*, vel cum recenti *Nummularia tabidorum*

rum aliquando' placentulis, *Violariam* (clysteribus hinc nihilo melioribus,) pauperculorum Ole-ri, *Erygerum* demum utrumlibet, tartarea *Vitis folia* & (omnibus forsitan in virore suo præstantiorem) *Anserinam* euporistis, nec interdum contemnen-dis Topicis relinquemus. *Nummulariæ*, *Senecionis*, *Anserinæ*, imo *Lactuca Solanique Aquas*, ac *Vitis* (alias non cujusvis loci) simplicis vel (in singulare oculorum gravidarumque solamen) alibi *Destilla-tas*, (inter diffusas earum præparations largos-que, effectu tamen plerunque minores haustas,) elegantiora præsentioraque in quavis destinatione æquant, ceu *Fabaginis*, *Portulacæ*, ac *Semper vi-vi Destillatas* sæpenumero vel Aqua simplex ex-pressit. *Trochiscis Gordonii*, (nam Opiati & Ad-stringentes reliqui alterius classis sunt,) competen-tium Emulso (interpositis fistentibus &c.) longe est commodior; uti præ *Nymphaeæ* (*Violato* alias comparato) *Oleo suprapositum illud*, infusis tem-peratis aliquod floribus constans, ac *Hyoscyamino* pro lubitu ulterius alterandum: siquidem horum ac consimilium Unguentorum Emplastro-rumque Infrigidantium effectus ut plurimum magis accidentarint, sæpe nullus aut innoxius depre-henditur.

*E Venereis* pònamus hic potiorum *Satyrorum* *sacculentas* (emeritis seu *marcidis* paucum potius, quam contrarium succum reddentibus;) *Radices*, (cum siccatae langueant) *recentes*, non tam *Condi-tas*, quam ardenti Spiritu rite (citra quoque Panisnicam) *Extractas* seu in *Essentiam Saccharatam* melliformem, (sequestrata superflua mucagine, redactam; & dum *Aqua simplex* ingrata languidiorque, *Aqua Vitæ* & *Essentiæ liquidæ* ob Diffu-siores Spiritus Vini Doses exhaustis inconvenien-tior,

tior, *Sal* denique haut specifice Venereum est,) reficientibus aut simulantibus additamentis, (si opus fuerit,) amplius modificandam; ut *Extracto composito*, officinalique (culinariis quoque stipato) *Diasatyrio* aliorumve *Electuaris ac Mixturis magnanimis*, *Pacificis*, *Satyriacis*, (testiculis etiam, priapis atque carnibus animantium varie constantibus,) separatum non indigeamus. *Morsuli* hujus census usitatores, vel extemporanei vel remissiores sunt; & qui flaccidissimum emeritorum hic stomachum novit, turbata mane (nimium Saccharatis formulis) præcordia inferiore in appetitum potius extinguere haud infrequenter deprehendet. De cætero flaccidorum sanguis sive serum non solo *Fraxini*, *Erucaque semine*, sed *Pipere quoque*, *Sinapi*, *Capis*, *Favonorum Cubebis*, &c. acceditur, seu actimoniam irritantem induit; tripudiantemque vel trivialis cantilena juvat. Vere autem, præsertim præcocius emeritos, talia (sæpe non sine noxa, ceu stimulantia pleraque diutius continuata plures in lithiasin præcipitasse constat,) perfunctorie saltem (æque ac *Eryngium simplex ac conditum*,) erigunt; præsentioribus in isthoc casu (dum famosior *Boletus cervinus rarius* sat bonæ notæ, nec semper adeo præsens observatur,) flatulentioribus *Analepticis*, pro re nata aromatisatis; è culina quoque lascivientium quamlibet (per americanum innectam,) potam comedamque *Chocolatam* passim superantibus. Mirum autem, quod Indostanorum *Bange* tamdiu exesse potuerit, vulgares de *Cannabe* traditiones, (si vere nec per similitudinem solum tale est,) vanitatis imposterum convincens.

E Frumentaceis, uti *Panis calidus, tostus, biscoctus*, *vino acetove humectatus*, *Fermentum pistorium*, *Mili-*

lipedta &c. diversimode adhibita euporista, multis operosisque s̄æp numero Emplastris Unguentisque officinalibus præsentiora; ita *Panis destillatus*, & vel è clibano singulari (præter faciliores modos) comparatus *Vapor curiosiorum*, (projejunante forsitan Democrito;) famosæ vero *Effentia* (resinoso exhalantis *Cerevisiæ magmati* quasi congeneris) vires, cœtra Cordialium accessum, adeo analepticæ non sunt, ut contractiori selectui superaddi mereantur. Ipsam *Tricici Se calisque*, (& quo codem tenore reliquas etiam percurramus,) *Hordei*, *Avenæ*, *Fabarum*, imo *volatilem insuper farinam plebs* in Domesticâ experimenta nullo negotio sibi (citra publicam, *Teredinis* quoque asservationem,) conquirit; antiquarii vero Chirurgi plerunque præter rem Cataplasmatibus suis ingerunt. *Ptisanam* citra Dispensatorii præceptum mulieres fat bene coquunt; æque ac Septentrionaliores *Avenatum* suum, & quivis hinc inde *Aquam Hordei*; optimam equideim, si simplissima, nec ad alia Decocta denuo recepta fuerit. *Phaseolos* mundo deditis culinæque relinquamus; quemadmodum & *Asparagi turiones*, *Scolymum*, *Sisarum*, *Pastinacam albam*, &c. Delicatiorum mensis & intentionibus magis, quam comptiori medicationi aptiora. Ut profecto nec in *Napo*, (extusque epulotica) *Pastinaca lutea*, *Rapo recenti*, vel (pro tuſſientium decocto) *siccato*, florentisve pro Asthmaticis (potius è *Rapistro*) *Aqua fatua* *Atriplice*, exoletoque ejus *semine*, *Brassica quavis*, etiamsi *Romana*, & vel è *Catonis* commendatione fuerit,) ac similibus reale quidpiam in intentiō nem nostram invenimus.

Et si hinc ad Animale Regnum nunc descendimus, quantum primo Confortantia concernit, profecto nec *Perlarum* inconsideratissime (præter Dia-

*Diamargariti calidi* parciores hic, & *Frigidi unctuosas Species*, ) in tot Pulveres, Confectiones, Extracta, imo Destillata, in Manus Christi aliasque Rotulas, imo ipsa Epithemata profusarum, non solum *Occidentalium*, sed ipsarum *Orientalium*, speciosissimarumque quoque, *integrarum aut Foratarum*, provenientiumque inde *Retrimentorum*, (etiam genuinorum) tanta deprehenditur efficacia vel singularitas, quæ, dummodo præjudicia, potissimum ab exotericorum æstimio nata exuiimus, & (si tenerior earum substantia, vel hujuscemodi Solutionum diversitas alicubi obstat,) experimenta saltem in iis ac congenibus seorsim facta, (levi cum minutiarum neglectu) conferimus propriis Testis aliisque Conchis, Oculis Cancri, Corallis, &c. invertentibus æquari nequeat: ceu solas Aquas aut Mixturas analepticas hoc titulo oblatas, citra quandam tamen Margaritarum Atomum, idem pluries (imaginatione sic delinita) revera præstitisse scimus. Et si omnino speciale quidpiam nonnullibi conferent, ex tempore sane commodius competentibus formulis adjicerentur, quam tot supra dictis (haec tenus officinalibus) Speciebus ac Pulveribus, eorumque suffraganeis *Analepticis*, *Perlatis Cordialibus temperatis*, de *Gemmis calidis frigidisque*, *Rotulis Perlatis*, &c. fatiscentia saepe vegetabilia nihilominus adsciscerentibus, in solitariam asservationem immiscerentur. Ut taceamus quasi, absorbentis Perlarum virtutis inversionem, data opera (pro majori plerumque exaltatione sc.) procuratam; dum modo per *Acetorum*, *Salinorum*, *Vitriolatorum*, item (præcipitantis tamen *Succi citri*, consimiliumque qualemcumque combinationem in *Magisteria*, seu *vulgaria*, seu (speciosiora quidem) *Plumacea*, *Butyracea*, *Squam-*

*Squammia*, &c. negotiosius quam utilius redactæ, modo *Acetosis* &c. (earum interim naturæ seu destinationi minus quadrantibus) particulis sub *Solutionum* *siccarum communum secretiorumque forma* amplius complicatae, vel in *Solutionum* deliquatarum aut dilutarum *Oleiformes liquores* redactæ sunt; aut per *Spiritus Saliave* (alias per se *Diaphoretica*,) alioversum in *Arcanis Floribusque Perlarum* tractæ, vel denique per *Calcinationes* penitus perversæ. Quo tota hæc congeries, *Siripi* insuper, diversimode (inter extemporaneas solutiones & præsentationes earum in substantia Mixturas,) quasi pro Cleopatræ mensas quæsiti, deterioresque adhuc *Spiritus*, in perditionem elegantis & per se longe magis proficui lapilli excogitati, *Liquores* denique ac *Olea Perlarum*, quæ sæpen numero nil nisi Menstruum inde abstractum, aut ad sumnum, phlegmatis proprii particula saturatum, vel Liquorem post digestiones aut præcipitationes notabili Margaritarum commercio hautquam gaudentem exhibent,) Auri (nec raro sanitatis simul) prodigis, nilque in culina sapidum, nil in medendo validum, ni carum fuerit, putantibus, aut potius Matronarum monilibus tantisper secureque, donec verum Perlarum *Lac cum clave sua* in tot tabitorum atque arthriticorum solamen reveletur, relinqui poterunt.

*Aquis Caponum*, de *Pulmone Vituli*, *sanguinis Serophæ*, *Cochlearum*, similibusque diversimode (tam olim à nimium-Chimicis, quam à negotioribus mulierculis hodiedum) *Compositis*, (nam extremum valeant, qui *Simplices* hujus generis etiam è rorido Balneo petitas potant; & *Brodia*, *Consummata*, *Collisa*, *Embammataque refectiva* amplius nequeunt,) teneriorum aliquos è *Tabidis*, squalen-

lentes arentesque (per actualem frigiditatem, aut accessiorum fragrantiam, destinationemye peitoralem) aliquantum adhuc refocillatos vidi mus, restitutum vero neminem. Neminem Hepaticorum *Lupi*, (dum delicatioribus *Gallinarum Vitulorum*, &c. indies jucundiusque vescimur,) *Ecate*. Stomachicorum neminem, supradictis *Ventriculorum membranulis*. Et qui penitus arrigere voluerit, è Veru Jureque consultius *Volatilium* (quibus *Quadrupedum* quoque gulones nonnullibi superaddiderunt.) *Testes ac Cerebella, Leporis renes, cochleas, ostreas, &c.* (inter conspirantium analpticorum & irritantium vegetabilium accessum,) petet, quam (non sine perversione) *siccato* nonnullibi *Apri Cervique Patrimonio*, aut inter ipsam etiam *copulam confosorum Veretro, cochlearum* sub amplexu præciosorum *Pulveri*, lascivientiumve passerculorum *cerebris*, inter comptiora refectiva Electuarii quoque nauseabunde inviscatis, &c. revera, (ni inflammantibus periculose exasperentur,) languidioribus confidet. Est aliquid *Succinus*, si exoticam Lacertam, ut olim ad Alexipharmacæ, ita ad Venerea quoque, sed libera liori (præ granulari vulgo) pondere trahere placuerit. Verum cuncta hæc mollicellos tantum aliquantum juvant, emeritos parum ac rarius, ligatos, (quantum nos quidem observavimus,) solitarie nunquam. Sic *Leporis uterus* pariter languet, cum ipsis e *Horatiano delicio farciminibus, Oleique formicarum* (ubilibet etiam instituto) lito: Vice *Maslach illud, Aqua Magnanimitatis & abstractius seu à bestiolis*, seu ab eorum (cui bono alicubi *siccatis?* *Ovis Spiritus*, alias intus quidem, præ aliis volatilibus salinis sulphureisque Liquoribus, singulare quidpiam haut adeo præstat; extus

extus utilior : sed si placuerit, sub Aquæ cujusdam nervinæ ac resolventis destillatione *formicæ*, (in Oticis solitarie neutiquam tantæ præcellentia, ) compendiosius tunc adjicerentur : *Myrmeciorum* autem Inseßus vulgi, nec infrequenter abusivi sunt.

Quantum ad residua, quo in viam redeamus, *Os de Corde Cervi*, *cornu Cervi*, *Ebur*, *Lapides Bezoardicos*, *Oculos Cancri*, *Conchas*, & *Perlarum matrem* supra jam attigimus : quemadmodum & *Lac* in præcedente classe. *Sartorium Sericum*, alias satis haëtenus (cum *Bombicum* pridem suspectis *Folliculis*,) traductum, satagentium Virginum mundo ; *Ovi* vero *Albumen*, (dum *Vitelli Oleum*, at citra nimiam tosturam, expressam Matresfamilias parare norunt, aut diffusoribus saltem apparatus quadrat,) extemporaneis Topicis, *Aquam* inde destillatam (medicastrarum *Expressitia* in Ophthalmicis posteriorem,) felicioribus pro Mercurialis Secreti edulcoratione, *Galaturam* demum, in nonnullis oculorum passionibus haut penitus rejiculam, gravidarum de cætero vanis persuasionibus haustibusque remittemus.

Et quod tandem (inter refrigerantia, remedia è *Ranis* petita attinet, cum *Spermatis Liquor Alumine saturatus* omnibus indicationibus non adeo conveniat, epidermida fane in tenerioribus interdum separat. *Simplex* autem aulicarum (diversimode *siccato spermate* quidem commodior,) assertatu tamen fere tædiosior, *Sperniolæ* denique *compositum* (cum ipso *Ranarum cinere*,) inter tot sistentia supervacaneum nunc fit : suffecerit proin diffuentiori forsitan selectui, (si quid omnino hinc rependum foret,) sola non tam *animalculi*, quam *Spermatis Aqua* (post palustrem debite secretam) de-

destillata; extus (ceu interna quoque experientia testatur,) Simplicem inalterationis gradu aliquantum præcedens; compluribus intentionibus præ Oleo cocto, (nam de Emplastro de Sperm. Ranarum sub Saturninis dicemus,) multis indicationibus convenientior. De cætero tot in nostra quoque sylloge habemus Resolventia, sat citra omnem Ranarum mucorum efficacia ctiam emplastri formia, quibus Mercurius insuper varie dilatatus vel amalgamatus superaddi posset, ut inconsideratus complicato, antiquiori, recensve surrogatis *Emplastris de Ranis cum & sine Mercurio* in specie neutiquam indigeamus. Vesicatoria sensibiliter plerunque magis conferunt.

Ponamus proin è Tertio nunc Regno, demissis supra tactis Gemmis,) primo *Corallia*; & quidem *Albis*, licet haud plane desidibus, & curiosis Tincturam rubicundam pariter fundentibus, (si que libet è Rubro similiter parabilibus,) tantisper (è prædecessorum etiam sententia) neglectis, *Rubra*; (citra magis minusve *Rutilantium* minutias) saltem selectiora, ab albida nonnullibi crusta liberata, caque cruda, nec vanis prius (*tam solitariis*, quam inter punices) *Ignitionibus*, aut *nitrosis Sulphureisque calcinationibus* a nativo suo vigore dejecta, sed incassum vexata: satisfacietque nobis inde principio *simplex* (per sufficientem levigationem vel decapsulationem, aut colatorias per linteolum excussions subtilisatus) *Pulvis*; inter consimilia, (haut uniformiter tamen, dubio procul ob diversam particularum, vel oblatæ insuper materiæ rationem, semet intus æque, ac in Chimicis solutionibus sistentia,) *Absorbentia* fere prima; (nisi quod, ni dissimulemus, laetentibus erratice febribus in progressu hoc fine data, minus profecto quam

quam Concharum aut Matris pl. vel Oculorum Cancri pulvis, Cornu Cervi, Terra Sigillata, &c. quadrare deprehenditur; ) De cætero non solum in Hypochondriorum immediatis, verum etiam confectoriis superiorum regionum Hypogasteriique permultis vitiis plane polychresta; sive per se, sive Cinnabarinis, Martialibus, Anodynisque, pro circumstantiarum ratione sociata dentur: ut præsentanei effectus intuitu, equidem nemo forte deinceps damnata pridem, & in plerisque sui speciebus desidia, vel alterius faltem aut accidentariæ actionis *Magisteria*, sive per *Alcalia* jam olim, sive (sub sequiorum annorum curiositate & emendandi cacoethe) per *Vitrioli Sulphurisque* (hic compactera reddentis) *Spiritus*; &c. sub *Plumaceorum*, *Amianthinorum*, *Squammeorum*, *Butyraceorum*, &c. titulis præcipitata, nihilo tamen hinc magis (etsi inter aliquanto majorem adstrictionem) *Cordalia*, utrobique sane jam saturata; vel *Pulvisculi tantillum*, ægerrime è Sale Ammoniaco una sublimato, (*Florum inscriptione*) elutriatum exigere queat. Quod autem si omnino quispiam tale quid, seu *Vitriolicæ* (post elotionem quoque restitantis) *stipticitatis*, seu *accidentarii levoris causa*, in diffusiores forsitan apparatus, intentiones aut persuasiones expeteret, è simplici faltem Aceto æque elegans, ac è Destillato præcipitari queat, supra monuimus. Nam qui eundem in finem *Spiritum Salis*, aut (simul aliquid sponte dimittentem (*Vitrioli Philosophicum*, imo nonnunquam ipsum *Æruginis* (instillato Vini Spiritu) *squammeum Magisterium* dantem) *Roris*, *Mellis*, *Mannæ*, &c. cariores præstantioresque *spiritus* hic adhibent, aut novos *plumososque* prius, aperte tamen Nitrosos, aut nil à *Spiritu Salis* composito (gratis quasi è permultis operationibus pro-

veniente) differentes destillant, polychrestos istius generis Liquores tantum disperdunt, laboresve frustra multiplicant. Sic pariter *Pulvis Coralliorum Vitriolatus* & *Bezoarticum Corallinum* profecto tanti non sunt, ut (instillandus) ibi *Vitrioli Spiritus*, hic vero *Citri succus* (quorum uterque sub prima dissolutione seu ebullitione de soluto quidem aliquid transmittit, post brevem vero repositionem totum, quicquid Libelli dicant, deserit,) amaricantibus & semicuperosis s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> istiusmodi Productis insumentur. Curiosior, qui acidulum simulque *Tinctum* vult *Magisterium*, loco vulgaris (ingratioris stipticitatis) *Magisterii Rofati*, & negligentioribus nonnullibi per *Albumen* præcipitati, (plane hinc compositi,) longe speciosius habebit è *Berberum*, ubi suppetit, succo, soluta inibi corallia per Vitriolicum acorem pessumando: restante Liquore æque ac qui post præcipitationem in Aceto destillato per Vitrioli Spiritum peractam remanet, aliis usibus tunc destinando. *Solutiones* (uti vocantur,) ac similium *Extractionum Magmatæ* pleraque omnia alias sicca consistentia difficilius dispensari queunt; & nisi quædam per divaporatos, aut desuper abstractos ardentes Spiritus, (siquidem Aquæ inde destillationes frustra sunt,) aut per competentium Liquorum associationem (tanquam modum, simplici talium Deliquio aptiorem,) pro parte mitigentur, ingratum sapiunt: ceu hinc cum Ace-to dest. *Solutio* præcedentibus annis aliquibus, abusus forte simul attendentibus, plane noxia fuit credita. Aliæ parum insuper de Coralliis participant: uti quæ cum Spiritu roris vulgari, & *Sassafras* abstractio, (sed nec per retortam destillatus

peculiarius quidpiam ultra Guajacinum, Quernum, Putaminum Juglandium, &c. adhuc speciosiores confert;) item cum primo profluentibus *Terebinth. næ Succinique Aquis*, cum *Succo betulæ*, (ea equidem ad oriente,) cum *Clyssæ antimoniatonitroso*, potissimum inter ebullitiones præcipitante,) &c. comparantur. Quo Extractiones quoque per *Olea destillata* curiosioribus interdum magni aestimatae, item per (paulo ante desertionis accusatum) *Spiritum Vitrioli Citrique Succum*, & *Sal ustulatorum cum Sulphure Coralliorum* (dum *Cremor calcinatis*, ceu in Calce Viva solet, superstans, alias effectus est,) pertinent: imo *Solutio cum Aqua in confectione Acidi Tartari* residua: licet hæc, æque ac quæ *cum Tartaro crudo coquendo confit*, (ni Magma de-nuo Aceto destillato extrahatur,) à Coralliorum destinatione profecto nimis ad aperienda ac detergentia abeat; magisque adhuc *cum Sale Tartari* ad instar Liquoris Silicum præparata. *Cum Spiritu Salis impente salsescit*, & pene rodit: nec mitior (tanquam affinis isti) massa (ni repetitis Spiritus ardantis abstractionibus utraque infringatur,) e *Capite mortuo salis Ammoniaci super Corallia / blimati* (nonnullis ad Tincturæ confectionem adhibito,) scernitur. *Berberum succus* soluta post dies aliquot maximam partem (Tartarei formi consistentia) dimitit. Evidem vero elegans est cum *Æruginis* (s. aut crystallisatæ, vel etiam Sulphuri sociatæ) *Spiritu facta Solutio*; advertentibus tamen Venerei quid sapit; & si fateri voluerimus, potiores crudorum effectus revera non attingit. *Dulce autem Sal*, citra exotericorum, Saturninorum &c. accessum hactenus quidem invenire non potuimus: uti nec *Viri*, (quibusdam ex immaturioribus Coralliis, aut forte potius marinorum

norum investitis circumcirca ramosculis, vel ex aditamentis visi) Olei aliquantillum, quo experientia firmari potuerit.

His itaque tantisper sepositis, de Liquido quopiam (dum consuetudo fere sic hodie postulat, ægroti horum interpositionibus haut parum capiuntur, fama denique vel saepius persuasio, his in specie permultum huc usque tribuit,) deinceps erimus solliciti. Diffiteri enim de cætero non possumus, quod donec superlativi effectus *secretior ista* prodeat, Tincturarum (ceu ejus generis Solutiones pro more vocantur,) haec tenus vulgatarum, selectiorum quoque, ac largiori Dosi propinatarum, nec dum ea fit in depurando sanguine, roborando, sistendo, &c. deprehensa efficacia, quæ firmiterioris experientiæ Practicum à Martialibus, antimonialibus, Opiaticis, & cæteris liquoribus præsentioribus, aut ad minimum alibi æquivalentibus, avocare queat: & in specie sane, quod etiam elegantiores attinget, *Solutiones cum quolibet Æruginis spiritu factæ Liquor seu Tinctura*, (ni dissolvens aliunde medicatum vel analepticum fuerit,) ejusdem est cum (pauculo ante notato) sicco suo Magisterio conditionis; *Solutionis que cum Aceto destillato* (à nonnullis per *Spiritus Salis aut Nitri* insuper associationem, aliovorum inconsideratus detorto,) communiter confactæ *Extractionem*, debite digestam, idem nobis præstitisse, plus vice simplici notavimus: ut taceamus *Tincturam e Magmate Corallino*, (per *Acetum pomaceum non destillatum*, animi gratia quondam procurato) separatam, pro secretissima quibusdam effectum qualemcunque advertentibus æstimatam. Parca est cum *Clyso Antimoniato nitrato*, vel *Tartariso*, & illic simul seminitrosa: parcior adhuc cum *Spiritu Coralliorum proprio*, alias languidiori;

diori; item è *Floribus*, seu (uti alii vocant) *Sulphure*, id est Pulvisculo cum floribus Salis Armoniaci ascende[n]te; ut & cum *Citri* (alterius simul contagii,) *Oleo: magisque cum Roris majalis acuato operosissimo Spiritu*, cariorive terræ sigillatæ *Liquore*. Et quantum inde separat *Tartarisatus*, à *Sassafras* vel *Antiscorbuticis abstractus*, aut proprii *Salis tantillo acuatus Vini spiritus*? Dum *Simplex rectificator* quasi sponte, etiam super *calcinata* tingi cernitur. Speciosior licet *Manna*, *Melli* tamen hic æquivalet; atque ut cum utrisque his Tincturæ per *Querni*, *Guajacini*, *Sassafras*, *Rhodini*, vel *Lignorum aliquot conjunctim*, (etiam post prævias Extractiones,) adsumptorum, item *Panis aut Putaminum Juglandium Spiritum* paratæ in sapore quadantenus, ita effectu quoque perquam conveniunt. Nec qui abstractiorum à *Saturni*, *Coralliorum & ceteris Solutionibus*, (cum *Aceto destillato factis*) *Liquorum*, item *Aceti dest.* à *Sale Tartari* destillando repetiti, similiusque naturam, saudem, & operandi modum paulo attentius examinat, ac congeneribus modo dictis Spiritibus, simplicibus, vel ab ejusmodi Subjectis, (cum notabili conformique alteratione) abstractis confert, è laboriosioribus carioribusque istis, (etsi vel phlogistis particulis interdum interspersa forent,) singularius quidpiam expectabit. Quæ cum *Tartari Vitriolique crudi* (variante proportione) *Combinatorum Spiritu* confit, à Mellea sapore effectuque similiter adeo notabiliter non distat; dum vero paratum hinc (ad extractionem) *Magma* denuo prius *Aqua temperata* extrahitur, si *Spiritu Salis* hæc constat, prævii labores frustra multiplicantur, simultanea ejus affusione eandem fere *Solutionem*, (neglectis tantum minutis,) suppeditante; fin autem *Vitrioli Spiritus* ita

ta temperatus fuerit, de solutione plus, quam ab initio poterat, remanet. *Vitriolatos liquores solitare* huc pariter tractos, alias potius præcipitare supra diximus; & spissamentum inde post exhalationem remanens, revera extrahenti Vini spiritui Corallini parum contribuit; ac eū *Citri quoque succi* post condensationem *Magma*, nonnullorum Tincturis destinatum. Cum *Nitri Spiritu horribilis*, cum *Salis communis*, & æquivalenti *Vitrioli Philosophico Spiritu*, quemadmodum ex *Ammoniacalis* quoque sublimationis capite mortuo, (eodem residente,) æque ingratiōr (ni Guajacius Melleis, Acetosisque, ex parte tamen hinc fidētibus solutionibus combinemus,) habetur. Per alcalinum autem *Alakest*, per *Sal Tartari*, ac *Nitri calcinationes* quis insontia sistentia Corallia plane extra oleas naturæve intentionem duci, non cernit? nec ejusdem notæ expers est, (ni per Acetosa postmodum aliter tractetur,) cum depurato Tartaro, aut residua ejus *Aqua instituta*. Solutio: quæque cum *Cordis sanguinis que Cervi spiritu* particulariores plane in usus confit. Guttulas vero quasdam, ægerrime demum, vel ex aditamentis, super retortæ vel alembici rostrum levatas, (dum profecto aliter longeque levidens, ac Martiales sic concentratæ se habeant, (securè, cum *Sacchari* desuper destillati ultimo liquamine relinquere possimus. De *Calcinatorum* perditionibus, sive cum *Sulphure* (parco proveiitu,) sive *Nitro* (hinc fixiori,) aut inter *Pumices*, aliunde quoque rubentes, aut per se singularioribus quoque in *Furnis* vexentur, modo communiter, modo per *Urinæ spiritum* (sed ut plurimum sub viatore) postmodum extrahantur, calijam satis questi sunt. Ut merito in talium delectu quis tantisper hæreat,

aut siquidem absque liquida Corallina manca videri posset nostra Sylloge , parabiliorem quandam Tincturam interea huc ducat : v. g. cum *Mellis forte* , (licet nec per *rectifications digestionesve amplius* , cum immutatione sane quadam , *philosophicetur* ,) nihilominus innoxio spiritu , simplicissime tantum , citra prævias Coralliorum solutiones , aliasve *spagiricarum* titulo dispositiones (paratam ; vel quæ per *acidulum vegetabilis* cuiusdam *supradicti Liquorem* confit , convenientiorive adhuc ( siquidem plerunque hic permultum seu in substantia , seu in aborta saltem hinc modificatione contribuit ,) Solvente , naturæ sc. Coralliorumque , (multis neglectæ vel indifferenter habitæ) destinationi magis respondente , aut solum minus adverso , vel per dilutiones digestionesve istas fatis mitificando , solutum intimius amplexante , ad minimum tam subito facileque haut deferente , &c. Quo inter reliqua symbolizantia , nec *Sirupis* , *tans antiquiorum editionum* , (adversis , vel parum , aut nil minus ac Corallaria vehentibus ,) quam postmodum à diversis diversimode , per varia quæsitas enchirises , solutiones , &c. sub *calidiorum* , *frigidiorum* , *cordialium quo gemmatorum inscriptione superadditis* , (potissimum tamen adjectis analepticis debentibus , extemporaneæve dissolutionis ,) indigebimus : uti nec *Simplici Berberum* , (cum aliquali saporis perversione ex paulo post dimitente succo , crudis , (dum solutiones cum Aceto destillato Æruginisve Spiritu confectas constantibus ferre potest ,) saturato , aliisve hujus generis inventionibus . *Trochiscos ac Species diacorallii* in præcedentibus , *Corallinum vero muscum* paulo post attingimus . Atque hæc de commendatissimo simplici sufficiant .

Accedat autem amplius *Crystallus*; haut rejiculum rodentium in primis viis humorum attemperans; inter alia, (per relationes s<sup>e</sup>pe tantum commendata) *Lactifera*, huc usque usualia, aut parabilius aut præsentius; eoque ipso diversitatem resolutionis, aliterve subsequæ operationis in ejuscemodi Præparatis ostendens. Sit autem saltim (ceu facile potest,) *Pulveratus*; citra prævias frustraneasque *Ustulationes*: quemadmodum nec Salis Tartari perfusionem, combinati *Deliquium ac Cremor* peculiare quid super Silicum Liquorem, experientibus infert. Inter reliquas *Solutiones* potiorem quidem, quæ cum *Salis Spiritu* fit, observavimus; tot tamen præsentiora extant diuretici Liquores, ut commode cunctis hisce careamus, & magis adhuc longe pigriori, quam crudus lapis est, *Magisterio salinisque* (difficilioris dispensationis) *Coagulis*, incassum sane ab adhærentibus Menstrui particulis per quæsitam *volatilisationem* liberatis.

*De Solaribus Lunaribusque*, quantum ad Temperatoria hæc spectant, in præcedentibus diximus. Restant forte saltem *Saturnina*: quorum, simpliciorum etiam, longa series, necessitas vero haut tanta. Nam cum *Cerussa*, *Lithargyrium*, *Plumbum ustum*, *Minium*, &c. (neglectis tantum circa colorēm, subtilitatem, aliqualemve puritatem minutis,) in fundamento de cætero, (citra Præparata hinc quoque, etiam Chimica,) adinodum convenient, cur *singula Species* (nobis solum hic) reponantur? aut in eadem Formula (majoris effectus persuasione, deinceps pro invento more coacerventur? vel certa quædam mordicus ac præcise, (idque non tam superficiarii coloris, quam inferioris prævalentiæ causa,) requiratur? aut dum *Minium*, (præter *Cerussam*, sat bonum, ) vili venit; viliusque ad-

huc *Litargyrium utrumlibet*, (siquidem ob exoterici  
 quidpiam intus præter rem veremur,) extus tamen  
 sufficit; cur *Plumbum ipsum*, alias in Menstruis  
 suis sat solubile, *seu Officinarum seu figulorum* more  
 insuper uratur? vel ob secretiora quorundam, (in-  
 terdum Lunari participationi innitentia) promissa,  
 aut quia nil passa, *ipsa frugifera Minera*, (*Plumba-*  
*gine factitia* aliis artificibus relictæ,) in vulgatio-  
 res quoque Processus imperetur? *Cerussam* super-  
 vacue plerunque *lavari* aliis jam notatum est.  
 Et si, quoad internos Saturninorum usus, vim  
 Antivenereum quidem hic admodum claudicare,  
 attemperantem vero vix decimo ferventiorum  
 Hypochondriacorum aut tabidorum quadrare,  
 Phthisicis autem perparum conferre, sæpe dejectos  
 horum omnium Ventriculos magis pervertere,  
 passive deprehendimus; quidni proin sufficerit vel  
 unicum quoddam è prædictorum usualium (no-  
 bis hic indifferentium) aliquo, cura & (quous-  
 que licet) gratia mediocri concinnatum: v. g.  
*Solutio cum Æruginis Spiritu*; tanquam dulcoris,  
 præcommuni *Saccharo*, (alias inter tot insipida at-  
 temperantia Ophthalmicis extus haut adeo ne-  
 cessario,) aliquanto minus nauseabundi; uti simi-  
 liter, (sed tamen paulo simul acriores) sunt *Cry-*  
*stalli cum Nitri Spiritu solitario*, vel *Aceto dest.*  
 adjecto parati: Aut si communis his dulcor  
 nihilominus displiceat, esse forte tum posset *Ma-*  
*gisterium illud volatile*, ac inter additamenta sua  
 sublimabile, quod è *Nitroso* vel *Aquæ fortis* solutio-  
 ne cum *Muria præcipitatur*; *Vulgaribus* per *Oleum*  
*Tartari*; majorive candore per *Vitrioli Spiritum*  
 pessimumdatis præsentius; *Saccharo Saturni* cum dicto  
*Vitrioli Spiritu* (non sine aliquali præcipitatione)  
 quibusdam *infuscato*, in suo genere par; reliquis  
 ope-

operosioribus (interdum segnioribus, nec extus  
ideo singularibus) *Floribus* paratu facilius, &  
satis de cætero (quantum inde sub debita adhibitio-  
ne sperari potest,) activum atque tutum. Qui  
vero præterea nihilominus *Liquidi quidpiam* desi-  
derat, (licet & simplex *Magmatis*, cum *Aceto non*  
*destillato confecti Extractio* haut plane sit inefficax,) è  
prædicto (per *Aeruginis Spiritum* proveniente)  
*Solutione*, ardenti quodam mediocri Spiritu diluta  
facili negotio *Essentiam* habebit, quæ *Sacchari*  
*communis in Acetosis* (siquidem aquosa istud præ-  
cipitant,) simplici *Dissolutione* vel per *Vni Spi-  
ritum Extractione*, (ut plurimum non sine inu-  
tilibus Aquarum diversarumque Spiritum abstra-  
ctionibus, *Circulationibus* similibusque ambagi-  
bus instituta,) partim erit gratior, partim com-  
pendiosior: *Oleosis in Terebinthino Juniperino Dis-  
solutionibus seu Saturninis Balsamis*, (inconsidera-  
tius quibusdam *destillatis*, arreptoque Plumbo sic  
denuo exutis,) plerisque affectibus Metallique  
ipsius destinationibus convenientior: operosissi-  
mis, (post prævias *Solutionum Fixationes*, Mi-  
lli vel Lithargyrii cum silicibus *vitrificationes*,  
negotiosius adhuc vel altioris indaginis causa in-  
stitutis) *Tincturis* intus, & in medendo, (si expe-  
rientialiæ conferatur,) par: *Martialibus* compluri-  
bus *Tincturis*, si cum aliquibus, (è *Saturni Sac-  
charo & Martis Vtriolo Antiphthisicam*, sed ut-  
plurimum infidam præparantibus) sociare lubet:  
& è refuerit, facile socianda: magis denique  
*Saturnina*, quam famosus ille *Sacchari*, vel (tri-  
jori compendio,) *Magmaticum Aceto simplici tan-  
tum confecti* (utrobique citra *Arenæ*, *Boli*, *A-  
luminis usti*, &c. supervacaneorum additionem  
destillabilis) *Spiritus*, nec intus adeo, (quamvis

ardentis quoque Spiritus quidpiam postliminio ostendat) inter tot acceptiora certioraque singularis, nec extus (si hyperbole demas, ortum ejus consideres, parabilioraque æquipollentia & æque placida Menstrua inter experiendum opponas,) adeo in Tincturarum quarundam præparatione specialis. Quemadmodum pariter tantopere Saturninum non est *Oleum tantillum*, una (si crudum ad solutionem adhibitum fuerit Acetum,) exiens; aut Tartareæ prosapiæ *Spiritus*, è *Tartaro Saturninis per coctionem saturato*, cum *Olei particula collectas*; secretiorve (abstrusioris potius, cum *Capitis mortui Liquore* destinationis, quam firmatoris medicationis) *Spiritus e Sale Tartari Saturninique Vitro destillatus*, fumidus volatilis; at acidulus & aliquantum stipticus, si Sal Tartari cum Nitro denotatum fuerit: ceu in Diff. de Volatil. Sal. Tartari notavimus. *Sal verum e Capite mortuorum Extractum ac Destillationum cum Aceto dest. Spiritu Mellis, &c. protractum, Cremorem Saturni atque similia*, tantum hujus Solutiones esse, alias nunc constat: & in fundamento profecto parum à communi Saccharo differunt.

Quod autem Topica specialiora jam concernit, equidem dum quivis peculiare quid hodieque inventit, aut ex antiquiorum libellorum orco reproducit, vel in Minio, Cerussa, Lithargyrio, solitariis, aut invicem copulatis, vel exotericis accessoriis nequicquam aggravatis, in albo, rubro, spadiceo ve Colore similibusque accidentibus querit, ultra modum excrevere. Sed circumspecto, nec traditionibus aut consuetudinibus Magistri sine judicio adhærenti Chirurgo revera hinc sufficerit primo *Lignum quoddam*, ad imitationem *Unguenti albii vel Saturnini recentioris* ex aliquo saltem (non tota-

con-

congerie) Saturninorum simplicium, Aceto s.  
 prius rite imprægnato, oleoque hinc secundum ar-  
 tem dissoluto: neglectis coloris lenociniis, (quas  
 per Aceti destillati imprægnationes, & lenitissimas  
 mixturas curiosior quærat;) *Unguento albo communi*  
*Off.* (è Cerussa butyro vel domi subacta parum  
 differente,) præsentius, & *Camphorato* (cum usus  
 etiam tempore adjici queat Camphora,) nonnulli-  
 bi commodius; cum *Lithargyrino Off.* levi interpo-  
 latione symbolizans; sique seu sub prima confectio-  
 ne, seu postmodum, pro re nata, Nihili, Lapis ca-  
 lamaris, imo Antimonium diaphoreticum,  
 Thus &c. addantur, (uti Albuminis permixtio si-  
 militer extemporanea potius est,) haut difficulter  
*Rubrum quoque Unguentum*, aliaque Officinalibus  
 varie superaddita exprimens. *Primum* (Dispensato-  
 rii usitatoris) ad *Membra perusta*, alias nulla, inter  
 tot parabiliora securioraque Topica, requirit ne-  
 cessitas. Sit porro *Emplastrum* quoddam, pariter  
 (ad *Recentiorum Albi cocti*, vel de *Minio*, aut magis  
*Triapharmaci* imitatione,) tantum v.g. è Lithargy-  
 rio per Acetum saturato confectum; non solum  
 singulorum modo nominatorum Officinalium di-  
 versimodeque *adjectorum vel correctorum*, eorum  
 insuper, quæ ab *Imperialibus aliquot civitatibus* pri-  
 dem aut nuper tunc, (variantibus licet aut suppres-  
 sis descriptionibus,) nomen per famam aut Dispens-  
 atoria naœta sunt, locum secure supplens; verum  
 etiam si paulo ante notati Pulveres minerales, &c.  
 pro re nata superaddantur, reliquorum, (pinguibus,  
 tractivis, rodentibusve accessoriis frustra combi-  
 natorum, v.g. de *Minio vulgaris*, *Minii cuiusdam*  
*cocti*, tot *Saturninorum*, imo ipsius olim de *Piperibus*,  
*recentioris de Plumbo*, &c. promisla sufficienter tunc  
 exolvens: ceu qui adhærentis (cū Oleo) Liqua-  
 minis

minis tantillum, aut (nonnullis solummodo receptæ) Aquæ spermatis Ranarum hic vanitatem, Saturninæ solutionis, Vitrioli, Aluminis, aliorumque (inter tot variationes) ingredientium prævalentiam, Gummatum alicubi non sine exasperatione inconsultius adjectorum inconvenientiam, &c. considerat, effectusque talium inter se citra præjudicium confert, nec *Emplastrum de Ranarum spermate* seorsim tantopere requiret. *Liquidum* vero quoddam, ut certis circumstantiis nonnunquam debetur, (dum *Aqua Lithargyrii* nullius momenti, *Liquor aliorum de Cerussa, de Tutia &c.* mixtræ extemporaneæ, sed una quasi superficiariæ sunt,) sufficieret quandocunque lubet, invenimus in *Aceto de Lythargyrio*, non tam infusione, quam compendioia concentranteque coctione paratum; siquidem opus, Aquis destillatis Solutionibusve (haut adeo contrariantibus) dilutu vel infractu facile; cosmeticis Magisteriis, Nihilo, Mercurio dulci, Myrrha, &c. imo Oleofisis quoque similiter proimpte permiscendum; ut quodvis etiam *Lac Virginis*, passim in lixiviosis alumino sisve perversum, aliisque hujus generis Liquores satis commode hinc exesse queant; nec *Saturni saccharum* vel pro ejuscemodi Dilutiis seorsim exigatur. *E Marcasitis* (si huc referre licuerit) multa quidem, ad internos quoque usus, inter varia promissa proponuntur, *Aqua, Liquores per deliquium & detonationes, Flores, Essentiae, &c.* Quædam etiam ut *Extractiones, Fixationes, &c.* in præparationis modo procedunt: ut alii autem merito hic image comprobatis fidisque Antimonialibus acquiescunt, ita nec nos solidiores circa talia observationes, (in ejuscemodi suspectorum experimenta alias haut proni,) afferre possumus. De cætero tamen mereri videtur Minerale hoc, (pro *Stanni* quæ-

quæsita induratione Regulo Antimonii longe interea posterius; quemadmodum & solubilissimum volatileque Zinckum, ejus Flores detonatusque Pulvis, ut ulteriori penitiorique Experientiæ subjicerentur; nec in solo fere Magisterio Marcasita cosmetico, licet per se & cum Mercurio dulci, Saturninis, (ceu nonnullis cum Benzoe quoque) haut rejiculo, atque tunc per Muriam vel Aquam simplicem eleganterius, quam cum Tartari Oleo, & certius quam cum Vini Spiritu præcipitando, hæreremus. Sed de hujus classis affinibus satis forsitan nunc dictum est.

## Vulneraria, Adstringentia, Detergentia, residuaque Topica.

**I**N Ultimo vero hoc capite residua coniunctim expendemus; ducto in Vegetabili quidem regno à Vulnerariis, communiter ita dictis, initio; sitque prium inter ea (*utralibet vel promiscue*) polychresta *Plantago*, pro Extracto saccharato, tartareo quidem sedimento perquam affluente, frustra tamen aliquibus in Hepaticis & cæteris affectibus multorum pretiosissimorum loco sane non commendatum; *Sirupum, inspissatumque succum* sufficienter exprimens; mixtu cum Bellidis, (ni potius laborum minus prodigus utramque plantam coniunctim extrahere voluerit,) Vulnerariisque Essentiis per facile. *Semen* commendatū quidem est, cum suis *Diaplantaginis*, (sed oppido interpolandis) *Speciebus*; vique simul leniente *Lapathi* consimiliaque stipticorum *semina* nonnunquam superat: dum tot tamen æquivalentibus circumscribitur, & in Dysenteriis præcipue promissis profecto haut adeo stetit, quandam ejus necessitatem non videmus; uti nec

(ophthalmicarum, aliarumque, potissimum exter-  
narum formularum causa) *Aqua Plantaginis destil-  
lata*. Sin autem omnino quis vel in internos usus  
voluerit, è *Fulis floridis* longe præsentiores vulga-  
ri, item *Polygoni*, *Prunella*, & cæteris aquis,) majo-  
ri olim expectatione, quam efficacia, præparatis)  
inveniet. Nobis porro sit, at in diffusiores solum  
apparatus, & pro gregariorum forte Decoctis aut  
infusis pectoralibus, (ob liberiorem distributionem  
hic, dummodo simpliciora fuerint, interdum haut  
ineptis,) *Tussilago*, in foliis aut toto: cur enim *Ra-  
dices* insuper, atque *Flores*, (in *Conserua* flosculenti  
ac Patasitini quid sapientes,) seorsim serventur?  
Atque sic inter suprapositorum Becchicorum Ar-  
teriacorumque, item sequentium Vulnerariorum  
competentium, & utrinque præsentissimorum  
Opiatorum Invertentiumque accessum, exucca  
*Hispidula*, ejusque (promissis ditissimo) *Simplici*,  
& alienæ potius efficaciæ *Composito Sirupo*; *Pulmo-  
naria* præterea, seu (speciosiori quidem & quasi  
*Symphytina*) *maculosa*, seu (parva *Lichenis* diffe-  
rentia,) *Arborea quavis*, (dum utriusque languor,  
vel è vulgi Decoctis Infusisque oppido cum tabido-  
rum planctu manifestarius est;) & magis adhuc im-  
bellibus *horum* & *Hispidula Aquis* secure carebi-  
mus. *Extractum Tussilaginis Sirupi* & parum inde  
differentis *Lohoch de Farfara loco*,) saccharatum  
bolari Tartaro affluentissimum, (uti eo adhuc satu-  
ratius est, quod è *Pulmonaria arborea confit*,) pa-  
ret qui volet: nos dum *Aqua destill.* alias tanti non  
est, aliis hujus generis Essentiis acquiescere possu-  
mus.

Accedat potius *Hypericum*, in *Extractum poly-  
chrestum*, pro facilitiori distributione aliquantum  
(ceu semiresinosa quoque commoda possunt,)   
sac-

*saccharatum* : *Sirupo Tincturaque liquida*, (ardens Spiritus alias permultis hic intentionibus non convenit,) sic commodius atque præstantius , & multo magis *destillata Aqua*, frustraneoque hac in classe *Sale*. *Oleo* præterea cedat, *simplicissimo* saltem, (ceu vel Patresfamilias è proportionali summitatum maturarum pondere parant,) sine frustraneis Infusionum incompetentiumque Specierum multiplicationibus, ac vanis in longe excedentiores affectus destinationibus : sive per se , sive correspondentibus sociatum usurpetur. De cætero *Balsamicarum* (haut adeo unctuosarum) *Mixturarum*, *Solutionum* , (ceu variæ magnoque numero è Resinosis, Sulphure communi & Antimoniali , Marte cum spiritu Nitri resoluto , & cæteris hinc inde præpositæ, simplicissimæ vero ex euporistis ut plurimum sunt optimæ, ) item *Extractorum vulneriorum*, &c. decenti applicatione extus plus, quam pinguibus illis *Vulnerariis*, *Mirabilibus*, *Magistratis*, *Hispanicis*, *Samaritanis*, &c. *Oleis*, *Balsamis* atque unguentis effici , circumspectores è Chirurgis alias jampridem observarunt.

*Alchimillam*, *Pyrolam*, *Saniculam*, *Virgas aureas*, *Consolidam Saracenicam*, *Pervincam*, *Hedera*, (*Baccis*, *Aqua*, *Oleo* & incerto, ob vanas quasdam compositiones in vecto *Gummi* alias superfluis, ) *Folia*, *Nummulariam* (phthisicis alicubi commendatam, ) & ejus generis alias in Vulneraria Decocta separatim cumulare , simplicium hodie tonsorum est. Sufficit unicum aut duo : v.g. *Pyrola* ubi datur, aut hinc *Sanicula* vel *Alchimilla*, aliisve pro districtus ratione parabilibus. Paratum ex istorum uno alterove conjunctim polychrestum *Extractum*, & singulorum loco est , & horribilibus inconsiderationibusque *Potionibus*, *Pulveribus*, magisque adhuc

*Destillatis (cum Vino acidulave Cerevisia) Compositis Vulnerariis, simplicibusque (Saniculae, Alchimilæ, Virgæ aureæ, Pervincæ, Geranii, Millefolii, Perfoliatæ, &c.) aquis utique præstat, parabiliori, accommodatori, vel doméstico vehiculo dilutum. Inter ipsam Herniarum, Auriculam muris (in cephalæis alias haut rejiculam,) & Perfoliatam delectus pro experientiæ Regionisque ratione, per nos erit liber, ut ex his & æquivalentibus permultis unicum, (cum congruis Topicis ac Ligaturis, tanquam hic potioribus,) extet. Lunariam botryoidem, (quorundam Epilepticum) Ophyoglossum, Unifolium, Bifolium, &c. ulteriori curiosorum experimentationi, Lamium fætens & inodorum, cum Aqua ejus Medicastrarum antepilepticis, Polygonatum aulicarum consuetis, Equisetum, (si signaturæ causa placeat, in quavis domo inveniendum, sterilitatis tamen concitatæ quibusdam accusatum,) ancillarum mundo relinquamus. Qui Defensiva, Catagmatica, &c. Topica sua citra vegetabilium multiplicationes aut variationes pare vel adhibere nequeunt, sibi hinc aut Persicariam, (mitem quoque, extus haut inefficacem) habeant, aut vulgatissimum, (hæmorrhagiam quidem, sed improba narium vexatione concitans) Millefolium. Et si pro Stomaticorum, forsan accessorio (dum Uvularia rarer, utrumque Periclimenum, Consolida bugula, Ligustrique uti Aqua inacceptior, ita Folia inusitatiora sunt,) Prunellam alias receptilissimam, ampliori apparatu, (quando Sambucifungos, de cætero non rejiculos, mulierculæ domi servant,) quis adjecerit diversorum hinc indepositorum repellentium, stringentium, epicerasiticorum ac resolventium intuitu, profecto pluribus non indigebit: contractior Praxis ne his quidem.*

dem. Quemadmodum nec ad Coagulata, (in eo, ex animalium quoque ac Marinorum classe, Resolventium, mundificantium, sistentium, invertentium, anodynorumque proventu & effetu, rariori *Alpina Plantagine*, vel ipso (alias tamen haut inepto) *Cerefolio*, cum decantata a nicularum *Aqua*, fluido *Semine*, laboriosiorumque *Sale*: non tot ad *Casum Stipticisque*, (carbonibus etiam infestis, myrrhatis ac mumiatis) *Pulveribus Potabilibus* (liquidis saepe) *Medicastrarum Unguentis Rubris*, *Viridibus*, & è Solano *Aureis*: quasi competentis Extracti, Oculorum cancri, &c. dosis in juscule probe butyrato, vel alternatim Olivum rusticorum sumi nequeat. Nec exiget hinc insuper, adversus Hæmorrhagias aut pro Vulnerariorum complemento, utramque (hortis decentiorem,) cum *Fuctu Oleo*que suo *Balsaminem*, *Amaranthum cucusvis etiam speciei* vel *Pastoris* pro periapto, (dum è Cichorio, Nigella, Carduobenedicto, Fraxino, &c. talia præsentioraque justo maturitatis tempore leguntur,) *Bursam*, aut *spicatam*, (in decocto Extracto que viscosam) *Lysimachiam*, Rhopopolarum diversi coloris *Gnaphalia*, vel *Geranii* (tonforibus in illud propendentibus nullibi non legendi) *genera*, aut ipsum (forsitan horum omnium potissimum) *Polygonum*, muliercularumve panaceam *Quinquefolii cum Radice Herbam*; alias languidiori ejus & *Pilosella Aquis*; & si quid amplius, saltem ex eo capite, quod proftit aut profuerit, in hanc reliquaque classes tractum est.

*Stiptica* tot nobis inter vernacula hinc inde proveniunt, ut profecto inconsideratus hodie agat, qui excepto forsitan, (coloris, Extractione alias difficiliore, temere non obscurandi causa,) vero selectiorique *Draconis sanguine*, è longinquo insuper requi-

requisiverit seu incertum *Lycium*, raramve *Hypocistidem*, seu mangonisatam *Acaciam veram* rejiculosve *Granatorum cortices*, carioraque præter rem cum *Cytinis Balaustia*, coriariorum alibi cum *succo Sumach*, & per substituta jam olim dimissum dubiumque *Behen utrumque*, *Myrrifolia*, *Baccas*, & vel ex Italia *Sirupum simplicem*, Decrepitarum sandaliis (citra incinerationem) aptius *Suber*, vel cocturato stione neve enectum *Rhabarbarum*. Infectorum, (nec tamen *Turcica* saltem) *Galla extus* posunt aliquid: sed idem in vulgaribus ramorum *Quernorum* tuberculis, capulisque *glandium*, vel si in specie ad *Decoctum nigrum*, (bonum certe, si debita modificazione paretur, remedium,) aliave stringentia Topica præcise quis exigat, eadem tunc apud instidores inveniuntur. *Glandium*, (alterius fere clas- sis, primive seculi,) *Lentiumque Farina* & *siccata*, *Quercus Locusta*, hic plane sunt supervacaneæ. Quemadmodum & *Castanearum*, *Juglan- diumque*, (in *Conditura* contra suppressionem mensium frustra commendatarum,) item *Avellanarum* (Cephalicis & Alexipharmacis utrinque, nescimus qui, insertarum) *Putamina* & *Membranula*; Men- sisque secundis sub debita maturatione aptiores *Mespili*, *Corni*, *Sorbique fructus*, alicubi *conditi*, ali- cubi in *Rob* (mulierculis potius) *decocti*; tandem etiam penitus *siccati*. *Muscus undiquaque*, si opus, velli potest; & è *Quercu* quoque, vulgarique *Aca- cia*,) cuius *Aquam* quidem supra laudavimus, *Con- ditura* vero, communisque *Pulpa* vel *Immaturorum* *fructuum Extracti*, *Acaciæ* veræ substituti, necessitatem non videmus,) cuivis *Usnea*, (usque ad super- fictionem etiam, vel è *Patibuli calvarii* collectæ,) in Physicis remediis. (v.g. *Pessis*, *Turundis*, *Un- guentis*, &c.) æquivalens, sane non inferior habe- tur:

tur: & si quid amplius subitanei casus, tonsorum variationes, experimentaque vulgi hic accumula-  
runt. Nam quod reliquorum quidem Dysentericas in specie destinationes attinet, qui sub contra-  
etiori Praxi haec tenus nobiscum observavit, vulgaris (per Laxantia & Clysterisationes ad Styptica inter-  
na & externa decurrentis) Methodi (præsertim in  
epidemio malo) vanitatem; Dulcoratorum majo-  
res (è nova quasi fermentatione) turbas, Stiptico-  
rum vegetabilium & animalium frustrationes, aut  
subsequas, (si fluxum interdum aliquantum suffla-  
minent) anxietates, Martialium, & vel è Terra Si-  
gillata paratarum Tincturarum insufficientiam,  
Acidorum spirituum non tam noxas quam nulli-  
tates, Emplastrorum similiumque Topicorum,  
actu haut calidiorum penetrantiorumve ineptias,  
Enematum, (nisi non nunquam Demulcentium,)  
insufficientiam. Laxativorum Purgantiumque  
damna, & quod prætensa Intestinorum Exulcera-  
tio dubio procul non tam causâ quam productum  
morbi sit: quodque ex adverso totus hic fluor ion-  
ge felicius per Alexipharmacâ, (si major fuerit  
malignitas,) spirituosa calidioraque resolventia,  
(sin vero remissa,) per temperata simul inverten-  
tia seu absorbentia, succenturiatis postmodum  
vulgatis Præcipitantibus utrobique vero polychre-  
stis Opiaticis in mediocri dosi adjunctis curetur; is  
circa hanc classem tunc haut adeo erit laboriosius:  
& si aliorum potius affectuum intentionumque  
causa Tormentillam, (in vehementiori Dysen-  
teria pariter insidam, præ reliquis tamen accensis  
potiorem,) aut pro regionis ratione, ejus loco  
*Bistortam*, cum *alterutrius Extracto*, (non, aut si lu-  
bet, saccharato;) item in paulo diffusiores  
apparatus, *Simphyti* insuper *Radicem*, & inde  
(cum

(cum è separata hinc inspissataque *Mucilagine ægricæ* procedat,) paratum cum Vini spiritu *Extractum aliquantum Saccharatum* habebit, considerateque suo loco atque tempore, (interpositis pro affectuum ratione, alibi quidem Corroborantium fructuum, Rosarum, Bellidis, Plantaginis, Hyperici, & cæteris Essentiis, alibi Corallinis, Cancrinis, Conchinis, alibi Martialibus, Aluminosis, Vitriolicisve competentibus; præcipue vero Opiatis,) adhibebit; profecto nec inexpuncta haec tenus recidet, nec hujus census vulgatiora residua v. g. *Sirupum semiexoticum Myrtinum compositum*, de *Sympyto*, totque *Recentiorum Stipticos ac Antidysentericos* quoslibet, vel *Conditas Radices*, aut *Conservam florum Sympyti*, *Tormentilla*, *Locustarumque Quercus* exiget: uti nec inconsideratius olim ut plurimum conglomerata, vel supervacue saltem (inter extemporaneas mixturas) haec tenus superaddita *Electuaria Dysenterica*, *Stiptica*, *Diacodia*, *Dysenterica*, contra *sanguinis sputum &c.* emeritam *Micletam*, (fortuitu in ve olim nunc primum tonsorum solamen) *Rob Dianucum*, dum totaque parabilia extant *Stomatica*. Quod autem è recensitis acceptioribus Essentiis & Extractis similiter Potiones quædam atque *Haustrus adstrictorii*, item si tantopere placeant, etiam *Boli*, confortantia (si quidem alicubi expetant, aut ejuscemodi fermentantia commode ferant,) *Moreta* ceu vocant, (*sine Moris* quoque,) & aliæ gratiore adhuc Formulæ fingi vel exprimi queant, Tineturis tamen adstringentibus opiatisque, tam gratiæ quam effectus respectu plerumque cedant, versatores hic norunt: Nec *Tormentilla* porro, *Consolidarum*, *Bistorta*, *Foliorum Myrtilli*, *Quercus*, &c. ineptiusque *Compositis*, adeo tamen commendatis *Dysentericis*

cis ac consimilibus, (levem solum alterationem interduin parentibus) Aquis temere nunc confidunt. Et quis non videt *Trochiscos de Spedio*, *De Terra Sigillata*, *de Carabe*, *Ramich*, *Diacorallii*, *Myrobalanatas de Bdellio Pilulas*, &c. frustra compingi : quemadmodum (quantum quidem ad Oculos, *Sief de Thure*, *de Rosis* &c. extemporaneis mixturiſ atque liquoribus simplicissimis ophthalmicis passim superantur. Ita præ tot *Antidysentericas*, *Stipticas*, *Stegnoticas*, contra *Abortum*, congeneribusque, (è nullis non simplicibus, etiam vi-ces tractu temporis alternantibus confectis) *Pulve-ribus*, revera solitarium quoddam Præparatum, v. gr. *Corallia*, *Conchæ*, *Crocus Martis* adstr. &c. (nam Vegetabilium moles atque sapor hic utplurimum est aduersior,) Opiatorum parte exaltatum; aut si *Stiptici Pulveris* formulam, (at simplicissimam, & usus potius tempore varie alterandam,) suo tempore in quotidianas dispensationes omnino asservare placeat, *unica* tunc sufficit. *Externos* vero antiquorum *Adstringentes Pulveres*, (inter alios compescendi modos,) vel solum *Lipi crepitum*, uti vocant, rite prius constrictum atque pressum, vel inspersas alibi Gallas, Glandiumve capulas, aut Tormentillam, Colcothat, &c. præcellere: *cataplasma contra Cruorem*, *Durrbande* / &c. (licet *Emplastrum ad fracturas* fere sit usitatus, sa-peque convenientius,) domi quoque per aliquam suprapositorum adjectionem fingi posse: *Myrti-num* denique *Myrtillorum*, & (disperditorum sic) *Cydoniorum* similiaque, (Stiptici profecto pa-rum sub quavis etiam ratione vehentia, vel perlitis communicantia) *Olea*: corpulentiori ad-stringenti, imo sa-pe tantum anodynō & resol-venti Topico superari, alibi pro forma faltem & se-

& secundum consuetudinem magis, quam notabiliorē efficaciam (quo Comitissæ quoque quodlibet, extemporanea sane competentis Simplicis frixatione imitandum Unguentum pertinet;) imo quædam, non sine noxa illini, quotidiana (taliū effectum penitus attendantibus, & aliis euporistis conferentibus, (experientia monstrat.

*Vnguentum de Succis, Aurenus (vulgare, nam Aurei Vulnerarii rec. commodior, aliis tamen polychrestis nihilominus supplenda est Compositio,) Fuscum, (ut residuam Topicorum è Dispensatoriis conflugem hic appendamus,) quæ hodie inter polentiora Balsamica euporista requirit necessitas? aut quotus è paulo versatoribus Chirurgis *Emplastrum Basilicum majus*, parumque à vulgi *Citrino*, vix à *Tetrapharmaco* differens *Minus*; dum hæc & congenera, cuvis fere tonsori specialia Magmate, magnam partem tantum instar operculi, (naturæ subtus operationem velantis,) agunt, si quis reliquas circumstantias è recentioribus Saturnium aliquod, (supradicta ratione Aceto in succatum & fosilibus exiccantibus pro more sociatum;) item *Diachalciteos* quasi quoddam, sed admodum interpolatum, *Sticticum* denique, citra vanam tot adstringentium & exotericorum coacervationem, simplicissime v. g. è solo quodam Extracto stiptico vel Sanguine Draconis, Terra Vitrioli edulcata, vel ubi suppetit, extremæ destillationis Colcothare, &c. (cum aut fine Gummis) confectum habuerit, & indefinitorum fere, at in consideratorum, hyperbolicorum, præter rem operosiorum *Nigrorum*, *sticticorum*, *Vulneratorum*, (tam univerſialium, quam ob appropriatorum qualemcumque accessum, particularium, *Pectori*, *Hepati*, *Renibus* *Herzisque* specialissime dicatorum vice, cum judicio ta-*

tamen, suo quodque loco atque tempore adhibuerit, naturæ rem sub ejusmodi tegmine circumspete committendo: profecto non solum enumeratis haec tenus, sed tot insuper usquedum superadditis, saepenumero negotiosioribus, imo quantum huc spectat ipso famosissimo *Opodeltoch*, (cujusvis etiam editionis, dum alias Emplast. Stictico congenerive alicui, Gummi quoddam balsamicum, resolvens aut consolidans nullo quasi negotio associatur,) facile caruerit; idem quod alii inter tot variationes, & subsequas frustrations vel naturæ perturbationes querunt, æque feliciter asscutus. Et quoties his ipsis, aut parabiliорibus adhuc *Involucris, stuppis albumine alumineque infectis, &c.* (uti sub inflammatoria dispositione *Defensivo tonsorum viridi*, correctionis tamen oppido indigo, recentioribusque hunc in finem substitutis) fracturas nihil sinistiori successu tractavimus? Accedat tamen hic *Catagmaticum aliquod*, non tam hodie que nihil non, secundum antiquorum Chirurgorum, (etiam Chimici quid sibi nonnunquam sapientium) imitationem congerens, quam paucis aliquot, revera necessariis constans, nec per frustranea accessoria nova nonnunquam symptomata, (ceu inconsideratiорibus *Oxycroceum* saepenumero solet,) concitans. Fallimur? aut (uti non fallimur,) allegatorum efficacia etiam ad *Hernias*, sine sectione curabiles, dum Subligaculorum conformitas primum, secundum ac tertium est in hac scena,) extenditur. Internorum quoddam supraposuimus; & tot alias suppeditant vulgi experimenta. Extus plerique *Litus atque Unguentia ad Hernias* tantum pro forma, saepe Indicationibus potius inconvenientiora sunt, ut paucis parabiliорibus hoc in genere contenti. Castratoribus *Magmata sua, Officinis*.

cinis vero tot editionum *Cataplasma ad Hernias*, *Emplastraque de Arietina pelle*, aliaque gestatu plerumque difficillima Topica merito reliquerimus. Ceu *Sparadrappum* similiter facillime, ac præ vulgaris compendiosius invenit, qui ejuscemodi tectoriis, ruinosæ profecto constitutioni subditis, tantopere confidit. *Stiptica Emplastrum* cordacior Praxis alias negligit. Et Hæmorrhoides dolentes vel solo Oleo Hyoscyami, Septem florum, Unguento anodyno, &c. è Verbalco Hyoscyamoque constantibus satis demulcentur; ut rariores in requisitiones *Linimenta* seorsim reponere, inter extemporaneas insuper talium imitationes, forte sit supervacuum.

Quantum vero ad *Detergentia* residua, profecto *Beta Alba* (si tamen in specie exspectatur, passim habenda,) tinctorumque *Rubra*, cum *Spinachia* & congeneribus, Mensis est aptior: *Lupinus quivis*, (quamlibet etiam intentionem spectemus,) & *Acanthus vera* Hortis: *Branca ursina* iis, qui Bartsch suum alicubi hinc coquunt: nam Injectionibus hæc, quemadmodum & rarer interdum *Mercurialis* cum *Parietaria*, frustra (inter eum abstergentium stimulantiumque proventum, simplicissimorumque compositionum sufficientiam,) reponitur; aut *Mercurialis* in supra jam notatos *Sirupos aut Mel* recoquitur. Nec aliqua ejus & *Parietariae Aquæ* reperitur necessitas; quemadmodum nec in usitatoris alias *Ptarmicæ*, pediculosorum *Staphisagriæ* ac *Paracoculi*, ipsiusve (cur Cephalico Siripi M. adjecti? Dentibus sane haut adeo amici) *Pyrethri*. Cum *Polychresta* è crudo Tartaro, Sale Vitrioli, Saccharo, Ammoniaco, Mastiche, & (ubi suppetit, ad drachmam semis in libra semis Aquæ decoquendo, sat tamen nares vexante) Euphorbio, Peto, Jalapio pulverato, Spiritu lignorum acidulo, &c.

&c. varie petita, aliave substituta euporista Apophlegmatizantia & Ptarmica requisitis nostris abunde satisfaciant; sive *Pulveris* cuiusdam simplissimi, loco profusissimorum & interdum nimis commoventium *Vulgarium*, sive *Noduli*, *Collutio-*  
*num*, *Masticatoriorum*, *Fumive Forma*, (*Nasalibus* fere nunc exoletis, aut certas in circumstantias facile tunc effingendis,) adhibeantur.

Inter ea, quæ Vermibus opponuntur, *Santonico* recenti, nec *Macerationibus* exhausto primas dare cogimur; siquidem ipso *Tanaceto* aliisque huc tractis, (licet parabiliорibus) Vegetabilibus, ipsaque (toties commendata) *Corallina*, (largiter quoque citra falsuginis adhærentis elutriationem exhibita,) revera præstare deprehenditur: dummodo seu per se, vulgari more, seu paucis (mole saporeque haut adeo adversis) mortificantibus stimulantibusve permixtum, tenerioribus etiam, (quos Martis hinc liimatura præp. vel Mercurialibus ingratiiis sæpe sollicitare cogimur,) ingeri queat. Qui proin præ ejusmodi acciso Pulvère *Confectionem* adsumptu faciliorem putat, contraictiorem per nos fingere poterit. Sed ejuscemodi masticatoria similiter hic ægrius diglutiuntur; magisque ad huc usitatæ *adversus Lumbricos*, *Diacinæ* & *Diamercurii M.* (ni ingredientia quadantenus permutentur,) *Species*; item *simplex Cinæ*, *communesque* (tot supervacaneis, imbellibus, præter rem æque ingratiss refertæ, & molem hinc cum adversitate frustra intendentes) *Confectiones*. *Simplex* (nec Mercurisatæ) *Tanaci*, *Filicis*, *Graminis*, item *Compositæ* quorundam, super *Argentum* vnum quoque destillatæ *Aquæ*, curiosius *Corallinæ Magisterium* & consimilia in libellis tantum commendata, alias frustra propinantur: ceu nihil præsentiori effectu

fectu *Unguenta*, (tam *Officialia*, alibique *superaddita*, quam insuper *extemporanea*,) atque alia hujus intentionis *Topicæ*, (si certum verium *Umbilicarium*, è residue forsitan sanguine, delatisve ad *Vasa*, debite nodum *occlusa*, superfluitatibus nascentium genus, & qui in aut sub poris oriuntur, excipimus,) applicari videntur.

*Scrophulariam* in externos usus (licet de cætero, si gregarium non adversante inveniat, multa exotica operosaque remedia vincat intus,) Chirurgi sibi colligant; Aulæ in quæsitos ex *Aqua Infusoque nitores*, *Polygonatum*; donec ulterioribus experimentis promissa exolvat: *Sideritidem* cum *Filagine* (alias nulli non domui hic locorum familiarem,) mulierculæ, detergentem cum *Mucilagine tamen*, (per acidum, è poris elicitem coagulabili,) Herbam in lotionibus suis superstitione deturpantes: *Lapathidem acutæ atque Aquatici folia & radices* ii, qui (dum *Aqua* eorum tanti non est,) scabiosis hepaticisque *Balnea*, *Epithemata*, & *Unguenta* hinc condunt. Comptior Praxis & eo, & reliquis contra scabiem de *Rhamno*, aliisque nitratis etiam, salitis, alcalisatis, &c. Officinarum olenibus saepe magisve irritantibus *Linimentis* dimissis, vel sola dissolutæ *Tabacinæ Essentiæ*; Mercurialiumve *Infusorum* lotione, aut compendiosiori extemporaneoque litu, secundum *recentiorem quandam*, (at pariter interdum præcidendam) formulam, è *Saturninis*, *Mercurio dulci &c. parato*, sufficienter tandem acquiescere potest. Atque hæc de toto nunc *Vegetabilium* acervo.

Ex Animali deinceps Regno merito referuntur *huc Oculi Cancri*, *Cornu Cervi*, *Sanguis Hirci*, *Mandibulæ Lucii*, &c. item *Mel solitarium* aut detergentibus aliis exaltatum. *Turtures* autem,

*Leporesque (cum pelle) siccati, pulverisati cum assatatum Aciculorum pedibus officulisque dati aliterve adhibiti, tot supra jam considerati, infidi supervacaneique Cruores, Talparum extus inspersus, & ad Speciale quoque Emplastrum tractus Cinis, Cuticula ex Anserinis pedibus, (iquammeæ, quisquiliis aptiores, quoties tane frustra datae?) inter tot sistentia & invertentia, non tam confirmatorum Medicorum aut Chirurgorum, quam medicastrarum & eorum sunt; qui in accidentario sæpe experimento quodam fluctuant, vel (laudabiliori quidem consilio) aliorum traditiones quasi aliud agendo nobiscum experiuntur. Tonsoresque demum in persuasiones mixturasque suas exoptent Os Sepia: dum vera vulgares Strumæ solis quoque Spongiis domi præparatis, aut si gregarii deglutire queant, polychrestæ de cætero Scrophulariæ, vernaculo alicubi Vincetoxicico &c. cedunt; citra tot compositorum adversus Strumas Pulverum variationes; uti Glandularum maxillarium &c. successive primo, hinc enormiter excrescentes Tumores, nec talis modi (recentioribus etiam varieque commendatis, aut secundum Lunæ phases exhibitis.) Compositionibus intus, vel extus Cataplasmatibus Emplastrisve emollientibus resolventibus, aut plane cathæreticis solide cedunt; plerumque in Tabernæ, (ceu Mesenterii glandulas in ejusmodi Subjectis similiter induratas iam olim observarunt aliqui,) lente desinentes. Sartoriam, uti vocant Costam in Magisterium eodem fine redigere conati sumus aliquando: sed in aquositateim quasi quandam abiens, tota pene cum Nitri Spiritu (inter hujus abstractionem) collum retortæ transiit; exiguis mucoris cuiusdam vestigiis relictis. Apri, Suis, Hirci, Ovisque Vesicam pro Urinatoribus suis (haut adeo tamen succedente effectu,*

certe *Guttura Gallinaceo*, æque facile colligendo, posteriore,) matrēstamilias siccent: aut Hæmorrhoidales sibi *stercoreos* (nos sœpe deferentes,) *Scarabæos* (inter tot usitatiōra præsentioraque si-  
stentia,) torreant. De *Oleo Lacertarum solitario*, concurrentibus semper subligaculis, scorsim usque dum dicere nil possumus.

Quod autem residua mineralia concernit, jure primum huc referimus *Martem*, *ad strictionis* similiiter, ac superius majori apertioni per diversas rationes destinatum. Et quidem, quoad *siccām* formam, è consuetis tincturarum sedimentis, diversis Vitrioli martialis factitii præparationibus, subtaneisve calcinationibus, aliisque inter manus & experimentationes varie natis *Crocis*, euidem tantum quotannis colligitur, quod post sufficien-tem, adeoque nonnunquam repetendam calcina-tionem, internis usibus, cum aut sine Opio, Coralliis, &c. (dum extus Colcothar extreme perustum, aut dulcificata Vitrioli terra satisfacit,) *Croci Martis adstringentis* forma five loco, eodem effectu inser-vire queat. Aut si quis copiosiorem forsan exi-gat, idem vel è vili *candentis ferri batitura*, (dum *Flos ferri nativus* fere rarior, perfecta *simplicis Limatura calcinatio aliquanto protractior est,) repetitis ignitionibus examinata, (quo trabecula-rum destillatoriарum abscedentes tessulæ similiter se-cure referri possunt,) facili negotio, neglecto saltem coloris lenocinio habetur, præstabiliturque pariter, quod alias insuper è cariori *Aqua fortis Croco abstractio*, capiteve mortuo *Florum salis armoniaci Martialium*, ulterius exusto, e *Croci aperi-tivi* (hoc fine prius parati, vel penitus alcolis-sati) repetitis *Calcinationibus*, *Limaturave ferri, Urinæ, Sale, Aceto s. vel Destillato &c.* (sæpe non sine*

sine reviviscentium salinarum particularum suspicione,) expectamus. Inter *Liquida* vero quemadmodum multæ passim proponuntur aut circumferuntur *Tincturæ*, in se neutrales, sive (pro ratione menstrui, affectæ partis, materiæ peccantis, alia-ruinque circumstantiarum,) modo aperientes, modo leviori adstrictione roborantes: quales quoque sunt, quæ v. gr. è *Martis*, (*unde Sal ammoniacum per retortam levatum aut destillatum fuit*,) residuo, ab adhærente adhuc Sale per ulteriorem calcinationem potius, quam elutriationem liberato, item, quæ è *Limatura incoctionibus*, *incerat onibus vel ignitionibus* aliisve eodem residentibus ambagibus vexata, *ferrariorum ve batitura*, aut *Vitrioli Martis factitii colcothare cum Aceto destillato*, (sed oppido forti,) consimilibusque modis, mediocri effectu parantur: Ita longe consultius vel unicus saltem *Liq: or*, qui intentioni nostræ hic satisficiat, videtur. Et cum rubicundus ille (nonnullis *Olei* nomine propositus,) & è solutione *Martis*, Cremore Tartari subacta, extremo igne, (ne Spiritus saltem tartareo-salinus exeat,) proveniens, ingratus compendiosioribusque modis posterior; *Oleum simul profluens*, Tartareum; *Oleum vero Martiale nigrum*, è florum armoniacalium ultimorum solutione vel deliquio, (per se aut diversimode dilatum,) horribile; *Limaturæ* demum crudæve sulphuratae, aut Croci è *Vitrioli Martis* varie præcipitati Solutio cum Spiritu Salis, vel etiam Spiritu *Vitrioli Philosophico* facta, & post evanescensem fœtorem, factoque coagulo, per Spiritum Vini extracta mitior quidem, sapore tamen nihilominus aduersior sit; utut saccharinum dulcorem huic quidam adscripsérint: merito proin tanquam inter omnes hactenus subtiliorem acceptiorem-

que præferimus hinc *Tincturam è Marte crudo per recentem, nec aliquoties aliis adhibitum* *Æruginis spiritum s. aut sulphuratum præparatam; com pluribus Corallinis Opinatisque Tincturis facile sociabilem; aliis, e Scoriis quoque, vel congeneneribus Massis cum Aceto similibusve, (aperitivi haut parum interdum affricantibus,) menstruis paratis aperte superiorem; singulariori & quasi volatili illa, quæ è florū, e solutione Martis (cum Spiritu salisfacta & coagulata,) sublimatorum, (vel etiam ultimorum Armoniacalium nigrorum,) diluto aut potius deliquato liquore, per Terræ foliatæ Tartari solutionem, similiter deliquio potius procuratam, & s. q. instillata in fracto confit, suo modo parabiliorem, & (cum ista, sub levi Terræ foliatæ excessu sæpenumero sit instabilior, Martemque dimittat,) dispensatu commodiorem. Reliqua superflua sunt, & curiositatibus viciniora.*

Sequatur hic potius *Alumen*, & quidem missis *Saccharino*, ac reliquis incertus vel abusive dictis *Speciebus*, *Rupeum*: singulare profecto, nec usque dum satis excultum Coagulum: per se intus, (ceu *Sanguine Draconis* quidem pro lubitu occultant,) pro gregariis quidem haut interdum inutile, adversissimum tamen, & in Dysenteriis nuper infidum Empiricorum sufflamen; extus in Chirurgicis & Chimicis utilius: dum desidi non uno Simplici innoxium, nec inconveniens, vel adeo fugax, (ac Spiritus Vini est,) vehiculum è Phlegmate suo, (uti Residuum arreptam vel restantem Aluminositatem satis ostendit,) de se largitur; etiam volatilibus nonnullis urinosis: siquidem licet alicubi pro ejus depuratione seu sequestratione Urina accedat, aut in ipsa Aluminosa substantia, seorsim extra ejuscemodi additamentum considerata,

rata, falsæ volatiles particulæ supponi queant; haec tenus tamen in acerbæ stipicitatis subiecto hoc, inter varia tentamina nondum deprehensæ sunt; quoad Urinam vero, ea proportione isti inesse, vel si adforent, inter tot operariorum laborēs subsistere vix ac ne vix quidein queunt; ut accendentis postmodum Simplicis Sal volatile præ se ferant. Magisteriis de cætero *Vegetabilibus* & *Mineralibus*, (cum in Solutione vel Præcipitatione Alcalibus opponitur,) terrestreitatem suam oppido frustra inconvenienterque, per vulgatos processus complicat. E præparatis vero tantisper nobis sufficere poterit vel unicus labor, in aliquot Producta polychrestus. Si scilicet non tam *Spiritus Sulphurei*, (parcissimi sane, si seorsim abitrahatur,) vel etiam *acidi Fixoris*, (pariter pauci, ultra Vitriolicum, aut selectiores adstringentium Tincturas parum præstantis, adeoque speciali in secretionem ulterioreme *Mitificationem* haut promeriti,) causa; quam ob *Phlegmaticum acidulum*, (Rori minerali haut inconvenienter adjiciendum, vel substituendum,) *Liquorem* instituatur, & Alumen (citra præviam *Depurationem*) destillationi, saltem per arenam, considerate tamen, (ne ebulliens recipiens diffingat, ut contentum ejus inquinet,) subjiciatur; intermissa collecti liquoris super caput mortuum, (ni propter specialem intentionem, qualemcumque ejus aciditatem revera sic subtrahere libuerit,) *rectificatione* vel redestillatione. Gratis ita simul proveniet *Alumen*, sat in externos usus *Ustum*, & (licet æque ac *vulgare*, in humido acerbitatem suam quadantenus repeatat,) ulteriori cuivis accommodationi pariter sufficiens. Si scil. *Dulcificatum*, seu qualitercumque sub *sacchari* nomine mitiffi-

catum placuerit; per repetitas dixi phlegmatici Liquoris abstractiones, & simplicem postmodo dissolutionem, &c. citra reliquas ambages. Sin vero (nec immerito) potius *Magisterium illud sicum*; per notoriam in Aceto destillato dissolutionem subsequamque crystallisationem, cum aut sine extranea quadam coloratione: quo Conchis, Alcalibus, Armeniacoque desertus, Antifebrile, (etiani tertianarium,) itemque Sistens quoddam in horum alterutro nonnunquam inveniat. Nam Corallinorum, Martialis, & Opiatorum intuitu, nec *Magisterium illud liquidum*, olim in *Vesicis animalium*, aut negotiosius postmodum per *repetitas solutiones abstractionesque* conquisitum, nec *Tartarum* (nescio cui bono) quibusdam *Aluminatum*, aliave frustranea operosioraque quis inde requireret?

*Hæmatiton* potius, sed misso *exotico* saltem *nostratem*, ipsumve, neglectiorem licet, *Sekistum*, simpliciter tantum *præparatum* sive levigatum hic, præsertim in paulo diffusorem apparatus poneamus: siquidem in certis affectibus præter congenera, pariter nil passa aut immaturiora Martialis, flores nativos (alias rariores,) semibolarem Mineram, &c. interdum præstat quidpiam. Variationibus enim vel accumulationibus remediorum minus adsuetus, etiam Croco Martis adstringente, Coralliis, Oculis Cancri &c. Opio præsertim exaltatis idem plerumque intus transfigit: ceu extus vel sola Terra Vitrioli dulcificata. Ut Periaptum autem, in concitatoribus Hæmorrhagiis, aliorum Lapidum (hic pariter commendatorum,) globorum plumbeorum, &c. infrigidationes raro specifica quadam remorante vi superare, (nobis quidem,) visus est. *Flores* alias *Martialibus* qui-

quidem acceptiores, simplicibus tamen Ammoniacalibus longe remissiores; *elotus hinc* exigua quantitate *Pulvis*, colore quam effectu pectorior; *Spiritus*, destillato è Martis minea compar, de cætero parcior; *qui vero e Sublimationum Ammoniacalium capite mortuo, alierule* diversas in applicationes conqueruntur, uperius suo loco attacti, certe in universum hujus non sunt delestus.

Ita nec *Ætitem* cum *Geode* aliqua requirit necessitas: Nam Lucinatum nostrarum hyperbolicæ sæpe persuasiones etiam circa selectiorem claudicare assim experimus: si que quidpiam interdum conferre visus, forsitan inter circumstantiarum ignorantiam per vulgatissimum in Medicina (non Causæ ut Causæ) elenchem aut violentas Matricis præcipitationes similiter factum, ad minimum incertæ est fiduciæ. Quod autem in Cardialgiis, Nephritide, Fluoribus, Immaturorum conservationibus, in Stegnotico quoque Pulvere; &c. præstat, copiam olim in experimentationes naëti, in parabiliорibus adhuc Præcipitantibus, incrassantibus, Restrictivis, ac Diureticis temperatis, Cancrinis, Corallinis, Martialibus, Opiatis &c. supradictis largiter invenimus. *Magnetem*, dum *Præparatus* equidem Integri, (certam particularum posituram aut conformatiōnem exigentis) destinationes, vel in medendo saltem non attingit, Philtra solitarius, (absque aliis Electuarii hic commendati ingredientibus, infringendique rationibus,) hodie que nobis quidem haut adeo fideliter & ultra Chalybeata invertentia tantopere subigit; tonsorum extractoriæ herniosæque jactantiæ, (nonnullis etiam ad Arthritidem extensæ) fallunt, aut tantum sunt accidentariæ; in Emplastris vero Martialia

idem efficiunt, Mechanicis relinquamus: ceu *Ophites* imbricatum, inter æquipollentia pauperculorum Opercula, Ditionum aqualiculis: *Alabastrum*, (nam quanti hodie inter tot commodiora est *Unguentum*, quantive congenera *Cataplasma*, usquedum supervacue variegata?) Statuariis; *Amianthum* curiosioribus, quo nexo tandem queat, experientes; ignibus plusquam philosophicis, aut gradatorum haut rejiculis inde Cæmentis: *Lapidem specularem*, inter tot (è Stomacho) Epilepticos Dolentesque certius juvantia specifica, Moschorum fenestris; ad minimum ulterioribus explorationibus; congenerem denique his *Talcum vulgarem*, de *Rubri* enim Magisterio superius inter Diaphoretica actum est, ) delicatulis: quo scil. post *varias calcinationes*, institutas (cum Spiritu Salis aut Vitrioli, philosophico, vehementioribusque adhuc Menstruis) *Solutiones*, *Digestiones* cum ipsis inconvenientioribus Oleis, reliquasve cum Sale Tartari, (simplici vel Essentiali, alias in se hic non inepto,) Nitro fixo, Ammoniaco, &c. vexationes, *Liquorem*, (rarius amplius quam per se solebat,) detergentem, *Oleum* interdum compositum, aut opinionetenus taltem *quidam cosmeticis*, in quo sibi placeant, nanciscantur.

*Calaminaris lapis* consultius, nec uno nomine nostris usibus destinari videtur: non ut *Magisterium similiave Purgantia*, (inter tot usitatoria.) curiosioresque *Solutiones*, *Liquores Oleiformes* &c. hinc eruamus: Sed in potiora taltem Topica: sive per se, vel in extemporaneæ mixturae Liquoribus, etiam operosiorum (seu aperto igne seu detonando rem tentes,) *Florum* loco adhibetur: sive *Unguentum Emplastrumque quoddam Saturninum*, ceu supra notavimus, una constituat; sicque famo-

sa illa *Griseum*, de *Lapide Calaminari*, & reliqua  
kujus sortis *Officinalia*, varieque hactenus pro fluidis,  
*disepuloticis*, *Tibiarum ulceribus &c.* aliisve titulis  
*superaddita*, sufficienter exprimat. *Osteocollam* sim-  
pliciter solum *levigatam*, non supervacuis labori-  
bus prius inversam, *saturatam*, *Magisterificatam*,  
&c. tonsores sibi per nos reponant. Præstare quid-  
piam interdum visa est; sed nil, ubi os effractum  
aliterve discessit, nil intus in Arthride aut Nephri-  
tide, quod polychresta alia hic nequeant.

*De Antimonio*, quatenus *Diaphoreticum*, item  
*Croco Metall.* & *Sulphure* istius suo loco diximus:  
quemadmodum etiam de minus adhucdum trito  
*Zincko* & *Marcasita*. *Cadmia nativa metallica com-*  
*muni* curiosiorum nimisque securorum examini-  
bus, *Ferruginea*, *Chrysocolla nativi viridis*, &c. Opi-  
ficium incrustationibus cedant.

*Lapis quidam medicamentosus* selectui nostro  
aptior est: simplicissime scilicet, & dimissis tot  
inanibus, (sub *Rubri*, *Salutis*, *Mirabilisque nomi-*  
*nz*.) variationibus, citra quodvis herbarum Alcali,  
citra Ammoniacum, Æruginem, imo ipsum Ni-  
trum, &c. (magis interdum irritantia, aut usus de-  
mum tempore consultius adjicienda,) confectus:  
v.gr. e. *Vitriolo* saltem, *Alumine*, *Cerussa* atque  
*Bolo*, vel *Dulcificata Vitrioli Terra*: ad *Varos*  
quoque, *gingivarum* vitia, *epiphoras*, &c. in diluto  
sic quoque sufficientissimus.

Sed hæc demum *Mercurialium ad Topicas spectan-*  
*tium* repetitione concludamus. Nam de plerisque  
ab initio satis forsitan egimus; & *Vivi* quidem per  
*salivalem*, (licet oppido singularis naturæ,) *laticem*  
(apud Hypochondriacos fortasse querenda) *ligatio*  
sane hodie nimis superficialis, *lentum Sublimati*  
*deliquium* tædiosissimum; cum *Marte* similiterve

institutum metallicæ magis sic prosapiæ; cum *Ace-to destillato*, simplex quasi Præcipitati Solutio est: sufficietque proinde loco tot *Mercurialium*, ut plurimum inconsideratius compositorum, aut frustra solum multiplicatarum *Aquarum Liquorumque extenorū*, item tot *Unguentorū*, præter rem vasta olim ingredientium serie, viscositate, excedente calore &c. exundantium, nec meliorum plerumque *Emplastrorum* vice, modo *crudus* decenter simplicissimeque subactus, modo *Sublimatus*, (non tam communis, ut plurimum vehementior, quam *Dulcis* ille,) præsertim superior in cucurbitula impuriorque, *ad Extra* hinc quibusdam dictus: alibi præcipitatum quoddam mitius, v.g. *Turbith* è *Sublimato dissoluto*: alibi saltem *Vulgaris* (præser-tim ubi epuleticī quid simul quæritur,) *Cinnabaris*: quodlibet horum (vel extempore,) attempe-rantibus aut mundificantibus, (pro scopi ratione) Liquoribus, Succis, Pulveribus (infrigidantibus nec præcipitantibus,) simplici *Axungiæ*, *Unguento*, *Emplastrove Saturnino*, vel etiam resolventi cuidam, (ceu *Amalgama* quoque, si superimpo-nere noluerimus, poterit,) commiscendo aut subigendo: seu quando seorsim aliquod omnino, (licet Regiones nostræ per Dei gratiam haut adeo exigant,) extare debuerit, ad imitationem *Emplasti antivenerei Mercurialis*, Solutionem cum Aqua forti factam competenti massæ per exhalationem sociando. In quo nunc tædiosissimum Materiæ medicæ censum finiemus. Quod supereft, singula quæ vel pro redimenda vexa retinuimus, alias secundum summa *Schönbornii Morellive* capita digerat, (id enim nostri non est Institutij; & sublevi, (ceu circa ejusmodi Polychrestorum adhibitionem par est,) manuductione, prudentique affectuum pen-

pensitatione , sufficientiam undiquaque inveniet ;  
atque hoc insuper : quod de Retentorum æque  
ac Dimissorum effectu nil temere vel opinione-  
nus tantum adseruerimus , sed quod cuncta hæc  
( saltem ut plurimum , ) ita se habeant : si forsan  
aliud interdum specialioribus è circumstantiis ob-  
servetur , aut secundum Elenchum non Causæ ut  
causæ observari tantum videatur .



## DISSERTATIO II.

*De Taxarum Moderatione.*

**P**ostquam itaque de Remediorum Sele-  
ctu, & Compositorum in iis conve-  
nientiori Præparatione breviter qui-  
dem, at sufficienter forsitan egimus;  
consequens est, ut tertiam quoque Tra-  
stationis seu postulatorum nostrorum partem, de  
Taxarum scil. hinc inde Temperamento, cuivis  
Tractui (pro Mercimoniorum, Impensarum,  
Laborumque ratione,) competentiori, considere-  
mus: quod similiter compendiose tantum ac sim-  
plicissime, ne data opera Camatinam movisse, aut  
ullius commodis invidisse videamur, deinceps per-  
sequemur.

Principio proin omnino æquum est, ut Redho-  
stimentum quoddam, ac debitum Solamen sibi in-  
veniant tot Infortunia, ac Detrimenta, non solum  
in Usualium Præparationibus, asservationibus, &  
(Liquidiorum præseitim ac prætiosiorum quorun-  
dam,) dispensationibus, verum etiam in Novorum  
indagationibus, aut intentatorum, vel suspecto-  
rum examinibus diversimode contingentia; undi-  
quaque sane haut paucis, incertis saepè vel (decol-  
lante experimenti spe,) penitus frustraneis, nec  
hæredi tandem quicquam conferentibus Expensis  
complicata: tot insuper Pericula, tædia & efflu-  
viorum, lenta deum noxa occupatores hic fe-  
rientium inspirationes; tot Exoletorum, (licet cau-  
tiores horum pleraque aliis amplius usibus adapta-  
re

re sciant,) item tot per accidens nonnunquam confusorum, memoriæve alios inter labores excidentium justæ omnino Exterminationes: quotidianæ Debitorum frustrationes, Onera alicubi privata, & si quæ insuper Negotiatoribus reliquis minus communia allegari queunt Incommoda. Imo, (quod nonnullis accidisse novimus,) ne Habitiorum interdum aliqui, curationis felicitatem, aut Medici doctrinam industriamve ex erogatis sumptibus fortasse mensurantes, quandoque pro insufficientioribus nulliusque momenti Remediis reputent, dum (in se satis rara, vulgariu[m]que Taxarum respectu pariter cara,) diabolari quasi pretio indifferenter divenduntur.

Atque his equidem sic stantibus, ex adverso nihilominus similiter conveniens, justum & è publicæ Rei commodo est, ut ejuscemodi tamen Æstimia & Compensationes, præsertim in notoria hac Seculi ac complurium Districtu[m] Indigentia, vel naturali saltem Æquitati magis imposterum respondeant: nec dum minus passim æstimata Mercimonia, æque inter varia dispensia, incommoda oneraque, per minutiora quoque pondera & mensuras successive distrahi cernimus, in hac nostra, Liberale quidpiam promittente Dispensatione, justæ usitatorisve in reliquis compensacionis modus excedatur, & alias sat afflictis major addatur afflœcio.

Numne vero hoc in permultis passime continget, etiam ubi Materialistæ Pharmacopolis ex adverso quasi habitant, aut Publico publice per Provisores saltem, prospicitur, nos non dicemus: illi tantum judicabunt, qui manus oculatas operi ad moverunt, nec (quod superioribus Seculis, alia tunc rerum facie, fortassis accidit,) solis subter-

ver-

versantium relationibus vel æstimationibus fidere coguntur ; practica Laborum vulgarium ac Chemicorum, modi porro procedendi , temporis insu- mendi , impensarum, proventus , detrimenti , &c. notitia penitiori destituti.

Ita nec Taxationum istarum aliquam specialiter hic evolvemus ; ne data opera quemquam punge- re, vel novas aut certas alicui , ( in ea Regionum , Mercimoniorum , Modorumque comparandi va- rietate , negotio Regalia Superiorum concernen- te, ) Taxas inconsiderate condere videamur. Sal- tem generaliter inventos hinc inde excessus debita moderatione notabimus ; & si quæ in exemplum ex usitatoribus adducentur , istud quoque laxe sa- tis , absque minutiarum æstimatione fiet : siqui- dem Æquitatem solum in omnibus intendimus , quam singulis pro circumstantiarum ratione qui- vis in ejusmodi Materia aliquantum versatus haut difficulter postmodum in specie , & ita qui- dem applicabit ; ne ab una parte ( præter supradicta postulata , ) Operam insuper & Studium quovis tempore indifferenter impendendum , quotidiana- num in Contagiosis periculum , Asservatorum inæqualem aut nullam sæpe , vel exiguum Disfra- ctionem , & hinc Laborum per majora vasa copio- fioremque materiam , ( evidenter alias emolu- mento instituendorum , ) inconvenientiam , diffi- ciliorem necessariorum ( dum Simplicistæ lon- gius absunt , aut annuis usibus minora solum , sed intensiori plerumque pretio venientia pondera sa- tisfaciunt , ) comparisonem , levioris ponderosio- risque Libræ differentiam , &c. obvenientia vel prætendenda incommoda neglexisse ; ab altera ve- ro parte excedenti ( quorum quorum etiam , ) Dis- pensantium Lucello inconsiderato connivisse , & post-

postquam hi totius s<sup>e</sup>pe Districtus lumine saturati sunt, negligentiae per frequentique remissioni ad Ministros, fores aperuisse; gregarios autem simplicioresque vel attentiores alios, à Medicis salubrique Remediorum usū ab alienasse; Vidoras demum Orphanosque (dum morbus quidem curatus est, at æger periit,) expensis, plus vice simplici deploratis subjecisse dicatur. Nam ut scapham scapham vocando, in recensione nostra pergamus, diffiteri profecto nequimus, quod ex usitatissimis ac polychrestis non solum triplum, quadruplum, sextuplum, sed octuplum quoque, duodecuplum & amplius; è trivialibus vulgatissimisque non tam alterum tantum, quam triplum quadruplum &c. redeat: dum citra ullum rei domesticæ, (debita moderatione circumscriptæ,) erogatorumque sumptuum damnum, magno vero Reipublicæ, præsertim pauperiorum commodo, sub triplo alicubi alibi dimidio, vel in operosioribus altero tanto secure hac tempestate acquiesci posset: ceu sub hujusmodi moderatione incidentes nihilominus satis feliciter vixisse, nec aliis ita inserviendo temere consumptos, quin potius (parabilitatis Remediorum illico,) proventus in singulis mediocritatem frequentia compensatam; raro vero Gazophylazia excessivis constructa, hæredibus stabilia fuisse, sufficienter scimus.

Nos quo Lustrum nostrum persequamur, & quo vulgatissimi excessus eo facilius computari queant, per Imperiales eorumque Partes, (tangam Monetam notissimi, ac in quaslibet cujusvis Regionis Sortes facile resolubilis valoris,) procedentes, perque Libram, civilem semper intelligentes, à Simplicium consideratione nunc ordiemur. Ubi licet alicubi nonnullis, Chirurgorum tamen

tamen potius opificumque usui cedentibus, (ob notorium forte apud Institores pretium,) quodan- tenus sit parcitum : & licet alibi (inter Alternau- tium, secundum Æquum & Bonum, distractio- nes,) moderationem quandam afferre videatur ad Arbitrium dispensantium remissio : utrumque ta- men nec Catholicum, (uti v. gr. aliis in Taxis circa Metallica & Aromatica satis videmus,) nec (una cum Residuorum longe tritorum plerisque,) à multa adhuc inconvenientia exemptum est. Nam paulo difficilius interdum conquirenda, vel (pro Negotiorum fortuna, Proventusve differentia,) pretium variantia, (ut Exotica pleraque,) alibi ni- hilominus summo, quem unquam assequuntur va- lore passim divendi constat : & quibus difficulta- tibus utplurimum determinatur, observatur vel (remitente intensiori prius precio.) ad antiquum redit illud Æquum & Bonum; saltem in Oppidis, si severiores inspectiones in Urbibus insolidum ca- vent. Accedit, quod circa horum permulta, (tra- etu temporis corruptionis initia sentientia, semet in se consumentia, vel mage siccescentia,) partim peculiari Repositura, seu competenti cuivis con- servandi modo, partim cauta Quantitatis æque ac Qualitatis coemendorum pensitatione, Corruptio- nem minitantium alios in usus conversione, Vis- cidiorum curata dispensatione, aliisque notoriis compendiis evidentiora detrimenta, parumper hic versatus haut difficulter declinet : quodque inde- clinabilia in quibusdam dispendia, Exoterica ca- rioribus nonnullis admixta, &c. moderatori quo- que Taxatione compensentur; citra Valoris pas- sim triplicationes, quadruplications &c. vel plane extremum illud increcentium pretium : ceu exemplum in Rhabarbaro, Camphora, Castoreo,

Sper-

Spermate Ceti, Manna, Moscho, Croco, Sena, Fruetibus Mollioribus vel Oleaginosis &c. manifesta sunt.

Multo minus autem Vulgatiora, Vernacula, aliaque Euporista hic excusari poterunt. Sane non inuenientur, polychresta tamen, & in communis praxi usitatissima (præsertim cum negotium tantum inter nummos versetur,) referre piget; quæ puer nihilominus quasi aliud agendo, circa Mænia vel è proximis compitis gratis legit, aut vilissimo pretio ex Agris, ripis, dumetis, viciniisve non nullibi sylvis aut nemoribus afferuntur; oppido assignatae taxæ dimidio & ultra multanda. Sique v.g. Liliorum conv. Cynosbati, Acaciæ, Tiliæ, Violarum martiarum (exceptis paucissimis alicubi districtibus,) Flores, Fraga, Myrtillos, &c. cum productorum suorum (Aquarum, Siruporum &c.) valore conferimus; quænam, (imo nonnullorum quoque per se,) venditorum & emptorum est proportio? Multa locis suis vernacula pari dissipitorum Districtuum Taxa haut raro divenduntur; ut Scorzoneræ, Dictamnus alb. Rhodia, Bryonia, Chamæpitys, Scordium, Saxifraga alba, Polypodium, Tartarus, Fossilia non pauca, quæque ex iis confidunt, &c.

Et quid dicturi essent? si facetiores è vulgo resciscerent, quanti passim per minutiora pondera venundarentur in ignotis ipsis Formulis atque Compositis Domestica illa vel culinaria, Carvi, Papaver, Cœpe, Allium, Lentes, Cicer, Sinapi, Cannabis, Petroselini, Lactucæ, Lini, Napi semen, Juniperi baccæ, uterque Raphanus, Farina volatilis, Hordei, Tritici, Fabarum, Teredinum, Sulphur, Pix Resina, Ovorum testæ, Nidus Hirundinum, Album Græcum, Mel, Butyrum, Adeps,

Se-

Sevum, Acetum, Fuligo, Sal, Alumen, Martis Limatura, Calx &c. Vel si Jalapii, Mechoacannæ, Guimmi guttæ, &c. valorem nossent, forsitan (quasi per Decretum,) inventum illud, & consilium atque laborem plerumque excedens pro trivialibus Purgantibus pretium, Dispensatoribus haut adeo constanter numerarent: aut Delicatissima quæque penitus, aut maximam partem gratis eos esse pejerarent, qui Pinguedinibus nonnullis satis usitatis, Lappillis, ossiculis, talis, Mandibulis, Sanguini, &c. Taxationes istas assignarunt. Et quantopere hæ circa vulgatissima Hortensia, ab Enula Pœoniaque usque ad Odoriferas cordiales, Stomachales cephaticasque Herbas & Flores, circa acidulos vinososque Fructus, &c. Olitorum Matruinque familias merces excedant, in foro vel hortis licitantibus haut difficulter constabit. Quod autem magis est, omne hoc lucellum, (quantum quoque fuerit,) ex hujuscemodi Simplicibus perfunctorie solum distractis, levi tamen brachio ac citra pulveris cujusdam jactum acquiritur; saltem pro more reponendo, ponderando, vel obiter (neque hoc nonnullibi gratis,) quodvis conscindendo, conterendo, conquassando. Nam simul ac horum aliqua paulo diutius versantur aut subtilisantur, continuo etiam pretium, non quidem (pro laboris aut fortuito dissipatorum compensatione,) ad alterum tantum, duplumve, sed ultra triplum ad octuplum, decuplum, extendi cernimus. Sic quo potiorum quædam in exemplum adducamus.

Corallia rubra vulgari modo præparata (reliquis adhuc utilissimis,) expensas raro tantum quater, quinquiesve, plerumque sexies, deciesque refundunt; Mater perlaruim insumpti precii triplum; sextuplum, octuplum.

Conchæ vulgares, simpliciter pulveratæ vel non-nullis calcinatæ pro libra semis, quatuor passim aut quinque Imperiales, & amplius.

Succinum præparatum valoris sui triplum usque ad quintuplum.

Cornu Cervi ustum, (destillati tamen Spiritus parergon,) è libra una semis, rarius saltem duos, plerumque quatuor Imperiales; dum sexta vel quarta unius parte, crudi, quoque tantum apud figulum calcinatur: Ipse Colubrinus pulvis, (pro regionum ratione,) plerumque quadruplum, sextuplum & ultra: ut Pinguedinem nonnunquam separatam (missis Exuviis,) taceamus.

Sanguis Hirci à lanionibus quotannis sæpe gratis aut levi redhostimento habetur: ceu quoque Asellorum Lumbricorumque quantum satis à pauperculis; Dentes Apri, Pulmones Vulpis &c. à Venatoribus exquo contentis. Si negligenter præparata vel exiccata Taxis conferas, æstimationis excessus statim comparabunt. Nec alia est Eboris, Oculorum Cancri, Cranii, (unde unde etiam nonnunquam petiti,) Crystallorum, Lap. Calaminaris, Tutiæ, &c. ratio: rarius duplum, plerisque triplum vel quadruplum nonnullis superradditur.

Terebinthinæ coctæ, (Superpondii sane destillati per Vesicam Spiritus,) libra Semis Imperiali & octava ejus parte passive prostat:

Radix Aronis præparata, seipsa non triplo tantum, sed quadruplo sextuploque carius; magisque adhac, si loco Vini Acetum recipiatur.

De Helleboro nigro, Esula spontanea, aliisque fere inusitatoribus addere quidpiam supervacaneum est.

Ipsi simplicissimi Vegetabilium in Officinis Pulveres,

veres, ut equidem aliqui difficilius (v. g. Altheæ, Fænigræci, Liquiritiæ, &c.) alii molestius, (uti Purgantium similiumque nares atque fauces vellificantium,) vel non citra quoddam detrimentum parentur, & hinc jure merito moderatum laboris aut dispensi redhominentum sentiant; æque ac in Gummatum, v gr. Ammoniaci, Laccæ, &c. Depurationibus, item extraneorum corticum, stipitum, &c. sequestrationibus, (in Sena, seminibus quatuor frigidis maj. &c. par est:) numero tamen longe plures inveniuntur, quibus fere nil, aut residuum aliis adhuc usibus cominode aptandum dedit, triplicato vel quadruplicato nihilominus pretio: ceu præter paulo ante notatas Farinas, in vulgatissimis Pæoniæ, Consolidæ, Enulæ, Cardiobenedicti, Tormentillæ, Iridis Florentinæ, &c. pulveribus cernimus. Ita quot sunt Gummata, quorum Residuum, aut Vilior saltem pars sufficiente vel eodem saepè (quo Totum conjunctim comparatur,) valore non distrahitur? spectatoribus interea particulis nihilominus seorsim triplo quadruplove carius divenditis. Amygdalis sane excorticatis alicubi quarta assignati valoris pars, superadditur.

Sic porro Pretiosiorum polychrestorum Taxatio, quoad ejus fieri posset, merito deberet esse minutissima; vel egenorum aut debitæ compleundæ dosis gratia. At (ne Gemmarum saepè jure suspectarum sat caras, è difficiliori tritura atomos attingamus,) Margaritis (saepè saltem titulotenus Orientalibus, aut suspectæ foratârum rasuræ;) plerumque duplum triplumve; (ceu Valor variat;) Lapi di Bezoar. Or. triplum, quadruplum, occidentali quadruplum & ultra, Ambræ Zibethæ (si humidiori nonnunquam pilosiorique Moscho aliquantum quis

quis connivere velit,) duplum aut triplum passim assignatur

Et licet inconvenientiam hanc Moderatio quædam nonnullibi excipiat, qua detracta id genus Pretiosis lucri pars, auctiori proleta riorum Viliorumque Taxatione refunditur; id tamen vix aliquo Plebejorum fit commodo: siquidem tuin quod Reges peccant, plectuntur Achivi; miserique Vulgatioribus pulveribus, infusis, aliisque euporistis à Medico politico, (qui oppido iis damno, aliis deridiculo esse nolit, & cariora interdum persuasione saltem aut condimenti loco dat,) tractati bonam Moschatorum, Ambratorum, Auratorum, Bezoarticorum, Perlatorum, Alchermes &c. ditioribus delicatulisque (talia plenis sæpe buccis ligurientibus,) tacite ingratissque persolvunt.

Sed hæc de generali Simplicium censu sufficiant: nec enim singula, (in tanta Materiæ medicæ vastitate & districtuum proventusque differentia, accuratori talium disquisitione tandem in minutiora, minus inibi versatum Lectorem turbantia Monetarum genera residente,) seorsim resolvere fert animus Nihilominus quæ circum circa passim peccari haetenus diximus, uti permulta ordinis solum servandi causa hic allegata sunt, ita Levia plane minorisque momenti videntur, si excedenti plerumque Compositorum, præsertim Chemicorum, (ubi nescio qui labores semper, at à particuliari exaggerantur,) æstimationi conferantur; frustra in tenuioris fortunæ pauperiem extensis Taxationibus: dum tamen in Anatomia cujusdam Simplicis, vel unicum solum Principium, aut Caput mortuum, neglectave quædam Enchirisis, (licet in sequentibus vulgares semitas data opera sectemur,) omnes expensas laboresque, cum magno ple-

plerumque superpondio rependit : & quotannis diversos in usus de Chymicis Polychrestisque haut parum consumit exercitatus , & aliquantilum saltem inclarescens Medicus : quo nec de majori forsan sequentium Quantitate , ( Valvationis insuper gratia ) resoluta quis queri poterit.

Et quo nunc Elusina hæcce Sacra planius detegantur , per potiora usitatoriaque , ( ne singulariora confusionem pariant ,) similiter ibimus ; ducto à Chymicis exordio .

Ubi quod primo Mineralia concernit , Butyri Antimonialis ( polychresti illius plurimum productorum fundamenti ,) libra semis & ultra , unico cum dimidio , imo per fictionem , duobus Imperialibus insumptis , de cætero haut adeo magno negotio destillatur : æstimatur aliquibus octo , decem & amplius : si que Cinnabaris una ascendentis pretium ( unciam unam saltem & ad minimum , quæ quatuor tribusve communiter Imperialibus prostat , præsupponentes ,) addimus ; ( Mercurii vivi purissimi , tot tædiis alias conquirendi , uncias quatuor , ut & ipsum sæpe non rejiculum destillationis Caput mortuum tantisper seponendo :) proveniunt inde nihilominus duodecim vel quatuordecim . Quod in suo genere haut parum est , id vero majus , quod dum equidem consumptionis ejus expectatio , ( in Chirurgica aliave curiosiora Chymica ,) nimis longa est , Mercurii vitæ ( etiam citra rectificationem ,) sat boni unciae ad minimum quatuor nullo negotio hinc præcipitentur ; superstite Spiritu Vitrioli Philosophico , in quotidianis usibus haut infremente , ad libras tres & ultra : ut unicus sic Ungaricus , per duorum horum productorum Taxam , rarius tantum 20. frequentius

30. usque ad 40. fere Imperiales ferat. Et si denuo quidem hic Mercurius, (in ea parabilioris Croci Metallorum sufficientia,) utut insuper varie corrigitur, aut (citra omne Taxarum dispendium,) vitrificetur, tardius tamen distrahitur; Bezoarticum interea minerale (longe frequentius,) compendiose per Nitri (saltem venalem) Spiritum, aut Aquam fortē bonam abstrahendo paratum, majori adhuc lucri multiplicatione, pro quinque vel 6. Thaleris, (tanquam Mercurii vitæ Valore,) nunc 24. aut si pro Nitrosis, (denuo tamen alibi adhibendis,) Liquoribus, duos aut plane tres decurtamus, 21. præstat: adeoque Cinnabaris, Spiritus Philosophicus & Bezoarticum hoc coniunctim 50. usque fere ad 60. Imperiales.

Sin demum è prædicta Butyri quantitate: vulgare quis Bezoarticum malit, impensis (ad Liquoris gummosi destillationem supra requisitis,) pro (licet pene frustranea,) Rectificatione, & Aquæ fortis vel Spiritus Nitri sufficiente quantitate, adjiciamus duos, imo plane tres (si opus foret,) Joachimicos: adhuc tamen Pulvis iste Bezoarticus solus ad 10. vel 11. Ungaricos; Totum, per Valoris Cinnabaris & restitantis Spiritus Nitri compositi (hic abstracti) accessum, fere ad 30. Thaleros excurret.

Antimonii Diaphoretici libram semis, levi negotio, tertiam forte partem, vel alibi dimidium, fingamus duas tertias Imperialis impendendo nanciscimus: & simul decantati illius Anodynī mineralis uncias quatuordecim, plus minus. Secundum famosissimas Taxas Antimonium saltem, (si Nitri fixioris, per se, & in Vinis laxativis complutrum salium, alibique ipsius Lapidis prunellæ vulgaris loco satis commodi, difficiliorem con-

sumptionem prætendimus,) octo Imperiales, utrumque conjunctim duodecim sexdecim, octodecim & amplius refundit. Sique rejiculam quandam, (indigenam solum) Retortulam perforatam negligimus, Clissi optimi libra una semis ad duas usque, simul proveniunt; passive sex, octo vel decem Imperialibus æstimatæ. Flores copiose surgentes, (in Diaphoreticum Nitrosorum abstractione haut difficulter figendi,) transeant, ne navatæ operæ redhostimentum nimium & ultra 30. Imperiales extendatur.

Sic Croci Metallorum vulgaris (extus & ad aliqua quoque Composita commodi,) uncias sex, quasi aliud agendo paraverimus octava, sexta, ponamus quarta Imperialis parte: hinc inde tamen quatuor, alibi octo Imperialibus æstimantur. Sique Nitorum (hic mage) fixum addimus, & Clissum, si libuerit eodem modo (præter Flores,) collectum; Summa illic facile ad sex, octo, decem, hic ad quatuordecim Imperiales ascendet. Quid, si in Bezoarticum minerale redigatur? Florum Antimonialium, (licet sufficiens in id genus Vomitoria quantitas post Croci metallorum aliorumque præparationem prompte proveniat,) tantum tamen, quod 8. Imperialibus prostat, citra negotiosorem peculiarium Furnorum apparatus, facilis enchirisi modoque non uno, vix insumpto dimidio, (ut pro vulgari tædiosiorique integro fortasse,) colligitur.

Vitrioli Spiritus usitati, boni tamen & usibus medicis sufficientissimi libræ tres, circa talia exercitato ne unicum quidem Joachimicum, (singamus tamen unum cum dimidio,) impendi haut difficulter destillantur; duobus) passim, imo (ponamus pro concentratori, fere tribus coëmuntur;

tur ; at (præterquam quod externis nonnullis de-  
stinationibus interdum sufficiat,) ignororum aut  
desidum hinc inde more haut adeo laudabili, Re-  
ctificationi per Retortam (licet propria matu de-  
stillatus ea non admodum indigeat, in emptitio  
autem vix decimus occupetur,) ob laborem & un-  
ciam unam semis præterpropter deciduam, assi-  
gnetur Dimidius, aut per nos plane Integer. Ni-  
hilominus adhuc 20. 30. 40. Imperiales, secun-  
dum vulgatissimas taxas, pro navatæ operæ, vel  
si coëmatur, pro dispensationis solum compen-  
satione supersunt : & simul (post propriam vul-  
garemque destillationem,) Caput mortuum ; per se  
quoque, si externos in usus distrahatur, Vas aut  
Carbones exsolvens ; fin autem unicum tantum  
interdum, (singula enim accommodari sic vix  
poterunt,) perfunctorie eluatur, vi Taxationis  
Terræ Vitrioli dulcificatæ, (nec versatioribus  
Chirurgis infrequentis,) appensæ, 8. vel 10. ali-  
cubi Imperiales & amplius superaddens ; ceu Sal  
(quod Vitrioli albi loco precioque dari posset,)  
quinque sex aut octo. Vel si hujus plerumque tar-  
dior est distractio, è singulis prædicti ponderis de-  
stillationibus habentur ad minimum libræ quatuor  
polychresti illius Roris mineralis (prius à Vitrioli,  
aut postmodum à toto destillato abstrahendi,) uno  
alterove Ungarico haut raro divenditæ : ut proin è  
12. Vitrioli libris, etsi pro diversa produclorum ac-  
commadatione, communiter tamen 40. 50. usque  
ad 60. mitioribus & utut res cadat, 30. usque ad 40.  
fere Imperiales, intra haut adeo protractum tem-  
poris spatiū redire queant.

Sulphur labore haut adeo magno libram semis  
Florum prompte fundit, insumpta forte tertia  
Thaleri parte, vel (ex abundanti,) dimidio. Pro-  
stant

stant passim quatuor vel quinque. Ut Aciditatem sulphuream, Rori minerali haut incongrue associandam taceamus. Laetis sulphuris unciæ quatuor notoriis euporistis Solventibus diversimode octava Imperialis parte, vel si purum putum Salis Tartari lixivium recipitur, dimidio forte, imo (si Spiritus Tartari inde prius non est abstractus, adeoque per simplicem calcinatum acquisitum majori constat,) uno vel à muliercula parantur; venduntur 8. Joachimicis: Spiritus vero Sulphuris sexdecim: cum tamen hodie passim uno cum dimidio, duobusve complurium (sed de bonitate ejus securiorum,) more coëmatur; duobus, si quis perfumationibus istis occupari voluerit, domi præparetur.

Elixir propriet. usitati acidulati libra una similiter 16. Imperialibus prostat, cum duobus sat commode, vel per fictionem, & si quis modum ingredientium data opera negligere velit, tribus undiquaque confiat.

Nitri depuratissimi libra una & ultra, sexta vel quarta Thaleri parte, (nullo de cætero labore, residuoque amaricantiori Sale, si coaguletur, adhuc sui usus,) colligitur: at pretium pro dispensatione ultra duos cum dimidiō passive extenditur. Ceu unciarum duodecim Lapidis prunellæ vulgaris taxatio ad duos Imperiales; cum iisdem impensis, (crudo quoque Sulphure sufficiente,) habeatur: ut secundum Nitri fixi, (ab Antimonio Diaphoretico elutriati,) coagulum, parum hinc differens prætereamus. Spiritus usitati optimi libræ duæ, uti duobus, ad tres usque, (si fidere voluerimus,) comparantur; ita, vase insuper plerumque superstite, vix integri impensa haut difficulter destillantur; taxantur passim 20. 30. Joachimicis. Et qui

Aluminis additionem non veretur, pro uno & sex-  
ta forsan, istius parte, expeditiori adhuc negotio,  
40. & ultra sic lucrabitur: Capite mortuo nihilo-  
minus sui usus, si circa seu Terram seu Sal alu-  
minosum curiosior esse voluerit. Ipsius Aquæ for-  
tis, (ut vel Arcani duplicati causa eam hic appen-  
damus,) libræ tres, (bonæ de cætero notæ, & su-  
bito in Aquam Regis vertendæ, ut inconsideratus  
profecto, tunc duplicitur aut triplicetur pretium;) vix tribus quartis, rarius integro Thalero insumpto  
proveniunt, passiveque eodem comparantur; di-  
venduntur quatuor, sex, vel octo nihilominus: &  
Sal illud polychrestum, vix tertiam unius partem  
(pro extractione & perfectione sua,) requires, fre-  
quentissime, (siquidem dimidium è capite mortuo  
pro more provenit,) 24. vel 30. Spiritus Salis li-  
bræ duæ, (quo laborem probe redimamus,) paren-  
tur unico; emuntur, si placet, duobus vel alibi  
duobus cum dimidio: accedat adhuc dimidius pro  
(supervacua tamen, & permultis Officinis haut ad-  
eo frequenti,) rectificatione, & unciae unius se-  
mis præterpropter remanentia. Detractis sic detra-  
hendis supersunt nihilominus (secundum Taxas,) dispe-  
nsanti rarius duodecim tantum vel 15. plerumque 18. 20. 25. vel si Alumen addatur, co-  
piosiori sic per easdem impensas profecto Spiritu.  
30. Joachimici & amplius. Flores, ni Liquori pro-  
fecto adjiciantur, utrobique superaddunt alibi 4.  
vel 6. Nec in aluminoso Capite mortuo curiosior  
plane nil invenit; quod tamen cum Retorta inter-  
dum superstite, nostræ nunc considerationis non  
est.

Convertamur hinc potius ad Sal Ammonia-  
cum, cuius genuini & urinosi (quovis etiam mo-  
do, cum Alcali Tartareo nitroso, &c.) subli-

mati Flores, ad quatuor uncias Imperiali præterpropter habentur. Spiritus volatilis, (plerisque sub phlegmatis fætidi titulo neglectus,) primo profluens hunc, secundum vulgatas taxationes, ut plurimum rependit; ut 10. vel 12. reliquos, floribus istis assignatos, quasi gratis lucremur: quemadmodum & omne illud, quod è Sale medio acidiusculo, (Spiritum Salis coagulatum haut incommode referente;) item è fixiori, (è Capite mortuo extracto,) simplici aut Martiali (ceu vocant,) purgante, (si Martiales Flores parati fuerint;) aut è Tinctura quoque Martiali è residuo confecta, diversimode acquiritur. Spiritus genuini sat boni lib. cum Alcali Tartareo nitroso deliquato, integrò Joachimico vix insumpto, cum Calce viva adhuc tolerabilius, cum puro Oleo Tartari unico cum dimidio, ad summum (si data opera Tartarus alii cubi seorsim prius calcinetur,) duobus colligitur; venditur sexdecim: præter Sal è Capite mortuo, intus & in Chimicos labores utilissimum.

Martis limatura & batitura quanti passim constat? & tamen Alcohol Quercetanico similive modo paratum, (vix nummos aliquot in libram impendendo,) rarius tantum 2. 3. vel 4. frequentius sub Croci Martis aperitivi nomine, 8. 12. & ultra rependit: quod sane pretium, si ipsi Croco saccharino, aliisque per præcipitationem, fumigationem, tædiosiusque adhuc confectis assignaretur, haut adeo forsitan excusari posset. Æque ac dum librae duæ limaturæ Martis sulphuratæ 3. 4. ve Thaleris; aut cum Aceto levigatae idem pondus, uno, duabus, pluribusque distrahitur: cum hic quidec vix sexta, ibi rato tertia integri pars insumatur. Adstringentis Croci, quantum intus quidem consumitur, (dum extus Terra Vitrioli dulcificata fa-

satisfacit,) per intentius (apud singulos) ignis examen è limatura sulphurata, aliterve levigata vel alcolisata, (si rasuram è trabeculis capellisque adeo differre credimus,) levi negotio provenit: ut excedens sit quatuor Unciarum pro duabus tribusve Imperialibus taxatio: quibus sāne libra una & amplius Croci adstrictiorii cum Aqua forti similive operosiori modo parari posset. Ceu quoque Vitrioli Martis cum Spiritu Vitrioli, (quippe tædiosum & longe parcus Cæmentum allegare piget,) libra semis & ultra, ne integro quidem erogato: quæ passive tamen duodecim sexdecimque venit: curiosiorique insuper Spiritus sulphurei volatilis quidpiam, sub præparationis initio suppeditat. Tineturæ Martis per acetosa illa, similiaque officinarum menstrua libræ duæ habentur, insumptis forsitan tribus ad summum Imperialibus; condonatus adhuc unum; (ut eadem impensa idem pondus speciosioris quoque, v. gr. Tartarisatæ, vel è Vitriolo Martis Arcanoque Tartari &c. productæ parari queat:) & nihilominus ratius 32. vel 36. saepius 48 usque ad 62. hodieque in libellis æstimantur.

Mercurii dulcis optimi unciæ tres, vix dimidio constant; quatuor vel quinque Joachimicis, (præterquam quod sublimatum superius, externis sat sufficiens, Mercuriusque vivus in capitello, magnam partem expensarum redimat,) passive prostans. Uti Turbithe minerale (per Sublimati cum oleo Tartari præcipitationem proveniens,) decem alicubi Thaleris, dum unciæ duæ semis vix unius dimidium pro confectione exigunt; & superestes Liquor, originem cogitantibus, alias haut est inutilis. Turbithe vulgare per Spirituum acidorum abstractionem, vix adeo majori sumptu;

dem pondere confit; quinque, sex, vel septem taxatur.

Saturni saccharum quatuor Imperialibus; ubi totidem unciæ similiter dimidio, ad summum integro præparantur: & Magisterii unciæ duæ, eodem pretio cum Vitrioli quoque Spiritu præcipitatæ; quatuor Joachimicorum valori pariter subjiciuntur.

Succini Oleum clarum ad uncias quatuor primo profluit, aut à toto destillato abstrahitur itidem dimidio, duabusve tertiiis unius; ponamus penitus (pro rectificationis quoque compensacione,) integrum: quinque, sex, vel octo Thaleris per Taxas distrahuntur: præterquam quod aliæ unciæ quatuor (aut paulo minus,) Olei rubri crassioris, at odoratu gratioris extusque saltem polychresti restent: item uncia semis (ad unum usque) Salis volatilis, aliqua Spiritus Salis parte, &c. facile liganda, Ungarico plurisve divendi debere credita. Balsamum (cum Nucistæ Oleo,) optimum ad unciam semis, sexta Thaleri parte paratur; prostat dimidio vel duabus unius tertiiis.

Coralliorum autem communis illa Solutio, ad uncias quatuor, octo Joachimicis; dum tamen una, aut tertia ejus parte insuper, prompte confit: æque ac unciæ duæ Magisterii, elegantissimi quoque, erogatis forte tribus unius partibus, aut (per suppositionem,) integro; quatuor autem taxantur: ut restantem Liquorem taceamus; qui si, (vulgo equidem paulo laboriosiori,) Aceto destillato & Oleo Tartari constiterit, Arcani tamen Tartari, (post aliqualem adhuc Aceti destillati abstractionem,) fundamentum aut partem præbet: ceu, si præcipitatio cum Spiritu Vitrioli facta fuerit, Liquor Acetosus Vitriolatus M. in medicis chi-

chimicisque usibus haut adeo rejiculus oboritur : dque majus adhuc , quod etiam Acetum non destillatum , eodem successu queat recipi. Tincturæ Corallorum communis è prædicto Sale , aliisque vulgatoribus Officinarum haec tenus modis comparatae , libra una tres rarissime Joachimicos , (quibus etiam speciosiorum hodie Solutionem ramo- sissimarum Tincturarum idem fere pondus para- verimus,) communiter exigit : cur autem 32. ra- tius 24. assignantur? adde quod Salis vulgaris re- siduum in Magisterium præcipitati , aliudve ex- tractionis Magma nihilominus novis usibus ac- commodari queat.

Tolerabilius videtur Magisterii Perlarum taxa-  
tio , dum (variabili alias istarum pretio ,) duo-  
decim Thaleris æstimatur uncia , ubi prius quatuor ,  
vix quinque nonnunquam insumuntur. Sed Ace-  
tuin destillatum hic quoque est supervacaneum ; &  
paulo ante notatus Liquor Acetosus Vitriolatus  
expensarum partem interdum refundit : in uni-  
versum autem , si tantum est refectivum , mitissima  
taxatione languentibus dispensari deberet. Quæ  
vero proportio , quod unciae duæ Magisterii Matris  
Perlarum vulgatissimæ , quatuor Imperialibus pro-  
stant; dimidio , ad summum tribus integri partibus ,  
(plumacea quoque specie,) præparandæ?

Atque ut reliqua nunc ex Animali regno de-  
sumpta similiter persequamur ; Spiritus Cornu  
Cervi libra destillatur tertia forte parte , ad sum-  
mum dimidio Imperialis : pro rectificationis la-  
bore,detrimento, Spiritusque Vini accessit assigne-  
mus idem majusve pretium : distrahitur uterque  
6. 8. Thaleris. Oleum foetidum , tribus æstimatum  
hic non attingemus ; uti nec Sal volatile , Spiritu  
proprio ab initio non illiquatum , & (sive per se con-

venienter dilutum, sive Acidis fixum afferetur, facile duos per Taxationes suppeditans; siquidem satius esse putamus, si sub rectificatione isti combinetur. Tesselæ saltem (integro plerumque vase eximendæ,) perfunctorie apud sigulum albificatæ, unicum ad minimum Imperiale superaddunt; adeoque è rejectio sæpe cornu 8. 9. ve Imperiales levi negotio habentur. Cornu Cervi ph. calcinati libra, quasi aliud agendo paratur dimidio vel duabus tertiiis Joachimici; venundatur quatuor integris: superstite adhuc Galatina, quovis, (si placuerit vel expetatur,) modo excepta, nihilominus impensarum duplum sic exsolvens. Magisterium Cornu Cervi cum Spiritu Nitri, ad uncias duas, (debita tamen intentione inter istius abstractionem,) collectum vix ultra dimidium constat, venditur tribus, quatuorque: & si edulcorantem Liquorem saltem Urina (si Sal Tartari displicerit,) perfundamus, præcipitantur adhuc fere unciae duæ, à residuis Spiritus, (qui ad perfectam siccitatem hic citra totius combustionem abstrahi nequivat,) particulis absorptæ, à vulgari Magisterio nil differentes; unde denuo duo vel tres, atque adeo ex unciis quatuor Cornu Cervi facile sic 5. 6. vel 7. Thaleri redeunt: præsertim cum ambo haut inconsulto permisceantur, posteriori per prius intenso. Abstratus hic Nitri Spiritus, (sed & Aqua fortis citranoxiam quandam adhiberi poterit,) diversas in dissolutiones satis adhuc sufficiens, pro lucri sit superpondio. Imo eadem solvendi ratione communis Magisterii unciae quatuor parari poterunt, insumptis duabus tertiiis, aut integro ad summum Imperiali; quæ nihilominus 4. vel 6. venundantur: & si quis Alcali quoddam Diaphoreticum, cum Nitrofis Spiritibus crystallisatum desideraverit, instituta cum

cum isto præcipitatione coagulum istud compendiōse gratisque suppeditabitur : ut si Sal Tartari receptum fuerit , Liquor Nitrosus attemperans , diureticus , in Nitrū artificiale coagulabis restabit.

*Solutionis Oculorum Cancri uncia duæ habentur forte dimidio . distrahuntur quatuor ; Magisterique idem pondus similiter quatuor Imperialibus , dum etiam dimidio confit ; imo leviori adhuc expensa , si Acetum solummodo simplex pro dissolutione adbibeatur .*

Circa Castorei Exrractum moderatio quædam interdum reperiri videtur , siquidem (in ea forte Valoris variatione,) unciae uni præterpropter alterum tantum aut duplum assignatum est. Verum abstractus , sub præparatione , Vini Spiritus , (libræ unius pondere & amplius ,) sumptus omnes ab altera parte liberaliter compensat ; sive Hystericis , Cephalicis , Arthriticisque Aquis aut Mixturis extempore adjiciatur ; sive potius (cum liquidum hic quidpiam praxi commodius minusque exhaustum sit,) in Essentiam redigatur ; seu diluto inibi prædicto Extracto , seu (simplicius adhuc) infusa tantum Castorei recentis uncia una semis , cum aut fine tantillo salis Tartari. Ut cara nimis sit 12. Imperialium taxatio , cariorque adhuc , si loco abstractitii hujus , simplex saltem Spiritus ardens prædicta Essentia recipiatur.

Oleum Ceræ non rectificatum , (sufficientissimum , saltem ob butyrosam consistentiam dispensationi paulo incommodius ,) vulgari modo ultra duodecim uncias colligitur , vix duas Imperialis tertias pro prima & secunda , (rectificatoria , ubi tantum Octo Olei clari uncias prodire ponamus,) destillatione insumendo : prius tamen integris octo , rectificatum octo , frequentius decem aut

pene duodecim Thaleris æstimatur. Atque hæc ex usitatoribus Animalibus sufficient.

E Vegetabilibus Tartari Spiritus libra una unico, ad summum uno semis; (etiam duabus eo fine Destillationibus institutis,) habetur; amplius quidpiam addat, cui Tartarus aut opera carior. Rotorta iisdem usibus, eloto Capite mortuo, adhiberi potest, & rectificetur quovis modo & vel quatuor unciarum detimento. Dispensatio polychresti hujus remedii nihilominus plerumque octo, rarius sex vel septem; omissa cum quamplurimis rectificatione 10. Joachimicos rependit; & Caput mortuum Salis usitatissimi tantum, (nam Oleum fœtidum, efficax quidem, at comptiori praxi minus commodum, nihilominus ridiculo pene ad quatuor vel sex Imperiales; etiam citra rectificationem taxatum, hic non adducemus,) quod passim octo cariusque prostat: ut destillationis tedium utroque probe compensetur. Sed enim è figulina quoque Calcinatione libra istius Alcali provenit, erogato alibi dimidio, alibi ponamus integrum aut amplius quidpiam: quæ tamen quinque Thaleris passim, sed adhuc iniquius, si ex ana Tartari Nitrique detonatorum constiterit, æstimatur; aut octo vel decem, dum debita facileue dissolutum, Olei Tartari deliquati nomen induit.

Prosapiæ istius est Vitriolatus Tartarus vulgaris. Taxantur unciae quinque, octo vel decem Imperialibus; tribus integri partibus, vel integro ad summum confectæ. Tincturæ Tartari communis, at satis bonæ libra. 12. 16. quæ unico cum dimidio, duobusve imo (demus) duobus cum dimidio, de cætero facilime paratur; & (præterquam quod Salis, novis usibus impendendi quidpiam interdum pro ratione processus relinquat,) Spiritus

tus istius nominatissimi Tartarisati libris duabus eadem opera abstractis, duos tresve Thaleros æstimio isti superaddit. Ipsum Acidum Tartari, (à Cremore parum nisi tædii diminutione differens,) ad libram unam, Muliercula quoque vix quarta vel tertia unius parte conficit : ponamus alibi di-midium & amplius : Prostat passim sex octove : Et quo Mixturam simplicem hic annectamus, libræ 30. vel 32. Joachimicis, inter frequentissimas hodie distractiones divenduntur, quæ tamen facili negotio cum Spiritu Theriacali communi, infuso quidem tribus, Stillatitio vero 4. vel 5. ad summum insuuptis confiunt. Tincturæ Bezoarticæ usitatæ eadem est ratio, siquidem ingredien-tia suo modo (& ni Spiritu Vitrioli Martiali &c. singuliores sumus,) eadem, eademque fere est proportio; nec Spiritus Theriacalis majorem partem vulgatoribus constans, majus adeo pretium requirit, præ Infuso Theriacali communi proprie-que sic dicto : ceu supputanti nunquam non ma-nifestum fiet.

Nos ab Alcali Tartareo ad reliqua fixa perga-mus. Ubi sane libræ semis Salis Millefolii, Ono-nidis, Stipitum fabarum, Chelidoniæ, &c. poly-chrestorum, (nulla tamen aut vili impensa compa-randorum,) deimus nihilominus impendi dimi-dium Thalerum: pro Cardui benedicti, Absinthii, Artemisiæ, &c. eodem pondere, secundum regio-num ac proventus rationem, duas unius tertias, integrum, & amplius: distrahitur octo, rarius sex tantum : quo sane valore ne rariorum quidem, aut parum suppeditantium, Centaurii minoris, Fraxini alicubi, &c. Salia æstimari debebant. Crystallisatis pretium utplurimum duplicatur : at cum Sulphu-re quidem vix octava sextave pars integri; cum

Spiritu Nitri vero dimidius forsan Joachimicus ulterius insumitur.

Aronis feculæ unciæ sex hinc inde exprimuntur vix quartam tertiamve unius partem erogantibus : nonnullibi raritati amplius quiddam demus : interea taxantur integris tribus.

Florum Benzoës unciæ fere duæ, vulgatori quoque modo collecti, duodecim ; dum uno cum dimidio vel duobus haut difficulter parantur ; & eadem opera proveniens oleum facile quatuor aut quinque Imperialibus distrahitur.

Magisterii Scammonii unciæ tres vel tres semis proveniunt, vix, ni massa plane nequam fuerit, duorum in sumptione ; aut si quid Spiritui ardenti (interdum cariori, sed tunc repetendo,) damus ulterius. Taxantur 9. 10. rarius 11. aut duodecim Thaleris.

Sic Magisterii Jalapii unciæ tres, novem, raro tantum septem : cum duobus, imo, (quo pulverisatio, insumendusque sed repetendus,) Spiritus probe compensetur, duobus cum dimidio haut difficulter præcipitentur. Extractum mucilaginosum, cum Sacchari particula in Essentiæ uncias quatuor redigendum ; ob languorem ejus non attingimus.

Magisterii Gummi Guttæ ad minimum unciæ duæ, saepius ad tres usque, tribus unius quartis acquiruntur ; & hinc sub dispensatione quatuor, sex imo octo Joachimici.

Extractum Agarici pro unciis duabus, (puris satisque spissis,) uno præterpropter constantibus, quinque vel sex rependit. Ut Turbethini Extracti (resinosi ac pilularis consistentiæ,) idem pondus, sex Imperiales, uno dimidioque ad summum collectum. Spiritu insuper utrobique sub confectione

ne separabili. Extractum Hellebori nigri communis more ad quatuor (consuetæ consistentiæ,) uncias paratum, tertiae vel diuidia unius parte constet: addamus idem pro depuratione per vini Spiritum, magmatisque secedentis compensatione pretium: adhuc nihilominus tres, quatuor aut quinque pro locorum taxarumque more refundet. Ut iunciae duæ Extracti Colocynthini spississimi sex Imperiales; quæ uno cum dimidio sat commode comparantur. Extractum Aloës ultra pilularem consistentiam condensatum ad minimum octo, (nam ob successivam majorem exsiccationem plures allegare nolumus;) reddit; dum insumptis ad summum duabus Imperialibus habetur; si que Spiritus ardens hic pro opinionum variatione assumitur, auctius Spissamenti semiresinosi pondus istius valorem prompte redimit: ceu Extracti foliorum Senæ unciae duæ, (pilaris & à mucagine superflua satis liberatæ consistentiæ,) insumptas duas unius tertias, tres quartas, aut si amplius quid increscens interdum valor exigit; per assignatos tres quatuorve (nam Exteris viciniores duos tantum assignasse rarum est,) Imperiales, eademque fere invenitur unciarum duarum Extracti Rhabarbari conditio, si quatuor vel quinque non nullibi dispensentur; siquidem usitatores Taxæ sex vel septem ponunt, dum unico cum dimidio, duobusve, (præsertim cum remissius pretium talia suos postmodum in usus præparanda suadet,) sat commode colliguntur: æque ac Extracti Panchymagogi (usitati completique) unciae tres & amplius duobus, vel alibi duobus cum dimidio Thaleris: quæ octo tamen novemque passim veneunt: quatuor enim alicubi tantum compendiosiori cuidam Compositioni adscripti videntur; si que Ambratas

bratas superfluitates in prædicto omitteremus, istius quoque competentiorem taxationis modum excederent.

Minus autem adhuc moderatus est vulgatissimorum (v. g. Absinthii, Scabiosæ, Hederæ terrestris, Agrimonæ, Chelidoniæ, Cichorii, Plantaginis, Vulnerariorum, &c.) Extractorum valor; dum unciæ tres, vix ac ne vix quidem octava quartave uuius parte constantes, tribus Joachimicis dividuntur: aut Cardui Benedicti, Veronicæ, Polypodii, Centaurii minoris, Gentianæ, Aristolochiæ Tormentillæ, &c. unciæ tres eodem pretio; dum sexta quartave Imperialis parte parantur. Liquiritiæ spississimi Extracti unciæ quatuor totidem Thaleris estimantur, sexta, quarta, rarius octava unius parte, pro districtuum ratione habendæ: Et Croci optimum ad unciam unam semis, uno, (sique vel dimidium addimus,) Imperiali; taxatur passive sex.

Atque quo eorum etiam nonnulla, quæ (præ jam dictis, Aquoso menstruo satis obedientibus,) consultius cum ardenti extrahuntur, similiter in exemplum producamus: usitatissimorum ex Angelica, Enula, Hyperico, &c. unciæ duæ totidem Thaleris prostant; passive, præfertim in mediterraneis hisce, duabus unius tertiiis aut paulo amplius colligendæ; sique Spiritus ardantis valor interdum increverit, tres insuper Imperiales, (è totidem Spiritus medicati libris, sub eorum confectione abstrahendis,) superaddentes: Sique Spirituum horum (v. g. Hyperici Enulæ &c.) partem, in Essentiam liquidam amplius redigere libuerit, denuo singulæ harum libræ, (duobus Thaleris taxatae,) etsi vel Extracto proprio saturentur, impeniarum duplum, triplum, & amplius, (præcipue

cipue si consimilium Extractorum loco, parabilior eorum modus, per Aquam simplicem Sale Tartari sufficienter acutam, alicubi pro re nata obser-vetur; aut ipsa saltem Simplicia infundantur,) præstant. Extracti Symphyti, nullatenus mucaginosi, uncias duas haut difficulter habemus, vix tertiam unius partem insumendo; prostant integris duobus; & Extracti resinosi ligni Aloës (satis boni) uncia una semis (pilularis consistentiæ,) sex, octo, imo 12. Thaleris, quæ unico cum dimidio probe præparatur: Ceu Opii (sine vel cum præviis quo-rundam ambagibus,) Extracti, (citra acetosa quædam alias plane innoxii,) unciae tres Imperiali solo, vel interdum cum dimidio; aut si amplius damus quidpiam: taxantur 6. & incexcu-sabilior adhuc est proportio, qua Laudana passim distrahuntur; recentissimæ scilicet descriptionis uncia una semis (quam mediocris quoque Praxis intra vertentem annum facile consumit,) 20. 25. 30. Thaleris; (sive tota massa, sive dimidia tantum Moscho magis, aut plane non infecta sit:) confi-citur autem ad literam, complete, missisque compendiis, duobus, duabusve cum dimidio ad sum-mum.

*Essentia Absinthii optima, cum Spiritu fermentatio Extractoque proprio parata, libram unam semis sex vel octo interdum Imperialibus estimari vidimus; vulga-riorem, (Extracto tamen proprio constantem,) tribus quatuorve; imo vulgatissima (per simplicem summa-tum infusionem,) vix dimidiis decedit: cum nihilominus &c ad summum, prima quidem duabus unius ter-tiis, secunda tertia Thaleri parte vix insumpta, ulti-ma nummis tantum aliquot constet. Ceu Extracti The-riaca Andr. (de viribus, processusque convenientia hic non quaritur,) uncia quatuor (totidem Joachimicis ven-*

*venales,) unico cum dimidio : superstite insuper Spiritu Theriacali abstractitio optimo, (soluta Camphora facile alterando,) ad libras tres & amplius, quod Ungaricis passim taxatas? Sane vulgaris descriptionis libra tres 12. 16. 24. Thaleris prostant ; cum ad literam insuper quinetiam habito residui Extracti pretio, tribus comode destillentur : accuratoribus infundendo potius confiant, ne duobus quidem insumptis.*

Spiritus lig. Guajacini lbj. colligitur duabus præterpropter tertiiis unius Imperialis, venditur circa rectificationem aliquam, integris octo ; rectificatus (detractis detrahendis) amplius adhuc quidam nihilominus, certe minus pretium non refundit : si que Oleum fœtidum pariter distrahi posset, è taxatione ejus adhuc quinque redirent, post rectificationem vix infra octo. Eademque est Buxi ac fere Corylini ratio.

Circa Spiritus ardentes Abstractitios, (v. g. Anisi, Fœniculi, Calami, Juniperi, Menthæ, Veronicæ, Absinthii, florum Liliorum convall. Cochleariæ, &c.) ut alicubi moderatio quedam, nec excessus adeo ultra duplum. (præsertim cariore frumenti Vinnive Spiritu,) observari videatur; Oleum tamen per vesicam simul profluens, expensas in nonnulla (v. g. Anisum, Fœniculum, &c.) factas redimit : plerique præterea alibi atque frequentius, care satis dividuntur : v. gr. Absinthiaci, Liliorum Convall. Menthæ &c. libræ duæ non tam duobus, quam 3. 4. pluribusque Thaleris ; dum paranti vix ultra tertiam unius partem diuidiove constent : æque ac fermentatiorum (utut in quibusdam simplicibus immerito prælatorum, similiter libræ duæ (è fl. Sambuci, Absinthio, Menta, aliisque parabiliорibus,) vulgatori quoque more, (quo Sacchari Melisve accessu nihilo inferiores taceamus,) destillatæ

vix unico Imperiali; aut si quid ulterius varianti comparandorum pretio dederimus: prostant quinque, sex, octo, duodecim; ceu Spiritus Lilio-rum convallium, Cochleareæ &c. libra una, uno, vel superaddito dimidio præterpropter parabilis, octo, Rosarum duodecim, sexdecim Thaleris: tantillum olei, quod è Mentha, Absinthio, &c. simul profluit hic non attendimus: quemadmodum nec (exiguo pretio, sed haut sine exotericorum accessu) venalem hinc inde Juniperi Spiritum: siquidem ut rariorū nonnullib[us] baccarū majus sit pretium, debita tamen compensatio eo non ascendit, ut libræ tres fermentatii quatuor Imperialibus æstimati queant: vel olei libra non tam duobus, quam quatuor, quinque, &c. dum (raro nunc destillantibus) sat bonæ notæ passim duabus unius tertiiis, ad summum alicubi integro coëmatur.

Ita Spiritus Terebinthinæ libræ duæ, unico & tertia forsan unius parte comparantur: sin domi destillamus, & quidem per Vesicam, emptitii istius pretium ne quidem insumitur, restitansque Colophonia, (dummodo vulgaris Colophoniæ taxa distrahat[ur], aut ejus libra semis saltem Terebinthinæ coctæ loco usurpetur,) impensas liberaliter redimit. Si vero per Cucurbitam; Oleum subsequum flavum rubrumque, pro Imperiali nonnullis æstimatum, idem præstat; ut Spiritus qualecunque hic superpondium non allegemus. E Lateritio communi passive triplum, quadruplum, è restituto sextuplum redit; larga laboris (etiam citra vulgare tedium instituendi,) compensatione. Olei carvi unciae duæ totidem Thaleris prostant; parantur hinc inde vix octava sextave unius parte, vel si amplius quid quspiam postulet, insumpta: ut priores aliquot Aquæ sat bonæ libras prætereamus. Anisi

nisi ac Fœniculi eadem est ratio. Uncias duas Olei paraverimus Imperiali præterpropter ; quatuor dividuntur : & si Aquam per se nolumus, è residuo per fermentationem Spiritus tantum postliminio prodit, quod ad minimum omnes impensas exsolvit. Olea Aromatica cum affinibus , v. g. Rhodino, Menthæ, Chamomillæ , &c. olei parum tarde-que fundentibus , si ab ingenuis Destillatoribus ac Materialistis intemerata nonnunquam haberi queant, magno sumptuum alias impendendorum compendio , (præsertim ubi singuliores quædam Enchirises, vasave capaciora deficiunt,) coëmi posse fatemur. Cur autem per solam dispensationem è plerisque duplum , aut (licet quædam ob aquæ s. aut salitæ instillandæ defectum , crasselcant , in se consumantur , aut per guttularum extillationes disperdant aliquid, ) è drachma tamen , satis alias excessive in taxis æstimata , denuo in guttarum distractione statim duplum , triplum , imo quadru- plum , quintuplum redire debeat , id quidem non videmus. In Cinamomi nihilominus , Rhodino , Caryophyllorum , Nucistæ , Macis , Majoranæ , Menthæ , Rorismarini , Citri , Aurantiorum , Anisi , Fœniculi , Salviæ , imo Pulegii , Rutaceo &c. Oleis , (ipso sane Juniperino , cujus drachmam octava Imperialis parte nonnullibi dispensari cernimus , ) exempla passim sunt manifesta : æque ac in Spiritus Vitrioli , Salis , Nitri , Ammoniaci , &c. guttis . Vesicæ vitraque corrodantur ; & inter extillandum semper dispereat aut elabatur aliquid ; resarciri tamen , citra impositæ singulis drachmis unciisque ) Taxationis duplicatione , &c. minori adhuc redho- stimento poterat. Sin autem prædictorum plera- que , vel mangonii evitandi causa , domi quis de- stillare voluerit , nihilominus circa quamplurima mode-

moderatiorem taxam, publici boni causa, citra pri-  
 vatum incommodum observari posse deprehendet.  
 Nam ut Cinamomi, Nucistæ, Macis, Citri Au-  
 rantiorum, &c. Olea solitaria expensas haut adeo,  
 præsertim per minora vasa rependere videantur;  
 sunt tamen Accessoria, Aquæ, Succi, Spiritus, è resi-  
 duo, &c. quæ sub facili distractione, redditus hinc sa-  
 tis superque exaltant. Ita Citriorum, imo ipsorum  
 Aurantiorum succus per se duplum triplumve,  
 (Compositis adhibitus, plerumque magis adhuc  
 multiplicatum,) reddit pretium, quo Mala illa,  
 recentia quoque & selecta, (ne corruptionem  
 minitantia viliori valore, licet haut adeo lau-  
 dabiliter huc tracta allegemus,) passim compa-  
 rantur. Qui Cinamomum destillat, v. gr. dua-  
 bus libris Aquæ spirituosisioris optimæque ad mini-  
 mum libras octo, adeoque pro tribus præterpropter  
 Imperialibus communissime decem nanciscitur;  
 ut si vel scrupulum tantum Olei secerneret, (siqui-  
 dem drachmæ unius ad Cinamomi libram unam  
 tradita proportio, in quantitate Vesicaque minori  
 non procedit,) gratis illud habeat. Rhodinum,  
 (dum, nisi è majori raspaturæ pondere, profecto  
 parce satis alias prolicitur, Rosarum autem verum,  
 post quævis etiam tentamina, per quam est exi-  
 guum,) ementis nunc pro more argentum procul-  
 dubio satis compensat? idque eo liberalius, si vul-  
 go Rosacei veri loco consumatur. Caryophyllo-  
 rum olei uncia duobus, (vix majori,) prolecta.  
 quinque Imperialibus distrahitur; dum prioris (da-  
 ta opera) paulo spirituosisioris Aquæ v. g. libræ duæ  
 Aquis Compositis constituendis, (ceu præcedente  
 Diss. notavimus,) per quam commodæ, impensas  
 penitus, aut eorum saltē dimidium exsolvunt.  
 Eadem est Macis ac Nucistæ circa ejuscemodi su-  
 per-

perpondium ratio : nam drachmas sex vel unciam unam Oleosi Magmatis , post destillati unciam semis, in Vesica restitantis, (quibusdam loco debiliorum adhuc liquaminum, Emplastris Linimentisque mixti,) hic non adduceimus. Absinthii , Menthæ, Chamomillæ, & fere Rorimarinii olea paulo difficultius colligi certum est : sed hujus ut & Chamomillæ, (pro iis, qui Phisogonas condunt,) priores vegetioresque Aquæ , illic vero diversimode collecti Spiritus, ea taxatione veneunt , ut olea tunc penne gratis alicubi haberi , vel secundum vulgarem quoque destillationis modum nihilominus moderationi æstimio dispensari queant ; Additamenta (vel ex Abiete,) cum adulterina nolimus , hic non attingimus ; ceu nec quorundam certis in locis parabilitatem. Ut Majoranæ hinc , Rutæ , Pulegii , atque congenerum, (majorem horum copiam suppeditantium,) Oleis tertia vel quarta assignati pretii pars eo evidentius subtrahi posset.

E Balsamo, (supponimus autem optimum, citra viliora corpora , cum oleo Nucistæ puro confatum;) Cinamomi , Rhodino , Macis , Nucistæ , Majoranæ , Succini , Rutæ , &c. passim triplum ; E Caryophyllaceo quadruplum vel quintuplum ; ex Apoplectico A. Cr. alteriusve fragrantiori, (Ambera , Moscho , Zibethaque sufficienter saturato,) triplum, quadruplum, & amplius (impensas saltem supputantibus,) redit : ut hic alibique decedens sub distractione tantillum satis undiquaque compensetur. Balsami Sulphuris Terebinthinati optimi libra, ne integro quidem Imperiali erogato patratur ; passime sexdecim venditur : ceu quod (externos in usus,) cum Oleo Nucum pro tertia forte istius parte, si Flores Sulphuris recipiuntur ; dimidio præterpropter, cum Oleo Amygdalino, (ponamus,)

mus,) integro confit; hinc inde tamen quatuor, quinque, rarius tribus tantum Joachimicis prostat.

Quod autem Aquas destillatas simplices concernit, mitius quidem cum compluribus actum videtur; dum v. g. Rosacea, Acaciæ, Fragorum, Carduibened. Pæoniæ, Majoranæ, Melissæ, Menthae, Pulegii, Rutæ, Cochleariæ, Cherefolii, &c. vulgari modo elicte, ad libras sex, Imperiali præterpropter ac successive distrahuntur. Per multis tamen nihilominus (severior forte aut potius æquior,) quispiam detrahere quidpiam posset: si quidem dictum pondus paucis horis, è minutiori quoque Vesica vel mulierculæ quasi aliud agenti destillatur: aliquas profluens simul Oleum largiter compensat: plures notabili quotannis copia, (seu quia debiliores, seu quia polychrestæ,) consumuntur: multæ parvo constant; uti Fumariæ quoque, Cichorii, Betonicæ, Scabiosæ fereque (si cui placent,) Veronicæ, Acetosæ, Fl. Tiliæ, &c. Et è nonnullorum sedimentis, si quis curiosior, aut ampliori apparatu deditus esse voluerit, Essentialis Salis haut parum, nec parvo æstimatum provenit; multo majus autem quidpiam ex iis, quæ cum vino destillatae communiter dicuntur. Nam v. gr. pro libris tribus Aq. Mentha Melissæ, Cochleariæ, Veronicæ, Pulegii, Lil. convallium &c. vix ultra octavam, sextam, aut quartam Imperialis partem (phlegmaticarum respeclu,) requiritur: pretium tamen passim duplicatur aut triplicatur. Aquæ Cinamomi libræ quatuor, fere sex, rarius quinque Joachimicis distrahuntur; optimæ notæ uno cum dimidio parantur; & qui circa subsidens tractu temporis oleum repetito occupari avet, hinc quoque impensarum partein aut dimidium

dium nanciscitur. Si porro Aquæ Spermatis Ranarum libræ tres dimidio venundari poterunt, etiam tædiose per Mariæ Bal. destillatæ; cur totidem Aquæ Typharum Cervinarum simplicis libræ cum vino eodem modo collectæ quatuor Thaleris æstimantur? dum vinum atque rariores etiam alicubi Typhæ dimidio, vix integro constans. Nec minor circa Compositas quoque deprehenditur excessus; etsi omnes indifferenter Species recipiantur, generosiorique vino quasi suffocentur. Quid si laborum sumptuumque (per Ingredientium deleatum, substitutumque Vini Spiritum,) accedant compendia? Aquæ Apoplecticæ selectissimæ libræ quatuor uno, rarius uno ac dimidio confiunt, prostant quinque; & Epilepticæ L. Hystericæ Off. & Aquæ Vitæ mul. tres libræ, quatuor Imperialibus, quæ unico, (vix quarta insuper parte) præparantur. Aquæ Anhaltinæ, (cum Moscho quoque;) Theriacalis usitatæ, ipsiusque Carfunculi aureæ, pariter cum Moscho, (omissis saltem ultimis, è Sole, Perlis, &c. jam olim ineptiarum convictis ad diiunculis,) destillatæ, eadem est circa impensas atque reditus cum prædicta Apoplectica ratio five proportio. Balsami Embrium libræ sex tribus aut majori adhuc pretio (observatis omnibus hic, præter solam à Sole redestillationem, ceremoniis,) habeantur: sexdecim tamen passive hactenus distraetæ sunt, rarius quatuordecim aut duodecim Thaleris: sique nuper lucrum ad octo reductum est alicubi, etiam labores tum ac vana accessoria notabiliter simul præciderunt. Ex Asthmaticis usitatoribus, Carminativa vulgata, Antiscorbutica, &c. ut plurimum triplum redit; amplius sane quidpiam ex Elixirio Vitæ M.

Sed hæc è priori classe sufficient. Consequens est,

est, ut è reliquorum quoque congerie pótiora similiiter sistamus: singulorum enim resolutio Lectori forte tædium, certe in causa liquida frustraneum nobis laborem pareret: & satis erit unum vel alterum è quovis remediorum genere, tanquam in exemplum adduxisse.

Theriacæ Andr. libræ fere quindecim, uti in simplo describitur, legitime facilique negotio nullibi non præparari possunt, 11. 12. ad summum 13. vel 14. Imperialium insumptione. Imo septem vel octo sufficerent, si exuto saltem peregrinitatis aut antiquitatis studio, Pulveri colubrino, Terræ sigillatæ Silesiacæ, Terebinthinæ, Acaciæ, Spicæ, Scordio, Dauco, Di&tamno, Seseli, Thlaspi, Bulbis, &c. nostratibus acquiesceremus. Polychreste huic remedio nihilominus excessiva profecto taxatio passim adsignata est; ut ex impensa ista rarissime tantum 60. ut plurimum 70. imo 100. pluresve Joachimici redeant; & genialis illa Spectatorum cœna probe redimatur. Mithridatii Deinocrat. libræ fere decem, septem Imperialibus haut difficulter, etiam in remotioribus ab Emporiis opidis conficiuntur: ex adverso infrequentius 30. saltem, plerumque 40. 50. pluribusque divenduntur. Et tamen senescentium horum Electuariorum viribus, secundum vulgatas traditiones, nil aut pa-rum decedit. Exsiccationem nimiam alias diversimode impedire sciunt Dispensatores: nec tanti est, quod inter quotidiam distractionem, (liberalissima hac taxatione,) decedit. E Theriaca Diatessaron quintuplum & ultra redire, profecto nimis multum est: è Diascordio sextuplum aut septuplum: Alchermes Monspeliensis, sive (qualis qualis etiam,) coëmatur, sive seorsim præparetur, in ea polychrestæ necessitatis persuasione, passive tam

men triplum refundit; amplius autem iis, qui supervacuas additiones omittere didicerunt. Eiectuaria è succo Rosarum, Benedictum laxativum, Caryocostinum & alia ejus generis purgantia similiter hinc inde triplum. Lohoch de Pulmone Vulpis, sano & experto, &c. paulo æquiores videntur Taxæ, duplo fere hinc inde contentæ. Rosarum autem, seu Hortensium, seu quoque Cynorrhodi Conservæ libræ tres duobus Imperialibus passim æstimantur, dum tamen duabus unius tertiiis aut tribus unius quartis sat commode confiant: ceu libra una Conservæ ros. Vitriolatæ tertia Imperialis parte; divenditur integro & quarta unius parte. Reliqua hujus generis Bellaria potius, quam genuina Medicamenta recensere piget; duplo nihilominus, saepe majori, rarius tolerabiliiori taxatione venalia.

Siripi Violar. Rosar. Papav. erratici, fl. Pæoniæ, de Acetosa, Veronica Sceletyrbicus vulgaris, item ipsius Borraginis atque Buglossæ Cydoniorum, Ribium, Berberum, Ceras. acidorum, Rob. Diamorum, Dianucum, &c. etiam ubi simplicis minus existunt parabilia, ad duplum nihilominus ampliusque adscendunt. De Liquiritia, Dialtheæ, (etiam negotiosius confectus,) de duabus & quinque Radicibus, Acetosus s. de Sena, de Coralliis (usitatoris haec tenus Dispensatorii,) aliquique hujus generis tritiores, illud passime longiusque transgrediuntur; imo quidam & alicubi ad triplum, cum Sirupo Rosarum solut. abeunt: quemadmodum & Sirupus de Cichorio cum Rhabarbaro de Pomis Saboris, &c. ut Diasereos, (in ea valoris simplicium variatione,) duplo aut paulo æquius nonnullibi tractetur: eademque moderatio circa Sirupum acetositatis Citri (vulgari modo proportioneque paratum,) obser-

servari videtur : sed Cortices résiduos qui seu in Essentiam, (uti Liquor oleosus vocatur:) seu in Sirupum de Corticibus citri, (cum aliquali quidem Impensa denuo, redigit, aut in oleum destillat, horumque pretium superiori addit, superabundantiam tunc facile comperiet : quemadmodum etiam, si recentiora compendia enchirisèque se-  
etetur. Oxsaccharum vero Emticum octuplum aut decuplum reddere, plane est excessivum : nam libram semis facile dimidio Imperiali paraverimus : uti Mellis passularum, purissimi quoque, libram unam semis, eodem pretio, quæ tamen in-  
tegro cum dimidio Joachimico venundatur ; & in subsidente Tartaro eadem opera expensarum di-  
midium facile refundit, secundum usitatores ha-  
ctenus taxas.

Aceti Theriacalis communis libras duas vel materfamilias confecerit, quarta Thaleri parte ; distrahuntur passim quadruplo carius : & totidem Aceti scillitici libræ quatuor Imperialibus ; quæ vulgari quidem modo dimidio forsan, ad Galeni vero normam sexta vel quarta unius parte nullo negotio parantur : ceu unciæ quatuor & amplius Olei Nucistæ uno præterpropter cum dimidio ; quatuor Joachimicis, rarius minoris æstimatæ. E polychreste Amygdalino, etiam frigide vel citra intensiorem calefactionem expresso, pro dimidio in libram, (quam duabus unius Thaleri tertii coëmas) undiquaque insumpto, passive unus cum di-  
midio, & amplius, (ubi major licentia,) redit : majus autem adhuc, si vehementiori igne, (pro complurium, gratias hic susque deque habentium more,) copiosius colligatur.

E Pulvere Puerorum, absolute sic officinis di-  
cto, Iride Pæoniaque constante,) pro insumpta in-

libram semis sexta vel quarta unius parte, hinc inde integri duo cum dimidio Imperialis repetuntur : ex unciis tribus Pulveris Marchionis, uno & quarta unius facile, (si perinde fuerit Cornu Cervi an Unicornu adsumatur,) conficiendis, non solum quinque vel sex, sed ubi ana sacchari addunt, etiam decem vel duodecim : quo sane æquior quispiam (hic requisitas) drachmas duas Rhinocerotis vel alterius ex interiori Africa ultimave Grönlandia petiti Cornu haut invitus redimeret ; si Fossile insufficientius crederetur. Pulvis ad Casum non tam duplum quam pro negligenti mixtura triplum reddit: & Stomachalis Birckm. pro tribus unius quartis in libram forsan erogatis, Imperiales duos cum dimidio, imo alibi quinque, sex, saepeque superioribus annis plures. &c. quis enim Obsletos jam, aut pro inventorum aut præscribentium lubitu miris modis variatos omnes sigillatim recenseat. E Diagridio vulgari æque, ac Scammonio sulphurato, (si bene hic procedas,) rarius duplum tantummodo acquiritur. Et ut Speciebus Aromaticis completis, præsertim pretiosioribus, v. gr. Diambræ, Diamoschi dulce, Diaromatici caryophyllat. Diarmargariti frigidi, (nam Diaromatici ros. Diarhodon, Diaxylaloës, &c. gravius æstimatum est manifestum,) hinc inde, etiam ubi ficta illa moderatio haut observatur, quadantenus sit parcitum, ex incompletis tamen Diarhodon, Diambræ, Diaromatici caryophyllati, rosati, &c. non tam duplum solum, quam triplum quadruplumque præter rem reddit : quemadmodum etiam è Speciebus Imperatoris, Diatrion Pipereon, Diazingeris, & amplius adhuc è (paulo quidem tædiosioribus,) Diatragacanthi frigidi, &c. æque usitatis. Dia Ireos ad sexplum passim adscendere cernimus. Nec mitius fere

fere cum Siefalbo, cum aut sine Opio actum. Trochisci de Myrrha triplum ferunt; ut hinc in paulo tædiosioribus Alhandal, (Colocynthide tamen hodie facili compendio probe pulverabili,) & Agarico trochiscato duplum minus forsan elevari posset. Utque mitior adhuc nonnullibi sit Galliæ mosch. usitatorum Rotularum, Morsulorum Imperatoris fructibus, ipsarumque manus Chr. perlatarum taxatione; reliquis nihilominus v. g. Aniso laxativo, &c. passim triplum, rarius duplum assignatum est. Eadem vero tritiorum quoque Pilularum, e. g. Aurearum, Cochiarum, Arabicarum, &c. fine quibus, plerumque observatur ratio, seu à duplo ad triplum (post perfunditoriam mixturam,) ascensus; at in Angelicis communibus Tartareisque, ceu dicuntur, correctis amplius adhuc quidpiam: siquidem hic pro insumptis præterpropter in libram semis duobus, passime decem vel duodecim redeunt; illic loco integri & duabus unius tertiiis, Imperiales octo: quibus efformationis (otiosorum puerorum) labor satis forsan compensatur; æque ac dum idem Extracti Aloës s. vel aliquantillo euporistorum vegetabilium alterati pondus, uno cum dimidio, (ponamus,) duobus constans, nonnullibi 32. Thaleris distrahitur. Et qui reliquas minus nunc usuales Pilularum officinalium Formulas obiter saltem censembit, haut difficulter singularum, altero tanto haut contentarum, extravagantias deprehendet. Ordine enim eas recensere nostri non est instituti, qui per Topicorum usitatorum lustrum, inter insperatas pagellarum excrementias ad finem properare cogimus.

Ita è vulgari Lumbricorum Oleo passim non solum triplum, sed quadruplum quoque aut amplius ultra expensas prove nit: è Scorpionum simplici,

cum Olivo parato, plerumque triplum; raro minus, si Amygdalinum receptum fuerit. Pro sola Laurini Petroleique dispensatione hinc inde duplum assignatum cernimus: nec tritiorum, v. gr. Chamomelini, Anethini, Rosati, Violati, Verbasini, Liliorum alb. Hyperici, Rutacei, Absinthii, Mastichini, &c. labor & impensæ compensationi undiquaque quadrant: Vulgatissimorum vero Linii, Cannabini, Juglandium, Papaverini, &c. excessus etiam in parabilitate sua, adhuc sunt evidentes: siue otiosior aut diligentior quispiam supputationem circa Composita quoque instituere voluerit, idem in plerisque deprehendetur. Unguentum album, Populeum, Dialtheæ, Ægyptiacum, Rosatum Pomatum, Potabile Resumptivum, Nervinum, Comitissæ, &c. etiam observantissime, & in locis à facilitate mercimoniorum remotioribus parata, plerumque ad duplum ascendunt; alibi nonnulla, cum Ung. Nihili, siue similibus euporistis ad triplum evagantur. Et eadem fere est Emplastrorum Diachyli s. de Meliloto, simplicissime confecti, de Baccis Lauri cum cera quoque, &c. Splenetici, Albi, Oxycrocei com. congenerumque ratio, ut plurimum ad duplum ducta. E Vesicatorio, Matricali pro more extenso, Diasulphuris, R. Diapalina, Stictico Cr. &c. etiam nominationibus in locis, triplum, rarius minus redit. Sed haec in exemplum hucusque recensita procul dubio sufficient; non ut cuiquam ægre hinc fiat, verum quo asserti saltem nostri constet veritas; quam non solum in allegatis tantum, sed in reliquis insuper, quæ resolvere penitus vel referre piguit, oculata manus haut difficulter observabit largiter, in plerisque cum superpondio: siquidem vel opidorum minorumve Apparatum gratia faciliores

liores comparandi modos atque pretia utplurimum negleximus; nec in Resolutionibus ipsis ad solidos, grossos, nummos, &c. minutias delabi voluimus; multo minus ad recentiora Compendia, quæ labores atque impensas in permultis haut perfunctorie levant. Si quæ amplius in assertione ipsa supererit (è brevitate vel generaliori censu,) obscuritas, plana hæc cuilibet statim fiet, qui modo spectabit aut inquiret in Simplicium seu statum quasi, seu alternantem valorem; expendet modum dispensandi; observavit quid inibi singulis, tam integris quam resolutis, varieve tentatis decedat vel accedat; quanti quævis Præparationes constent, quantis laboribus, quot horis, quibus vasis, quo tædio; quantum crassamenti subsideat, filtro adhæreat, quantum inter Digestiones, Abstractiones, &c. dissipetur; quinam sit distritus sui situs & natura, non solum (mæte tum) necessariorum usitatorumque remediorum, & hinc distractionis frequentiæ vel infrequentiæ, verum etiam ipsorum Emporiorum, ac modi, per variantes libras aut Centeniorum partes comparandi respectu. Qui hæc & alia forsan insuper, quæ vel Privati quid sapiunt, vel conniventia arbitratuque proprio in Regularitatem quasi quandam nullibi fere non tandem transferunt, paulo penitus considerabit; is diffusorem hic determinationem, specificationem, & specialia Subtractionum aut Divisionum Exempla neutquam desiderabit. Excessus nullo negotio advertet, & tum demum Pretium singulis conveniens, quasi aliud agendo statuet; non quo Privatorum unus aut alter, sed tota Respublica indifferenter, & citra ullam, (huc alicubi tractam,) pretiosiorum modificationem seu moderationem gaudeat. Nec

enim, ut denuo hoc repetamus, sub relata hactenus determinatione, (generali sane,) Taxam quandam condimus; sed Excessus saltem, quasi per transennam subterversantibus ostendimus. Addat, detrahatur qui volet, ubicunque Loci, Distractio-  
nis, Processus, Laborum, Detrimenti, &c. modus & ratio postulabit. Qui sub competenti sibi moderatione, sua tolerabilius divendet, Religio-  
sior esto.



# DISSERTATIO III.

## *De privata Remediorum Dispensatione.*

**R**EQUIUM NUNC EST, ut pro Tractationis aut Postulatorum nostrorum Complemento commoda, quæ in Republ. simpliciter, aut inter aliqua hinc Professionis nostræ, (alias hac tempestate sat sidentis) Magimenta; plerisque præsertim Mediterraneanis hisce minorumque Commercialium locis, per privatam Remediorum, (revera sic dictorum & requisitorum,) dispensationem redundant, consideremus: at omnino sub Referentis faltem, nullatenus vero Disputantis Persona; retro velum & præfiscine; ne haçtenus diversimode quidem subterversantium, & per introductum passim receptissimum seu redditus suos tutantium, seu consuetudini (haut raro ingratiiis, alibi vero ob præsupposita quædam,) litantium Contradictiones temere in nos convertamus: aut Magistratus Constitutiones placitaque, quibus (pro referentium informatione vel judiciis,) Medicos atque Pharmacopolas (è liberrima olim favorabilique communicatione sua successive colligentes,) partiri tunc negotia voluerunt, inconsideratius indistinctiusque intueri putemus. Ideoque nec de Jure quidpiam tantopere impræsentiarum quidem adducemus; sive intimiorum Medicinæ Partium naturam, salutare hoc exercitium in se (præsertim hac Seculi facie,) & exigentem admodum, & alio respectu satis oppido permittentem allegando; sive morem insuper diffusius referendo, qui

non solum antiquitus ab ipsis artis primordiis observatus fuerit, & adhuc à Medicinam professis in Oriente observetur; verum etiam sub ipso postmodum contrariæ consuetudinis exortu, præcipue vero simul ac liberaliores Artes paulo cultius tractari inciperent, à diligentioribus, nec cuncta sua cuivis temere concrederentibus identidem custoditus est. Ceu plures sane, sua sibi Medicamenta parantes & vindicantes, vel in decimo quinto saltem Seculo harum rerum curiosiores invenient: & numerosiores adhuc versus decimum sextum nostrum: exercitio hoc postmodum famigeratissimis inde Viris indies familiariori; ab aliorum prætentionibus, qui ex accidentaria olim cessione legale tandem quidpiam erigere conabantur, magis magisque exempto; & uti Protomedicis nonnullibi specialiter, ita (cum gregariorum salus Superioris non minus tangat, aliasque sit indifferens,) Reliquis quoque, diversis in Locis, ob prægnantes hoc in genere rationes, usque dum libere concessio. Nec insuper odiosius forsitan inquiremus hic, num Concessiones olim illæ circa Medicinalia, (plerumque nunc vulgaria, maximam partem revera inusitatoria minorisque hac tempestate momenti,) tantisper factæ, ac successive postmodum Privilegiis quibusdam (pro facilitanda Possessorum distractione,) sociatæ, ad subsequā Recentiorum, (ex alio capite euntia) Inventa, Remedia, modernasque Medendi necessitates extendiqueant? Numne porro plerique hujus fortis Confirmationes, etiam hoc seculo redintegratæ, Chemicum protinus commercium semper & undique, (si particularissimis, nobisque forsitan haut adeo necessario recensendis de causis alicubi quid datum est,) inferant? aut Taxis cum reliquis conditionibus hinc inde præfixæ,

fixæ, Proprietarii quidpiam tantopere ex eo supponant, dum Pretium saltem, (cujus æquitatem Medicorum quoque libera suis in locis dispensatio pariter observare jubetur,) singulis (in tantum, & pro referentium opinione) figunt; causæ pendent, & ei quod in Quæstione est, interea nil inde detrahentes, imo clausulis reservatoriis nonnullib[us] hinc aperte munitæ. Non urgebimus adeo istorum etiam Locorum Placita, quæ cum Medicorum (hac in Materia,) Jus & Æquitatem insuper satis advertissent, ipsam suorum distractionem nullatenus prohibuerunt: alium saltem Dilpensationis modum, per Pharmacopolia, (cujus rationes & effectus infra distinctius considerabimus,) tantisper posuerunt. Nec amplius aliarum quoque Artium Professionumve exempla ac libertatem eo fine nimium exaggerabimus; vel quomodo non tantum Mathematum cultores, citra Metalla diversimode honorificeque occupat, &c. potiora sua citra minorum gentium, (similia perscientium, aut inibi ministrantium,) contradictiones vel exprobrationes, laudabiliter varieque fabricent, aut effingant, verum etiam in nostra nunc Materia, ipsi Chirurgi eorumque (diversorum Titulorum) assec læ, Medicis sane longe inferiores, Remedia sua, multæ pariter consequentiæ, & circumspectionis æque indigæ, domi propriisque manibus tanquam ex condicto parent: quomodo Personæ plane non huc pertinentes, ob arreptum polychrestum aliquod Pharmacum, (inter tot abusus & affectata Monopolia,) Privilegiis passim muniantur: Pharmacopoliis ob causas forte haut semper publicas, certarum Pilularum, Mixturarum, aliarumque Compositionum, (in aut pro Secretis habitarum) specialis plane distractio, Spirituum aliorumque difficilius aut laboriosius præparandorum,

(Chimicorum æque ac Vulgarium,) saltem aliunde & ad sensum coëmptorum dispensatio, passive concedatur: & si quæ amplius adduci, suisque ab exceptionibus, quibus forsitan aliquibus elevantur, facili negotio, (ceu infra quoque circa potiora fiet,) liberari poterunt. Certe si ad Postulati nostri illustrationem solum, quasi nil conferrent, & Medici in universum omnes, vel ab Arabum usque tempore parile exercitium usquedum neglexissent, aut per fictionem juris, ob complurium vel plerorumque concessionem illam. Unguentariis olim suis, Aromatariis Rhopopolisque, magis magisque, (præsertim inter Græcorum ultimos & delicatores Mahumedanos, sequioribusque porro seculis sub ea scientiarum caligine, necessaria studiorum cultura, concurrentium laborum multitudine, Pharmaceutices ignorantia, aut putata inconvenientia, aliisve adhuc minus excusabilibus de causis,) factam, per quandam hinc quasi præscriptionem, (si de temporariis consuetudinibus ita loqui possumus,) jure suo penitus excidissent: Utilitas tamen, quæ seu directe, seu indirecte, evidenter interea diffusiusque per Suppositum nostrum, quam vulgarium traditionum observantiam in publicum passim reddit, tanta & ejus momenti videtur, ut vel istius saltim, utpote supremæ Legis intuitu, salutaris hæc Medicamentorum Tractatio, (utut alibi haetenus intermissa, alibi suspenfa,) nihilominus plerisque Locis, compendiofiorem parabilioremque Medicationem exigentibus, per plenitudinem Potestatis denuo ni imperari, vel Proprietariis olim, quasi è Pancirolli deperditis Tutoriove nomine restitui, libere solummodo, (& ne præ paulo ante allegatis Artificibus deterioris sic conditionis, minus pollentes minus-

ve fidi sic videantur Medici,) concedi hac tempestate debeat : æque ac longe majoris ponderis & consequentiæ Consuetudines , Statuta ac Compæcta communis boni causa , in publicis superiorum annorum necessitatibus , ad admirationem usque permutata , vel penitus abolita , ab initio diximus , & ne parva magnis imprudenter conferre videamur , data opera hic loci , tanquam notoria præterimus , potius ad Instituti nostri pertractationem properantes .

Prius autem quam istud persequamur , & ordine , (qualis quidem in hisce complicatis esse poterit,) potiora referamus , quæ decumbentium seu sanitatem atque vitam , seu fortunas solum , seu utraque conjunctim concernunt , cuncta tamen in publicæ Salutis magmenta melioremque Civium conservationem tendunt ; ingenue monemus , nos dum saluberrimum hoc excercitum commendamus , neutiquam hinc indifferenter & continuo cuivis manum injicere , vel eorum semi Empiriæ protinus patrocinari , qui modum hunc præcipitanter involant aut arripiunt , citra quandam ordinariamque Vocationem , aut saltem citra sufficientia realiaque Specimina ac Testimonia non solum Theoriæ consummationem , (quia à posse ad esse hic non semper valet consequentia , & Præco jam olim notas fugitivi referens lateri adstantem ignoravit ,) verum etiam positum jam (per seruum Manuductorem ) Practicæ manualisque Chimiæ fundamentum satis edocentia ; sed ex eo tantum capite , quod nomen aliquandiu inter Philatros professi , libellos introductoryos alicubi summariter evolverint , aliaque confectaria , (que practicum de futuro quidem informant , inde tamen protinus neutiquam fistunt ,) tractarint , &c. vel

speciosiori adhuc titulo, famigeratori cuiusdam Chimiastro (sub multo interim solidioris Theoriæ neglegētu,) saltem à Carbonibus fuerint, aut ejus aliorumve cultiorum Practicorum Processus, Formulas atque Euporista, suis sub titulis collegerunt. Ejusmodi extensiones & abusus, ab origine profundiis ut plurimum inquirenda profecti, non nostræ hic, sed Superioris considerationis sunt. Hæc uti Regularis Postulati commoda facile deinceps, vel aliorum exemplis percipiet; ita irregularis, (donec majorem perfectionem sub ingenua versatorum manuductione acquisiverit,) inconvenientias, cum competenti medela, similiter adverteret; & quod (utrisque sic juxta se positis,) profecto nemini, etiam è quibusvis exotericis, qui Arti hoc in genere seu hodie semet agglomerare possent, seu per consuetudinem, nescio sub cujus dextræ titulo, (forsitan vix sine Chirurgiæ contumelia,) gradatim haec tenus associati sunt, saluberrima hæc Medicamentorum tractatio propriaque in singulos ægrotos adaptatio ea queat concredi fiducia eoque fructu; imo quod nemini hinc adeo debeatur magisque competit, quam Ordinariis proximioribus que Practicis, supradictis requisitis debite circumscriptis; qui vel solius Gratiost nominis intuitu, oppido nil in se desiderari patientur patienturque, quod secus in hoc negotio sentientium exceptionibus aut suspicionibus, (ceu plerasque successive expendemus,) apprime non satisfaciat, nec ex adverso alleganda nunc commoda satis superque comprobet.

Sit autem inter ea, quæ publicum directe magis spectant, primum: tot miserorum Conservatio, qui vulgaris Medicationis sumtus veriti vel declinaturi, ipsos simul Medicos penitus, aut debito saltem

tem tempore prætereundo, negligentissime passim, magno tamen Reipublicæ damno pereunt. Et sane nemo non novit aut persentiscit hodie epidemiam pene rei pecuniariæ Angustiam, passivamque hinc illam in quævis expensatum compendia ac plane singularem tantum non omnium attentionem. Unde sane quamplurimi, mediocris quoque sortis judiciive, & qui è (quovis modo) personata ratione Status nihil non de se pollicentur, nihilominus de cætero quidvis patiuntur prius vel pertentant, quam Medicum adeant: dumque Sostra cogitant, dum excurrentes in Pharmacopoliis impensas, eventum interea incertum, familiarem rem jacentem, Videlæ Orphanorumque certas alias miseras, &c. totum inde potius modo fatali fortuitæve Terminationi simpliciter committunt; modo sumptifacuti scilicet sic quidpiam, quaslibet Anus, Tonsores, Pharmacopolas, (in oppidis ad ejusmodi consilia perquam hinc inde promptos,) Agyrtas, aliosque è proprii officii desertione passim propullulantes Empiricos consulunt; sique tandem (inter majores sæpenumero impensas,) aut moriuntur multi, aut nisi (spontaneæ non nunquam) reconvalcentiæ spes affulgeat, tum demum Medicum, (saltem quo in Personalibus sub exequiis recitari queant,) re desperata vocant, quidvis interdum pollicentur, rarius servant; imo fabam tandem penitus in actiones ejus cedunt, ni res cedat ex tententia. Quod autem hisce inconvenientiis eorumque consequentiis, inter (supra simul quæsitam) Taxarum, & ipsius insuper præscribentis, (quo necessaria solummodo, nil vero pro forma tantum aut desultatorie imperet,) moderationem, privata præcipue dispensatio singulariter & appri-  
me, (idque non sine gratiæ & authorita-  
tis

tis Medicæ augmento,) medeatur, intimorem ejus rationem paulo attentius expendens , experientiæque suis in locis conferens , haut difficulter deprehendet. Non repetemus hic antiquum illud : quod potest fieri per pauca , &c. nec cum aliquibus subtilius forsitan quæremus : eccur , dum clientes nostri satis hoc in genere juvamenti percipere queunt ex una, duas tamen separatas Familias hunc in finem seorsim sustentare debeant ? Saltem è nostris quotus est . qui ubi Sostra hodie honoraria- que alias quasi nulla sunt , istorum , imo nonnulli- bi moderationum quoque Visitationum loco , soli- tariæ , (non dicimus usuali , sed temperatiōri etiam) Taxæ pro diditis Remediis solutæ non sit acquietu- rus ? Sub ea vero facilitate Simplices ac Procrafti- natores passim allici , Medicisque sæpenumero magis devinciri, protecto palam est : experiuntur- que complures in isto sumptuum compendio quid- piam , magno suo postmodum commodo , qui alias negligentissime perirent : ut taceamus patentissi- mum hinc campum , qui ipsi Medico non solum in propriæ famæ & authoritatis , (etsi vel aliquali non- nunquam redhostimenti debiti jactura ,) verum etiam sub paulo protractionibus difficultioribusque morbis , in tot desperabundorum & circa remedio- rum continuationem tunc hæsitantium conserva- tionem aperitur.

Atque ut hæc medendi ratio vitam hæc tenus ac sanitatem complurium ægrotantium , ita (quod secundum nunc est commodum) Fortunas quoque eorum seorsim , salubri levamento respicit : & sumpti sit sic non tantum pauperculis , sed (in ea temporum conditione , indifferentique persona- rum ac facultatum respectu ,) reliquis quoque , quod alias communiter in honoraria , in Pharmacopœia

poliorum (decenter etiam observatas) Taxas, in Accessoria pro labore ac Studio, imo penitus aliqui in Taxationum extravagantias, privatas Quotas, Ministrorum additiunculas, &c. conjunctim erogandum est, & de cuius nimietate, praesertim in protractioribus curis, tum Hæredes postmodo, tum ipsi (utut hac ratione feliciter,) Restituti tantopere, hec immerito semper conqueruntur; totum quod insumptum est, Medicis, qui plerumque tamen vix nummos aliquot inde habuerunt, indistincte adscribunt; Sostra, sub tot expensarum aliarumque rei familiaris jacturarum aestimatione vel praetextu praecidunt; post ortas hinc, & ex usitato Practicæ modo viventibus longe magis noxias,) frustrations aut alternationes, male volunt; alios per ejus generis Relationes à salutari Medicamentorum usu deterrent; vel (æque ac non nunquam semetipsos, post morbum denuo forte obortum,) in diversa Protelationum, Empiricorum, privatæ Medicationis, &c. Præcipitia inconsulto deducunt.

Fieri quidem poterit, ut sub privata quoque dispensatione sumptus in Chronicis gravioribusque affectibus aliquo usque nonnunquam excurrant, vel excurrere videantur: sed enim si totum, hoc tritiori Medicandi rationi, (positis interea iisdem affectuum personarum & forinsecorum circumstantiis,) proportionaliter conferimus, dum Receptismo quidpiam vel ingratiiis, (adsuetorum scilicet, Vulgi & Pharmacopolarum causa,) dandum est, eo profecto non, aut vix ex crescere: siquidem cultior hæc compendiosiorque Praxis, simplicissimis quoisque datur contenta, ceremonias illas ac curialia, quæ schedulam redemptu solum difficilorem, neutquam vero præsentiores reddunt, & nem

rem ignorasse vel neglexisse videamur ; pro forma saltem superadduntur, ut impune ita liberrime præterire potest; sicque plurima sumptuifaciendo, haut pauca, quinetiam , pro devinciendis clientum animis negligendo , parvis de cætero potius at crebrioribus redditibus ( quo facilitas ejus frequentia compensetur, ) acquiescendo , ita se in universum sistit , ut ei (post concreditam sanitatem) è Bulgademum, (quasi Empiricorum, miseros olim deglubentium , duriterve prius de pretio paciscentium gregi , ) lis non nisi deposita fronte moveri , vel Ephemerides suas ordinarias Thomistis & Euclionibus in eventum tandem producenti minus, quam repositis schedulis, aut Mercatorum (tot incertitudinibus subjectis,) Libellis fidi queat.

Sequitur tertium nunc & majus quidem adhuc commodum : passivorum sœpeque exitialium in Pharmacopoliis errorum, & hallucinationum circa præparationem æque ac dispensationem Remediorum diversimode contingentium, longe facilior feliciorque evitatio ; evidensque hinc ac salutatis illa in quibuslibet , considerationis cujusdam indigis, Chemicis præcipue , vegetatoribusque aliis securitas , imperanti sumentique communis. Abusus equidem & particulares profitentium errores ipsi totique Arti haut imputandos esse satis scimus. Sed enim profecto nos Pharmaceuticam hinc , adeo Medicationi nostræ necessariam , & si forte quispiam Diæreticorum , (nemini tamen non trætabilium,) directionem saltem , obtendere voluerit , longe intimorem ac specialiorem simpliciter aut undiquaque elevamus vel convellimus : dum in administranda tantum ratione , aliter (pro locorum exigentia,) qualitercunque modificanda occupamur ; nec in personalia hic aut plus quam indi-

vidualia solummodo; vel quod hominis Sanitatem irrevocabilemve vitam concernant; quod è dicta consuetudine, consequentia (tam obiecti quam subjecti tractantis intuitu,) vix aut non declinabili in solidum pene fluant; & alia haut nullius interea momenti, impræsentiarum conjunctim adducenda, adeo devolvimur: dum tantum aut præcipue, cunctarum vel plerarumque harum inconvenientiarum faciliorem longe felicioremque evitacionem, saltem per qualemcumque forinsecarum circumstantiarum immutationem, parata hic, nec minori culpa (quam Navarchus, Architectus, imo ipse Pharmacopæus & Chirurgus, &c. antiquum obstinate obtinentes possunt,) negligenda Medela, rogamus & ostendimus. Et quo singula paulo planius compareant, principio quis sane nostrum nescit, aut ingratias interdum fortasse non persensit frequentissimas illas & enormes sœpe Præscriptorum permutationes, confusiones, ponderum inversiones, scriptionis & ingredientium perfunditorias incompetentesve tractationes, &c. etiam circa vulgatoria, (trivialis notitiae, diffusioris molis, minusque operosioris mixtionis,) Medicamenta diversimode, nec tam inopinato, quam sub obrepente (vel Ministris saltem;) nonnunquam negligentia, adhærenteve simplicitate vel in permultis Imperititia, (præsertim si ad Remedia singulariorem attentionem, arbitrationem & enchirisin undique que exigentia veniendum fuerit,) contingentes: pariterque ad ipsam insuper Simpliciorum Compositorumve collectionem, asservationem ac præparandi modos, &c. varie extensas? Quis recensere ausit insuper & ea, quæ vix sine culpa, (ceu data opera) alicubi eveniunt? & nos ab altercationibus & exprobationibus alienissimi, diffusius hic non per-

persequimur : ne Heros forsitan aut Provisores, inter domesticas alienasve, s<sup>e</sup>pe minus quadrantes curas, &c. Ministris Puerisve suis cuncta, vel potissima, inconsideratius interdum concrederentes; circa Medicamentorum debitas tractationes minus attentos aut versatos ; quævis indifferenter dispensantes ; sub aliquali nonnunquam acquisita medicandi notitia præscriptas (ignota s<sup>e</sup>pe sibi de ratione,) Formulas in aurem censentes, indeque pro lubitu addendo, subtrahendo, substituendo variantes, (& si quæ amplius per illætabilem præcipue cessionem illam oriuntur,) temere in nos concitemus ; aut Ministros, talia superciliiosius alicubi audentes vel involantes, durius habere videamur. Quis denique non comprehendit, obiter hactenus (solummodo) ostensa, eo esse graviora, si in Dramaticorum ac Chemicorum genere peccentur : ceu proin validiora, viresve (pro diverso Præparacionis, Asservationis, imo levissimæ cujusdam circumstantiæ modo,) alternantia, præcipue Mercurialia, Antimonialia, Martialia, Opiata, &c.) à conscientiisioribus sibique carentibus Practicis aut plane non, aut non sine multo angore diffidentiaque hinc præcripta, vix demiremur. Nam cuncta hæc ægroti jugulum semper, Medici vero famam plerumque intimeque petunt. Obviare quidem ejuscemodi inconvenientiis videntur (laudabiles de cætero) Visitationes Inspectionesque, Urbibus ac Civitatibus quibusdam certo tempore solennes, aut ex insperato supervenientes. Verum quantum solitariæ sic caverint, etiam cum maximè cavitur, saltem impressæ Observationes docent; & curiosiores per nos amplius inquirant. Si quidem profecto circa vulgatoria plerumque, aut particulares quasdam particularium nonnullorum cir-

circumstantias occupantur ; potiora vix undiquaque (in ea præcipue materiæ Medicæ vastitate, circumstantiarumque varietate,) attingentes, eave exhaustientes. Quid autem de reliquis Civitatibus Oppidisque dicemus, quæ hujuscemodi negotiorum sæpenumero admodum sunt secura, Pharmacopolæque sua liberrime linquunt? Quid, ubi versatior animus atque manus circa supradicta solum, ne singulariora & majus quid interdum exigentia adducamus, desideretur? Quo proin diligentiori horum omnium ac consimilium Observatori, jureque hinc inde meticuloſo Medico, præfertim si Operarum suarum, (quamvis sub quotidiana etiam præsentia,) languore nihilominus attentionemq; expeſtatione sæpenumero minorem, hic vero Familiam penitus separatam, ad parile tamen quidpiam ſuo modo præſtandum toris destinatum cogitat ; vel si ſperati è præſcriptis effectus loco, contrarium potius aut diverſum, exuberans aut deficiens quidpiam, (ceu pluries fit,) contingat; equidem multus atque magnus hæſitandi dubitandique locus undique ſupererit. Et in talibus paulo versatior nobiscum prius forſitan, quam tot undiquaque ſic, & longe numerosius, (ac communiter putatur,) requiritis inspectionibus & directionibus continuo quaſi diſtringatur ; imo prius ( dixerimus,) quam ipsam ſchedulam, cum requiritis vulgo curialibus conſignet ; longe lubentius, facilius atque felicius cuncta propriis oculatisque manibus tranſiget, parabit, miſcebit, didet. Nec enim pro iis hæc dicta volumus, qui alienis officiis toris continenter implicati, domi interea Remediorum ſuorum elaborationes ac dispensationes conducitio cuidam, necessariisve ſuis (in ſolidum & indifferenter, abſentes interim,) forſitan committere poſſent : recluso

cluso sic in eosdem lapsus præcipitio. Qui secundum intentionem nostram tantisper procedit, meritoque quod suum est, saltem agit, quo hic etiam tam famæ quam conscientiæ caveat, inter subsidiorum quidem, (abjectiora nullique periculo exposita secum transigentium,) accessum, cuncta de cætero, quæ realem Remediorum Præparationem ac Dispensationem quocunque tandem modo concernunt, aut cuiusdam inibi momenti sunt, ipse met perficit aut tractat: idque eo securius & expeditius, quo per contractiorem Myrothecii proprii apparatus, ista Materiæ Medicæ vastitate minus distinguitur, minusque, (dum quæ anno hic, bienniove sufficiunt, ipsi similiter & in tantum sufficiunt; semet quotannis exsolvunt, nec hæreditibus hinc post obitum, negotium adeo faceant,) exhaustur; quo insuper singula exquisitus novit, æstimat atque tractat; usualia sua penitus dignoscit; suspecta vel confusa promptius (tanquam de proprio rejicit; complacitis jam, (dum nihilominus nec infreuenter, sub ipsa Dispensatione posterioribusque sic cogitationibus, convenientius quid incidit,) id tunc facilius substituit, addit, detrahit; si diversum aut speciale quidpiam circa Remedii effectum contingat, planius (quid, quale, quantum, datum fit,) novit, observatique rationes certius pervestigat; Elaborationes ipsas, cum suis, accidentarioque sæpe supervenientibus circumstantiis, securius moderatur; quamplurima non solum in (repositoriæ vel successivæ distractioni destinatis,) Compositis, verum etiam extemporaneis quotidianiisque Formulis vix aut ægre determinabilia, v. g. Analepticorum seorsim quæsitam in odore Saporeve gratiam, manuali additione vel subtraktione domi longe felicius obtinendam, quam conjecturali-

raliter per Schedulam determinandam, Acidorum, (tantæ, nec succurrentis semper variationis,) Spirituum, solitariorum aliave Composita constituentium, item Emeticarum, Opiatarum liquidarum, &c. validiorum Compositionum certiores doses distinctius salubriusque (ne de Topicis dicamus,) dimetitur; & si quæ insuper sunt amplius, quæ (dum pariter quidem homo est, & humani nihil ab eo alienum,) nihilominus Actiones ejus, (eo modo facili negotio directas,) aliorum missationibus suspicionibusque (si forsitan alicui cuidam in hisce exoterico diversum quid contingere potuit,) evidentius adhuc subtrahunt.

Posse vero Practicum, etiam frequentatissimum, ejuscemodi Medicamentorum privatorum, tam præparationi, quam dispensationi vacare admidum, manifesta docet Experientia; nec diffusioribus hunc in finem deductionibus opus est. Sane si supervaneæ Pharmacopoliorum & Dispensatorum congerie se met inevitabiliter ingerere vel implicare cogeretur, equidem difficile foret hoc, & aliquibus forsitan minus possibile. Sed hunc offensionis lapidem in prima Dissertatione, luxuriantisque tunc Molis recensione, (negotium ad longe pauciora reducendo,) sufficienter removimus. Protractissimas vero Visitations, & similes quorundam consuetudines, (affidendo, &c. peregre præter necessitatem subsistendo, &c. constantes,) versatoribus & ejuscemodi affectationum minus prodigis nemo hic prætendet. Asseverare possumus, quod Poliater vel potioribus saltem ab initio, tanquam apparatus sui fundamento instructus, exercitioque huic sensim adsuescens, de cætero suis intentus, exotericorum incurius, haut difficulter decuriam non unam sufficienter, (imo per regre

regre vicinos subinde simul) visitare , cónsilia formare , ea cum imperatis Medicamentis ephemericibus suis inferere , succesivas horas insuper quandoque novorum perquisitioni lectio- nive , vel correspondentiis , uti vocant , id pro merentibus impendere , & nihilominus decuriæ similiter non uni,eodem respecti die Remedia sua domi decenter dispensare , & interea quæ sensim deficiunt , vel adjicienda alternandaque viden tur , cum ciniflone seu uno seu nullo , successive nulloque fere negotio supplere queat ; etiam in Cívitate solitarius : dum ampliorem plerumque plures partium laborumque divisionem inhabitant ; Aularum vero alicubi distractiones , ipsaque Militaris conditio , (vel Collonellorum quorundam , secr etiori quoque Chimiæ superioribus lustris ea ratione vacantium exemplo ,) quotannis , imo penitus intra biennium saltem , septimanas aliquot intercalariter suppeditant , quæ necessariorum quidem reparatio ni , (inter leves aliquot enchirises & operæ partitio nes , dentur . Quod autem contagiosis Malignitatibus luctuosiori tempore dejectos attinet , profecto qui eos tum seu (sub competenti moderatione ,) visitat , uti forsitan nec Ordinarii , nec Praxin juxta istos excententes , indeque salubriori Reipubl . statu commoda sua decerpentes , vel tituli Professionis suæ intuitu , Castrensem insuper & ipsorum Au licorum Medicorum exemplo aliter posse viden tur ;) seu tantum per Chirurgum aliosve referendarios , (æque contagii suspectos ,) audit ; is quoque loco Schedulæ vel informationis ipsum Re medium dare ; multa simul Compendia (seu olim facilitandæ asseturandæque Dispensationis causa diversimode , sub præservatoriis Curatoriisque Mo dis inventa , seu pro renata denuo superaddita ) præ fertim

fertim uniformi fere tunc in compluribus Medicatione, inibi sectari; necessariis (pauco tamen numero similiter comprehensis,) Apparatum suppleret; sibi demum domesticisque suis parili, qua reliqui solent, ratione cavere potest oppido, speciali Numinis tutela comprehensus: aut si fatis forsitan cum cedere tunc temporis interdum contingat, haut adeo hinc major existit confusio, quam si solitariis Consiliis indigentibus inserviens, ipseve Pharmacopæus diem suum obiisset; pro locorum conditionibus hujuscemodi defectus restituendi vel potius præcavendi ratione non una; eaque status tunc irregularitate, (potiori sane stragis autore,) alias hic quoque variis confusionibus tentaminibusque (ceu olim hic implicati probe reminiscuntur,) subiecta. Quod autem extra turbulentias istas ægrotantem attinet, notum est, quod in acutiorum permultis ne nobis sæpe, vix aliis in Consilia faltem sufficiamus: ubi vero in aliquibus, ut & in Chronicis eorumque intervallis licuerit, exigentibus ibi qui Receptis & Informatione quiverit, etiam necessariis Medicamentis, sub clinico intuentis directorio tantisper ponderatis, mixtis atque signatis inservire, (manifesto famigeratissimorum quorundam exemplo,) potest: & quid, si Pharmacopæus in oppidis præcipue, surrogando ministro destitutus, eidem infortunio subjiciatur?

Quid autem, si Medici privatim ita dedita Remedia curandique ratio, (ceu accidentario quidam interdum, quod istis postmodum imputari possit, supervenit, aut commune nobis fatum iujus æque ac aliorum conatus infringit,) ab impatiensioribus aut singularioribus nonnullis, (propter seu rationem status, seu privatas affluentias, mor-

dicus & ingratiiis supervenire , seu volentibus , seu requisitis,) post eventum demum, aut sub Medicorum alternationibus congregationibusve traducatur , vel (Theffalis olim , Themisonibus , atque aliis tum Empiricis dicta Lege ) inter privatos saltē (mulierum, dīcaciunve quorundam p̄ae judiciis deditorum ) confessus accusetur. Transigant primo hi istis cum Locis , quæ passim (Medico minus diffidentia , & æquius de ejus Actionibus sentientia ; ) Remediorum privatim paratorum Distractionem , ignotisque etiam sub titulis dispensationem , (modo in Pharmacopolis fiat , libere se cureque concedunt. Qui porro è nostris , aut alieno in foro curiosioribus , tot intercalaria , intus & extus (occulte s̄æpe,) simul sub Praxi Medica concurrentia , paulo attentius notarunt , & tritum illud , (si hic esses , aliter sentires : ) cunctis suis pronunciationibus p̄ajudiciisve , instar terminalis lapidis stauerunt ; pro vel contra alterius innocentiam è schedulis , etiamsi vel ab incunabulis ægroti comportarentur , simpliciter & insolidum haut dicent , &c. Odiosum est relatu vel perquisitu , quot procul dubio forsitan intereant , plane nihilominus regulariter & examussim , (non solo Pharmacopola , Receptarum hic haut postremo semper judice , ) tractati ; violentia vero morbi , vel inter neglectiorem Diætam , vini acetabulo , piscium pomique bucella , &c. saltem pessum dati ; quos tamen versatior Practicus superveniens , incompetentibus Venæsectionibus ac Laxativis inconsideratissime prius debilitatos , Clysteribus tantum vexatos , Topicis incassum oneratos , specificis longe serius & post festum tentatos , tot totiesque variegatis (Mochatis Ambratisque insuper,) Cofortantibus , (obortis novis ebullitionibus stomachique perversiōnibus,)

nibus,) solummodo magis confusos invenit taciteq;  
gemit. Quot credimus passim vitæ suæ pausam fe-  
cisse , saltem inter Negotiosorum officiosiores Re-  
mediorum variationes , ac Confortantium vulga-  
rium, Juleporum, Apozematum, Mixturarum,&c.  
multiplicationes? Quot periére, aut perire possent  
per tot, semet (tacite, modoque minus læpe cogni-  
to, (similiter perimentia , invertentia , expellentia ;  
&c. haut adeo de cætero inusitata ; vel solitarie in-  
fontia,) junctim aut consequenter data vel alternata  
inconvenientiæ non unius authores , &c. quæ ta-  
men omnis Receptismi æstimatio proba dicet &  
innoxia. Ut tot intercurrentes indicibilesque sæpe  
circumstantias, optima quæque pervertentes denuo  
fileamus. Et quodnam demum testimoniūm Phar-  
macopola producit, quo non solum composita ejus  
(in ea nonnunquam libertate vel incuria,) sed  
etiam formulæ insuper indies transmissæ, debite  
semper & ad præscriptum indubitato parata fuerint.  
Afferenti vel interdum jurato creditur; Medico ve-  
ro præter solenne suum , arctiori adhuc explicatio-  
ri que sub officii primordiis juramento (meritoque)  
obstricto , convocatis actitata sua ingenue referen-  
ti, Diaria demum sua eventualiter producenti, non  
item? Certe generofus, ac præjudiciorum calum-  
niarumque undiquaque contemptor animus , uti  
quidem in (cujusvis etiam formæ,) Curationis de-  
cursu, Criticas aliasve imminentes turbas , ne salu-  
taribus postmodum Remediis imputentur , aut  
(dum omnia post eventum disputari possunt,) Cen-  
sori super sinistrum eventum dicenti , ansam præ-  
beant , attentissime (inter manifestum sæpènume-  
ro tutelaris Numinis concursum) devitat , aut præ-  
monendo ostendit : ita si nihilominus quidpiam  
secus contingat, conscientiæ suæ tune semet invol-

vit, Deoque suo cuncta liberrime remittit ; donec trætu temporis , ( dum alias sub quovis etiam Medicandi modo pleraque nihilominus Medicis imputantur ,) vel affaniæ istæ , (sæpenumero inter feliciores aliarum Curationum successus, ceu Philippus nihilominus Alexandrum suum inventit,) dispareant, vel integritas tandem , ut plus vice simplici vidimus, in apricum producatur. Nam qui sub primo plerumque , vel declinante demum fervore irritatores , tale quid per impressas innocentiæ suæ deductiones , rogataque suffragia obtinere conantur ; profecto (dum quis inde, quantum inter tot ignotas circumstantias voluerit , credit,) majoribus sæpenumero traductionibus , contemptui præjudiciisque sistere se, (nobis quidem) etiam post busta visi sunt. Atque hæc tenus de tertio commodo, injiciendisque forsitan difficultatibus.

Videamus nunc quartum, idque magni similiter momenti. Quod scilicet sub ejuscemodi Pharmaceutices tractatione , rerum naturalium , non solum direcťe illuc pertinentium , sed reliquarum quoque complurium cognitio manifesto hinc magis magisque excolatur ; nova sæpe ac polychresta Remedia , novæ Enchirises atque cautelæ , praxi æquo ac laboribus Chimicis perutiles , (interdum quasi aliud agendo,) inveniantur ; Arti naturæque image conformia remedia condantur , aut citra (risu à subterversantibus excipiendo,) lapsus præscribantur ; probabiliores varie hic contingentium rationes eruantur ; inter imitationes aut fortuitas miscellas , Saporum Odorumque , (adeo usque dum parum tacta,) natura , ac miscendorum consensus ac repugnantia aliquanto fiat manifestior , dissentientia felicius declinentur ; Pathologica & Therapeutica quamplurima, per indirectum quasi , aut

aut illustrentur , aut vanitatis , (ceu haētenus inde circa tot Medicamentorum coacervatione m,circa Purgantium abusus, totque Alternantium Confortantium Topicorumque luxuriem , &c. feliciter factum est , & circa permultorum Symptomatum, causarum effectuumque rationes pariter fieri posset,) convincantur, &c. Imo quod in rei veritate æqua competensque Taxa condi, de aliorum Pharmacis parandorumque Processibus rite judicari, inconvenientiores emendari, Visitationes, rite obiri, &c. nequeant, citra intimam totius hujus negotii cognitionem continuatumque exercitium. Nec enim sufficit hic quædam in Museo acquisita notitia, Tyrocinii Dispensatoriive recentioris lectio , vel superficiaria olim Præparatio- nis Antimonii Diaphoretici Spiritusve Salis, &c. inspectio ; sæpen numero postmodum , cum imitari talia perfunctorie viſa voluerit , claudicans : sed firmatus per continuationem (indies novi quid- piam , in Praxi præcipue , oblatisque tot occasioni- bus suppeditantem , ) horum usus, firmatumque similiter in istas investigationes, deductiones, &c. judicium requiritur: unde profecto habent, quic- quid pulchri commode habent Pharmacopœia.

Atque ut hæc in se sint manifestissima , & Medi- cus perfectus exquisita , uti Chirurgicorum , ita Pharmaceuticorum quoque ac Chimicorum cog- nitione hodie profecto carere nequeat ; eam vero non nisi per manuales continuatosque labores suf- ficienter consequatur , indiesque confirmet vel ex- endat : factos interea in (publico perquam salu- aria) hæc exercitia sumptus , cum insumptis ma- terialibus frustro disperdere , partave tot curis, mpenſis ac sudoribus compendia , aut singulario-

res remediorum modos cuivis exoterico, inde se-  
met efferenti, &c. propalare nolit, nec teneatur;  
adeoque vel ea de causa Medicamentorum ita  
paratorum, aut una provenientium distractio-  
ne, (pro erogati restituzione, navat æque ope-  
ræ redhostimento,) abstinere arcerive jure vix  
aut non possit: nihilominus tamen, procul dubio  
ne Pharmaceuticæ consuetudines (tantæ necessi-  
tatis olim creditæ,) præter rem inde forsan con-  
fundantur, vel Medicifortasse plus quam Seplosiæ  
poscant, placitum est haut paucis, (cætera nobis  
hoc in negotio æquioribus,) locis, ut specialiora  
quidem sua Pharmacopoliis in usitatam dispensa-  
tionem, certo hinc accepto pretio sistant. Sed ali-  
us, nec immerito hic quærat, cui usui reliqua,  
usualia quoque, varie inter labores provenientia,  
aut data opera, exercitationis, ulterioris perqui-  
sitionis, aliorumve respectuum causa præparata,  
destinanda sint? Et numne inter ejuscemodi su-  
spiciones distractior quispiam, si vellet, etiam vilio-  
ra, varie solummodo mixta, condita, tincta pal-  
liataque secretissimorum loco oculatissimo quo-  
que Pharmacopolæ offerre nequiret? Saltem cur  
miseris decumbentibus expensæ sic duplicentur,  
non videmus: siquidem qui parat, suum hinc,  
& qui dispensat, repetit. Ut taceamus, quæ inter  
ipsam hanc cautelam (manifesto interim effectus  
sufflamine vel perversione,) sub vario lucello  
deditorum imitamento nihilominus nonnullibi  
fuere substituta. Quod autem non dedebeat Me-  
dicum pretii pro datis Remediis indicatio & acce-  
ptatio, aliarum honoratissimarum Professionum  
Officiorumque Sportulæ, Taxæ ordinariæ, solu-  
tiones pro studio ceremoniisve, &c. dicant. Certe  
diversum sentientes hic forsitan nimis pudibundi

videtur; & tamen nemo non pro Consilio, Lotii inspectione, visitationibus, &c. sua libere (quo privata quotas taceamus,) poscit. Sin vero privatorum Præparationibus occupati, cum Medicamentis Authoritatem quoque venundare, nec eos hujus sortis abjectioria decere potentur: quærat quispiam similiter, numne decentior jucundiorve sit Urinarum, Sputorum, Ulcerum, Cadaverum, missi Sanguinis, Evomitorum Excretorumque inspectio nauseabundaque versatio, hauriendorum Pharmacorum libatio, &c. Laudantur passim nec immerito, qui profusissimis Prosectionibus, curiosissimisque novissimarum quoque fibrillarum productionibus, (inter tot fætores licet, & fastidia,) per vestigandis, aut interitus causis ex ipsis putrilaginosis Cadaveribus eruendis indesinenter fere occupantur; vel prima etiam Plantarum germina, indefinitasve Synonymias per tædiosas tandem nulliusve hic usus comprehensiones norunt. Qui vero proximiori sanitatis causa, sub salutarium remediorum præparatione, manus interdum denigrant, vel inter Empyreumata nonnunquam versantur, minores inde æstimentur, nisi solis Dissertacionibus, Formularum designationibus, ac ipsi ægro haut raro molestis visitationibus Praxin (circumscribendo,) quod caput & cardo rei est, in vere Chirurgicis æque ac Pharmaceuticis tertio cuidam, (utinam satis ubique sufficienti,) temper commiserint? Quin potius authoritati medicæ plurimum hinc accrevisse vidimus: confirmatoresque sic ac confidentiores facti sunt quamplurimi, imo (præter spem, aut longe facilius) per vulgatoria quoque, delinita imaginatione restituti, dum à Medici manibus suo proficiisci cernerent. Laudatur Artifex, qui accessoria sua seorsim separare poterit: nec

spectatissimis quibusque vitio vertitur, si securitatis aut felicioris faciliorisve expeditionis gratia, quæ Scriba solet, transegerint. Sique Chirurgia ha-  
ctenus eadem ratione tractata fuisset quanta nunc ejus forent incrementa?

Expendamus proin hisce dimissis, potius quin-  
tum commodum: promptum scilicet & expedi-  
tum hinc suflamen vel impedimentum nocentissi-  
mæ istius Empiriæ, quæ divulgata per Receptis-  
imum Remedia, si præsentiora polychrestave de-  
prehensa fuerint, subsequitur; & non solum alterius  
professionis hominibus, talia ad Monopolium us-  
que involantibus, verum ipsis etiam Pharmacopo-  
lis, (ea vel servitii tempore colligentibus, ac post-  
quam oppidum quoddam insederunt, Medicis satis  
ægre inde facientibus,) haut raro familiaris est; fa-  
miliariorque profecto deinceps fiet, si pariter sele-  
ctoria hodie specifica, elegantiores Remediorum  
formulæ, cultiora contradictionis Praxis compendia,  
curatoresque præsentiorum Medicaminum (v.g.  
Cinnabarinorum, Opinatorum, Martialium, Eme-  
ticorum correctiorum, &c.) modi, id genus homini-  
num, (alias hic curiosiorum,) abusui per schedulas  
ulterius prostitutentur. Nec enim tanti est contra-  
ectorum hic Remediorum Dispensationem præ-  
sumptio: quod suspicaces aut naufragabundi qui-  
dam, ignota sibi sic Remedia forsitan respuere vel  
declinare possent. Confirmatiorem aliorum sen-  
tentiam paulo ante notavimus. Si vero revera qui-  
dam fluctuant, Magnatibus sane (quando & in  
quantum retulit,) talia nonnulli quadantenus &  
seorsim nec adeo semper inconsulto detegunt. Re-  
liquos autem num lubentius majorique effectu bi-  
bituros credimus Theriacam aut Mithridatum? si  
serpentibus atque lacertis constare dicantur; aut,  
(dum

dum sanitatis suæ conservationem, longe pluribus circumstantiis, quam nuda Medicamenti notitia, compluribus tamen locis haut expetita, circumscriptam, Medico interea concredunt,) Myropola obscurum per æque obscurum, (Takahamacum outa, Carannam, Chocolatam, guttam Chambo-diam, Jalappam, &c.) è Recepto prælegat atque commendet. Qui vero inter ridiculam Chimicorum aversationem, per quorundam hic imperitiam aut affectationes equidem superioribus annis de quoque fotam, satis autem haðenus (Experientia altem, aliorumque Districtuum superioribus annis ea similiter declinantur, imo exterorum datum olim Antimonium postliminio nunc reducentium exemplis,) convictam, nostra ex eo capie aversari voluerint, quod procul dubio in universum sint Chimica, ignea, venenata, Mercurialia, Antimonialia, &c. habeant sibi Crateres suos, cucchios atque Mixturarum ollulas, donec aborta andem nausea, perceptaque Spagiricorum, si rite, ceu alia quoque debent,) tractentur & exhibeantur, præsentia, securitate atque gratia, senium hoc exuant; intelligentque non omnia esse Græca, quæ egi non possunt. De cætero quanta sit præterea obnuptorum aut saltim privatim sic diditorum Medicamentorum utilitas, rationi isti sensim adsuecentes facile percipient. Increscit inde denuo Medicorum Auctoritas & suorum æstimatio? Imaginatio quamplurium magis excitatur ac delinitur: Supervacua seu toto genere, seu singulis in formulis, facilius uti deprehenduntur, ita & intermittuntur; Parabiliora simplicioraque, (dum parum infertur,) parvi plerumque habita, magno interea pauculorum, majori adhuc habitiorum, toties preciosis suis Mixturis pessundatorum euporistis autem

(quæ si rescissent, insufficientia sibive indecenti ad-  
dixissent, servatorum commodo, eo expeditius ad-  
hibentur; apud innovationum (in diuturnioribus  
morbis,) avidos, continuatu necessaria Remedia  
(quæ comperta è Myropoliis negligerent,) sub levi  
quodam accessorio felicius repetuntur; præjudiciis  
aut parili relatione vel censura præoccupatis spe-  
cialiora quædam, v. gr. Opiata, Antimonialia,  
Mercurialia, item Emetica vel pusionibus, (opi-  
nionetenus saltem alicubi imparibus,) &c. præsen-  
tissimo levamine propinantur; inter tot imperti-  
nentes plane, & (utut Medicamentum empiricos  
in abusus tandem nanciscantur,) Methodi tamen  
prudentiæque medicæ expertes Inquisitores, ægre  
hinc & authoribus clientibus ipsis facientes,) Se-  
creta Secretis competentibusque doctrinæ filiis,  
(siquidem noster quidem Medicus indifferenter  
aliis sua, tot sudoribus sumptibusve parta, vel de-  
mum famam ipsam cum usurpantium sanitate di-  
versimode concernentia, prostituere haut forsitan  
tenetur nec Ambitionis inde, affectatique Mono-  
polii accusari potest,) fidelius servantur: & si quæ  
insuper attentior quispiam superaddet. Si vero pri-  
vatam hanc Remediorum tractationem aliud Em-  
piricæ genus excitaturam, & non solum complu-  
res, persuasione Titulove non uno, ei semet im-  
mersuros, verum etiam Pharmacopolas (quo Me-  
dicis, distractionem suorum minus sic facilitanti-  
bus, quasi par pari referant,) simile quidpiam pas-  
sim & licentiose satis subituros esse prætendatur:  
existimabit forsitan alias, plenitudinem potestatis,  
quæ Ordinarios congeneresque Practicos à salubri  
hoc, & ipsis alias competentissimo exercitio tan-  
tisper alicubi suspendit, vel Authoritatem, quæ  
Medicastrorum, Ardelionumque negotiationes

coercere consuevit, etiam horum excessus sufficienter compescere posse: accedentibus præser-tim Collegii cuiusdam Medici (in eadem, vel è viciniорibus civitatibus ac oppidis nullo negotio formati,) relationibus, judiciis aut attestatis. Ubi vero, (ceu compluribus equidem in locis,) ista Empiricorum, (per miserorum eviscerationes aut carnificinas publico tantopere nocentium,) inhibitio susque deque habetur; versatior ac generosior Medicus & hos quoque (istorum appendices) ne-gligit, eodem (quo illi conantur aut confuerunt,) compendio sibi nihilominus, etiam interdum è resipiscientibus, ingenue hauriens, quod satis sit: præcipue dum multam Myropolarum partem alias à privatis Medicationibus Consiliisve vix ac ne vix quidem abstinere; haut paucos insuper (dum sub ipsius Receptismi observatione, merito continuaiusque circa singula attentior esse voluerit,) salutarem ejusmodi diligentiam vel tacite, & cum actore ipso tandem aversari; vel postquam secreta singulariorave quædam illuc communicata seu manumissa fuerint, authorem obsequio æstima-tioneque longe sæpe minori prosequi cogitat. Quod autem hæc medendi ratio Pharmacopolia, (sane superiori jam seculo, inter eas tunc Artis nostræ conditiones,) per Imperialium Comitiorum constitutiones publico commendata, tollat hinc vel evertat, nihil est; & experientia constat, ea (ni si bi metipsis excedente illo inconsideratissimo-que numero, eodem in Oppido vel Civitate, im-pedimento sint,) in medio quoque privatæ Medi-corum dispensationis, revera nihilominus satis commode subsistere; satisque, (Privilegiorum olim desuper conceptorum intentionibus atque contentis acquiescentibus,) vel ex Euporistorum,

totque Adiaphororum, &c. Requirentibus indies libere divendendorum distractionibus, reliquisque (per consuetudinem) accessoriis aut conjectariis, (dum alias vix decimus Officinales illas Species, Sirupos, Electuaria, &c. hodie desiderat vel præscribit,) redit. Nec Medici forsitan nonnullibi recusarent, Materialia sua sibi hinc, sub tolerabili redhostimento deprompta. Quid ni vero magis (per nostrum hoc institutum,) subsistant; ubi propter speciale quoddam, tam active quam passive ea frequentantium commodum, seorsim requiri, postulatave nostra minus iis forsitan quadrare videbuntur? Sane dum (curabiles quidem) sufficien-  
tissime, de cætero (nomine non uno) facilius feliciusque per privata quoque Medici experti remedia curari posse docemus, neutquam hinc ipsa in universum Myropolia rejicimus: (eoque nec tot hinc inde Oppida, iis nihilo infelicius, Medico interea necessitatibus hisce abunde satisfaciente de-  
stituta; multo minus exteris Orientalium plagas, paucitatemve in Septentrionalibus provinciis ad-  
ducimus:) dumque porro pariter excessus tantummodo circa Materiæ Medicæ quantitatem, qualitatem, statutum pretium, &c. diversimode com-  
missos notamus, neutquam inde protinus totam rem pharmaceuticam elevamus, quarundam saltem circumstantiarum inibi alternationem in istorum medelam quærentes: quæ certe permutatio uti Reipublicæ, Pharmacopolia (suis forsitan de causis) omnino quibuslibet frequentari volenti, emolumentum non unum manifesto nihilo minus con fert. ita (ubi Medicus prægnantiores ob ratio-  
nes sua dedit,) eo ipso reliqua (proxima isti) My-  
ropolia adhuc minus, (directe quidem) tangit.  
Quod vero consequenter quasi, privati nimique ho-

horum redditus hinc ex parte minuantur, integrior intentionum nostrarum aestimator, publicique boni nobiscum studiosior ægrius profecto non feret; subinde expendens: quod plura passim hac tempestate inveniantur non oppida tantum, sed etiam civitates, ubi decumbentibus supradictis aliisve de causis, quidvis interea tolerantibus vel aliunde tentantibus, per septimanam sæpe vix unum Recipe Officinis inseratur: quod è solis etiam, (indubitate concessorum accessorumque) quotidiani distractiōnibus nihilominus plus passim hauriat, quam famigeratior quispiam Practicus (dum nunc ære merent parvo,) è cunctis suis alicubi sostris: & in universum perquam sit iniquum, ut per ejus tantum latus, (tot ab initio sudoribus & expensis, postmodum vero curis præjudiciisque undique expositum,) alieni redditus, (sub Recepti mi Taxarumque vigore plerumque profecto honorariis decuplo duo decuplove majores,) frustra vel inabusus sæpe, coacerventur: quod porro is in salutari hoc exercitio, saltem sibi propria & jam olim debita, nec continuatorum ab initio privilegiorum intentionibus adeo comprehensa, (siquidem recentissimæ, & aliunde singularioris alicubi concessionis super Purgantium etiam ordinationes, Chemicorumque indifferentem dispensationem factæ inconvenientiam, alii quoque, seorsim alias a nobis sentientes viderunt,) tractet: multaque quin etiam ex euporistis, Topicis, aliisque Officinarum institutioni propinquioribus (antiquo quasi more,) imperare queat; si dissidia, (plerumque sub privata Remediorum tractatione illic subnascentia Medicoque tandem, sibimet undique iufficienti, publicoque sic satis consulenti neglecta,) defuerint.

Confusiones aut Singularitates, quæ in Practico negotio diversimode hinc exorituræ fortasse dici possent, haut magni (quod genuinam Methodum & ipsius Finis intentione in attinet,) sunt momenti. Certe nec officinalibus adsuetti uniformiter agunt, iisdemve vel eodem modo paratis Medicamentis utuntur. Alteri vero accito Medico, sub privata quoque, (isti forsitan minus etiam familiari,) dispensatione tam observata Methodus, quam ipso-rum Remediorum natura, destinatio, generalior præparationis ingredientiumve ratio, &c. parili modo facilitateque queunt exponi, exponunturque, eodem clinici emolumento, nullo vero (si indifferenter divulgari voluerit,) proprietarii, (de cætero erga versatores hic, atque abusui præjudiciisve minus hinc obnoxios haut adeo parci vel tenacis,) detrimento : siquidem satisfacentem sufficientemque Communicationem longe specialiorem, (quam hic quidem fieri necesse est,) expositionem in plerisque requirere, excercitatores quoque (inter tot tentaminum & imitationum frustrationes) norunt. Quod autem in temerarias ignotorum vel intentatorum experimentations, per adhibentium damna sub ea medicaminum tractatione iturus for-sitan sit Medicus; id quidem nimis durum est, si ab aliis, quam alterius Professionis taxatoribus priorumve excessuum sibi meti ipsi consciis de eo præsumatur. Practicus ob eruditionis pariter ac ingenuitatis testimonia, ad ordinaria hæc vocatus, aut proxime admissus, ut (æque ac quisvis alius) fa-mæ (tanquam actionum suarum condimento,) ita quoque conscientiæ suæ, (sub quotidiano quinto Præcepti exercitio & observatione,) satis merito-que cavet : tot aliorum quoque observationibus confirmata, (licet in speciem alibi secretiora me-dia

dia modosque , circa quæ similiter innoxieque occupetur) præter usualia habet : nec si quid amplius inibi , diversa ob decumbentium commoda . (ceu alias pariter in ipsis officinis potest atque v. g. in China Chinæ, Chocolada , Matulista &c. non solum extus illatis, sed etiam Vernaculis , sine nota , sine culpa , folet ;) rescire voluerit , Venena tunc , adit ; aut Empiric's tantum sua tractat, sine judicio vel delectu , sine Analogia , sineque processuum , operationum , subiectorum æstimatione aliqua , &c. Certe melius de eo senserunt , qui tectas ejus compositiones per Pharmacopolia solum dispensari voluerunt. Sit itaque (vanis ejuscemodi suspicacum præsumptionibus dimissis,) sextum deinceps cōmodum: Subitanorum Casuum , noctu quin etiam contingentium , in Apoplexia , Epilepsia , Deliquiis & Virium ex abrupto dissolutionibus , aff. Hystericas , Abortu , Hæmorrhagiis , anxietatibus ac perturbationibus Criticis , aliisque , etiam Chirurgicas , præsentaneum inde levamentum : ceu qui in Praxi aliquantis per versatus est , & difficultates illas , (morte sæpe redimendas , aut occasione in melius agendi admodum præcedentes,) donec (inter alios necessarios,) etiam Medicus hic , illic Pharmacopola conquiratur aut vel exercefiat , nobiscum vidit , prompte fatebitur. Hac enim ratione non solum consilium , sed Remedium quoque eadem opera præsto est. Pariter vero res se habet cum peregre vocato , ubi sæpiissime hujusmodi subitanea , totque insuper aliæ notoriæque circumstantiæ , præsentia postulant , & quidem variationi insuper ac singulorum accommodationi sufficientia Medicamina : siquidem eventualiter aut conjecturaliter quidpiam illuc exportatum , sæpenumero tunc , cum statum ægri cum cir-

circumstantiis suis coram penitusque intuemur, vel accidentariis nonnullis subjicimur, haut convenire vel sufficere, dubio procul plures nobiscum similiter observarunt: planiusque judicabunt, num Professionem nostram (ad minimum) deceat, ut ejus generis medicamenta tum, aut in futurum quoque, à Pharmacopola, (dimidiata etiam, vel tertiata Taxa,) coëmat; ejusve Merces aliter extrudat.

Sit potius in consideratione hac nostra septimum: Beneficentia erga Pauperes gregariosque, chronicos præsertim, impensis imparés, medicationumque tandem pertælos. Quibus num consiliis tantum atque votis, an ipsa Remedium insuper suppeditatione præsentius liberaliusque succurrat Medicus, determinare forte fuerit ridiculum. Quid Myropolia hic undique agant, nostrum non est perquirere: & ut Superiores alicubi vel Urbes, hac in parte indigentiae publicæ succurrerint; reliquis tamen in Locis quam lenta insufficientiaque hic sœpe sint omnia, alii scient. Medicus autem & Deo suo, (largiori longe remuneratori) gratum facturus, & famæ suæ (à Terra plerumque Cœlum versus surgenti seu à pauperculis ad Illustres tandem propagatæ,) consulturus, amplissimum hac ratione campum nanciscitur, realiter compluribus hujus generis (etiam cum aliquali, aliunde tamen, per Divinam benedictionem refuso) Detrimento benefaciendi.

Sic octavo, cum quamplurimi Amystidum tandem profusissimarumque formularum pertæsi, Chemicastrorum ac confimiliū Empiricorum accisis, desibus (præsertim dum eam inibi energiam inter tot abusus, vel per accidens interdum salutem

tem observant,) implicitur : His quoque in quæsita jucunditate , majorive (pro refractariis Affectibus) Efficacia, longe evidentius, nec sine multo noxarum, illinc (ex inconsiderata adhibitione ) expectandarum impedimento, satisfacere potest Medicus sua privatim præparans atque dispensans : securius sane, quam si hujus generis formulæ ac medicamina Myropoliis , seu in Tertiis demum tot abusus aut præjudicia in differenter inferti; seu inde inter eos sæpe , talia præparantis , ponderantis , miscentis , didentis , &c. (ceu diffusius eos paulo ante deduximus,) lapsus efferri debeant : & si quæ insuper sunt alia , à Versatioribus huc ulterius referenda , quo è conjunctim (ceu par est , ) sumptis , Publico magna illa ac saluberrima privatæ Dispensationis compareat utilitas.

Nam porro , quod nostræ nunc Professionis Commoda seorsim attinet , cum ea tum Dissertatione I. tum in præcedentibus Paragraphis satis attigerimus , diffusius hic , ne per Concessiones istas saltem , (aut potius ) Privati quidpiam intendisse videamur , vel pagellæ tandem in quæsita alias brevitate , nimium ex crescant , haut adeo persequemur.

Principio tamen , (quo potiora compendiose tantum quasi repetamus , ) Medico ita procedentis non solum Famæ sic , sed Conscientiæ quoque , (dum quæ ipsem et transigere vel præcavere poterat aut debebat , aliis inconsideratiis interdum concredit , ) largiter consulitur , ne vulgato more isti tandem , ( seu directe seu indirecte ) imputentur , toties sub simplici usitatorum (Conluetudinum observantia ) è Dispensatoriorum præceptis ac Constitutionibus , Apparatum Officinalium defectibus Tractantium ac divendentium di-

diversimodis, (sæpeque postmodum satis suppressis) erratis, Taxarum extravagantias, &c. suborti fini-  
nistri eventus, curarum protelationes, profusi sum-  
ptus; & si quæ insuper sunt, quam plures postmo-  
dum in desultatorias istas Medicorum alternatio-  
nes, aversationes &c. inconvenientias præcipitan-  
tia. Authoritas porro ejus existimatio, (vel fami-  
geratissimorum inde virorum exemplo,) magmen-  
ta hinc haut adeo obscura suscipit: dum Officina-  
rum strui ac consuetudinibus minus sic adstrictus,  
ultra ea quidpiam adhuc, (magnō clientum com-  
modo) agere, Myropoliis minus quadrantia, sæpe-  
que (non una de causa,) molesta vel damnosa, se-  
carius lubentiusve privatiū traetare; ulterius in  
plurima tam Pharmaceutica quam Naturalia in-  
quirere; præsentiora acceptioraque indies exclo-  
lere; convenientius adaptare, circumspectiusque  
dispensare; secreta ab alienigenarum hic abusu de-  
fendere, plurimos in morbis procrastinatores ma-  
gis magisque allicere; teneriores chronicisve de-  
tentos varie delinire; desperabundos alternationi-  
busve deditos diversimode detinere; vel imagina-  
tione per vulgatoria quoque suscitata evidenter sæ-  
penumero levare; pauperculis demum, (Deo be-  
nitionis duplum sic superaddente, ingratiorum-  
que defectus, quos equidem severius aut Pharma-  
copoliorum more exigere nequit, largiter com-  
pensante,) longe liberalius benefacere hac ratione  
potest.

Et cum Sostra demum hac tempestate profecto  
perquam sint exigua; raro sane ea, unde passim,  
interioribus præcipue in Regionibus vel decimus  
Medicorum, (accisis simul admodum Stipendiis,) solitarie semet (mediocriter saltem) sustentare  
queat; Accessorii hinc quidpiam eadem opera,  
jure

jure de cætero meritoque , (æque ac si cum clarissimis inde Viris Chirurgica quoque , parili modo tractare:) habet, quo non solum paulo tolerabilius nonnullibi degere , verum etiam indigentioribus facilius succurrere , compendii factisque sumptibus , nec adeo consideratis honorariis , &c. acceptior, circa ulteriorem vero Medicaminum aliorumque huc pertinentium perquisitionem diligenter esse queat : nec ( dolendo profecto more ) è putido lotio quidpiam divinando venari , vel quo sostra eo magis mereri videatur , adhuc indecentiora præter necessitatem tractare , frustaneis discursationibus semet cum clinicis sæpe suis fatigare , bonas horas præter rem assidendo perdere , aut penitus cum iis , qui Medicorum olim beneficio vivebant , inversa nunc ratione , privatim pacisci , vel exotericis è redditibus vitam tolerare cogatur : ceu Dissertatione I. diffusius questi sumus : eosque (nunc pro clausula,) haut adeo demiramur , qui jucunditate studii primitus illecti , postmodum cum ad Praxin easque tunc molestias , quas abjectissimus interdum verna vix subiret , ventum est , inter nullam quasi tot tædiorum compensationem , facultates & labores isti insumptos , animumque huc unquam applicatum fere sunt detestati.

Atque hæc de odiosissima Materia impræsentiarum sufficient : & glaciem sic forte fregimus ulteriori aliorum observationi , delectui atque culturae , quo manifestius exinde publicum incrementum indigis ejuscemodi mutationum locis compareat. Rogamus autem omnes , quos vel per indirectum hujus generis pertractatio concernere posset , ne quæ , (pro more) ingenue nullique palpantes differuimus , sinistrius excipient. Scimus esse , qui seu consulendo , seu consilia exigendo , officia sua

sua realiter & maxima cum laude faciunt, nostris-  
que hinc non indigent; scimus esse, qui alienis de  
causis invectis consuetudinibus semet subtrahere,  
vel eas ex condigno permutare nequeunt: cur hi  
nobiscum litigent? Si vero quispiam extra hos, se  
per Dissertationum decursum forte tactum videat,  
quæso, ne dicat cum isto: quid est veritas? sique  
difficiliora inconvenientiorave quædam æstima-  
buntur, dilucidationem & responcionem in con-  
textu vel aliis paragraphis inveniet siquidem, qui  
consilia tantum hic, non præcepta, (quæque Myro-  
polia seorsim spestant,) ea forsan moderatione,  
(quam impatientiores etiam, & per superiorum  
annorum diversos Libellos aut invectivas irritatio-  
res ferre queant,) scripsimus, diversum sentien-  
tium privatisve de causis nobis adversantium litigii  
aut contradictionibus tandem in personalia  
odiose desinentibus, nos non immiscebimus;  
succesivas horas imposterum, si D E O placuerit,  
utiliori labore locaturi.

F I N I S.



A D

## P R A E F A T I O N E M.

*Pro sat agentium quorundam more) variatis  
topicis hinc inde per ungeremus aut involve-  
remus.*

**H**aut adeo de iis nobis nunc sermo est, qui decumbentium dignitate, singulatitate, austeritate, impatientia, inconstantiae hodieque nonnunquam confusi, licet alias rerum suarum satis gnavi, nihilominus tamen sub ea nunc temporum iniqitate, salariorum parcitatem, conditionum inter tot competitores raritate, existimationisque medicæ potissimum fere hinc decremento, nil non tentare, aut indies remedia accumulare coguntur: saltem quo impatienti patienti satisfiat; ipsi vero non deserantur, præjudiciisve postmodum aggraventur. Verum cum autoritate (*vel olim, privatisque ut plurimum de caussis*) perdita aut labante, nil tunc habetur reliqui, quo primitus alliciantur aliquandiu, aut obsequentiores serventur ægroti: Vel ob penitioris ad praxin Medicam manuductionis ab initio defectum, & surgentem hinc, circa morborum complicationes, eorumve exoterica accessoria, Symptomataque urgentia, Criticorum dierum motiones, Prognosticorum applicationes &c. hæsitationem, ad quævis postmodum lamenta vel incommoda superficialia, quavis quasi hora, medicamentum præscribitur: quo fieri sanc nequit, quin sto-

stomachus amplius aggravetur , Pharmacorum operatio impediatur , aut in ea miscella nesciatur , sumptus multiplicantur , Pharmacopola dicitur , præscribens tandem si versatior supervenerit , vel tacite derideatur , fideque demum excidat . Nam qui recensita nunc , cum Medicamentorum agendi ( *quousque quidem penetrari potest* ) modo noverit ; sua semper eum Medica prudentia ( *utpote quæ æque ac oratoria Demosthenis hypocrisis, primum, secundum atque tertium in praxi est* ) exhibuerit ; Existimationi suæ , quomodo cuncte tandem , ac privatim quoque caverit ; ( *ubi diligentissimus D. J. Jonstonus in Ideæ Med. Pract. fine legi meretur* ; ) eidemque porro per circumspecta prognostica curationes que medelas confidentiam , inter divinæ benedictionis serias sollicitationes , successive per gradus , aut semel tantum apud eminentiorem quendam pararit ; haut adeo difficulter , ( *cæteris paribus* , ) conciliabit sibi , etiam in aliorum medio , superiori- ve conclavi decubentium obsequium ; Picam quorundam delinet , aut ( *postliminio sæpe revocandus* , ) tantisper contemnet Medicamenta interea non secundum seriem , sed necessitatem , ( *uti quotidie unum e revera activis , morboque legitime oppositis , duove , raro tria dixerimus sufficiunt , & interdum plane nullum , utinam Habitiores hoc crederent ! oppido magna similiter est Medicina* , ) disponet ; Resolventibus , figentibus , detergentibus , invertentibus , absorbentibus , anodynisque suis , & si quæ sunt præterea minus adhuc dum explicatæ operationis , secure confidat ; Purgantibus Emeticisque haut difficulter moderabitur ; Confortantia ac suscitantia pro re nata facile interponet &c. Utinam vero exurgeret alterius professionis eruditus aliquis , dum Medici , ( *ordinarii præcipue* , ) citra arrogantiæ

cuiusdam, vel ad consultationes insufficientis notam, sinistrierisve tandem eventus imputationem tangere hæc privatiū nequeunt; ) qui Magnatibus saltem (*dum alii oppido ut plurimum, qua passim itur eunt,*) vulgatum illud Imperatoris Epitaphium paulo diffusius explicaret, & incommoda ostenderet, quæ in ipsos tandem è parili diffusiorum consultationum, congregationum consiliorum & consequenter etiam remediorum coacervatione dum intimioris admissionis unus aut alter, (*ut pote constitutionis eorum, aliarumque externarum, potissimum quandoque conferentium circumstantiarum magis, artis sue de cætero sat gnari,*) rem æque transigerent, redundant. Sane sub ejuscemodi morborum æstimationibus, remediorum collationibus, anteaetorum pensitationibus aut (*nec raro*) taxationibus, notabiles quidein dissensus, contentiones, præjudicia, animorum (*ob vile soñrum, vel penitioris cognitionis aut accommodatoris curationis præsumptionem,*) alienationes, rancorem, invidiam, arrogantiam, aut si sinistrius res cedat, *παραπονιας;* quod autem patientem in ampla hinc concepta spe attinet, circa executionem agendorum, procrastinationes lentioresve tractationes, circa delectum (*ceu inter cænam dubiam*) hæsitationes, competentis methodi confusiones, &c. forte plus vice simplici notavimus: singulariorem vero, feliciorem, facilioremve curationem profecto rarius: ut hæredibus sæpe id genus collectanea nauææ postmodum, Autoribus præjudicio vel despiciatui fuerint. Forsan vero totum hoc, *præter merito quidem expeditam homini sanitatem,* ab ægrotantium parte potissimum inde contingit, quod plerisque istorum Medicus tantummodo quasi quoddam sit experimentorum inventarium, quorum aliud alio existat uberioris: non

autem, quod sub rationis insuper directorio experimenta consequendo fini applicet, vel ubi id genus media deesse videntur, nihilominus invenire queat. Quod alteram vero partem concernit, D. Jonsthenus forte causas allegato loco satis recensuit.

*Tot insuper exoterica ac revera supervacanea saepe noxia, &c.*

Remediorum hic & in sequentibus recensitorum, suo modo, loco atque tempore circumspete adhibitorum efficaciam, absit, ut indistincte eleveremus. Complurium saltem secundum ordinem solummodo, (*quo in generali Methodi designatione se invicem consequuntur,*) aut ob succendentium sibi seculorum consuetudinem, singulariora hactenus promissa, (*ponamus ab antecessoribus tantum*) Imperatorum necessitatem (*formato præsertim individuali casu,*) Superlativumque adeo effectum, seu negavimus, seu ulteriori considerationi reliquimus: eoque magis, quod si solida, (*non Dialectica*) saepe queratur ratio, cur hoc vel illud, quove fine, compendio, præminentiae commendetur, dari pluries tunc, nequeat; intereaque curatio, si non invertatur, saltem (*nec raro sic*) protrahatur aut aggravetur. Indeque forsan est, quod dum ipsimet ægrotamus, adeo saepe, circa selectum adæquati remedii luctemur, ipsisque in subsidium vocatis (*dum Aristoteles equidem ut Philosophus curari vult,*) pariles hæsitationes injiciamus.

*Vel Practicæ passim è Gallorum, Hispanorum, Italicorum recensis collatisque sententiis natæ nobis Germanis imitandæ imperant, &c.*

Absit, ut in cuiusquam Præjudicium hæc dicta sint, aut ceu absolute dicta accipientur. Cum cul-

tissi-

tissimæ nationes sub præcedentis potissimum inclinazione & toto nunc seculi nostri decursu, cultissima similiter habuerint ingenia, quæ neutiquam repetitis solum venæsectionibus, clysteribus, purgantibus, Alchermes aliisque dilutis, secundum vulgares aliorum (*ceu alibi quoque invenias*) abusus, morbos tollere conata sunt: sed longe circumspetius per genuinæ methodi accommodatoria, etiam selectiora postmodum Chimica cum propagationis quoque zelo (*uti de Laz. Riverio, in Editionis Arcanorum ejus Praefatione, prius istius discipulus, nunc Religiosus Venetus P. Christini memorat,*) incesserunt; idque eo nunc liberius, (*vel manumisso nunc Antimonii exemplo,* quo præsentiora innocenteraque hucusque ista viderunt; totaque cultior Europa circa hæc quoque haec tenus est occupatio.

Ita porro nec liberaliores v.g. complurium ibi venæsectiones indistincte hic taxa verimus, &c. cum præSeptentrionalioribus nostris nonnulli facilius ferre vel superare possint, æstuantior nonnunquam sanguis eas queat exigere, & jam post Poterium l.2. de Feb. usque dum extiterint, inibi moderatores. Saltem, quod ex exterorum observationibus, adseratis ac consuetudinibus, suæ genti applicatis, nobis quoque formam atq; leges eadem expectatione tenuendas considerimus, id quidem visum fuit inconvenientius; ut ut v.g. in Astrologicis circa tempestates longe certius quid prædicere deprehenditur, qui ad privatas quasdam, è locorum suorum planitierum conditione, saltuum situatione, fluentorum paludumq; aëris, periodicorum ventorum, Paroledorum Helmont, &c. conditione formatas observaciones, (*inter conjecturandum*) potius, quam ad exterorum, vel à Chaldaëis petitas traditiones respexerit. Ita, cum viris hujus ævi versatissimis similiter asse-

vimus operæ pretia longe majora facturum esse Medicum, si *ceu in ea nunc artis, quotidianaæ inspectio-ni directionique coram expositæ dilucidatione, prompte confidentiusque poterit,*) actiones suas, quoad ejus fieri queat, regionum districtuumque suorum naturæ atque requisitis, etiam antiquissimorum exemplo penitus accommodaverit: dum vel sola viëtus aërisque ratio ingentem alias hic mutationem infert. Notum est, capitis vulnera, contusiones, sedes, & si quid amplius ad trepanum usque illic extenditur, Germanos nostròs haut difficulter superare; si que oleosis non-balsamicis secundum famigeratorum ibi quoque præscripta tractarentur, perline-rentur, diligarentur, contusiones (*etiam cruore turgentiores*) citra peculiarem necessitatem aperirentur, terebrarentur, recte urgerentur, officiose saltem morti dubiæve curationi dedi. An tibiarum ulcera alicubi, forsitan ob inconvenientiorem quoque træstationem chirurgicam adeo sint dyspepol-tica, è vulgatis olim ibi locorum scriptis nunc non judicabimus. Erysipelatis curam atque Topica, in tædiosa ulcera plerunque ducentia, jam ante Sen-nertum nostrum, (*qui haut inconsiderate de venæse-ctionis in febribus catarrhalibus parili abusu monuit,*) notarunt alii. Comitem cum Plica scorbuticum, ad viruin hunc suo tempore consummatissimum, tanquam in talibus versatiorem Patavio missum è l. 3. Pract. constat. Morbos alios, eorumque penes no-striates conditiones suo adducemus loco.

4. Similiter & hæc pro supina inconsiderataque cujuscunque *probatum est seu specifici (ita habitu)* exhibitione dicta nolumus: utut quidem empiricis vulgoque non adeo infeliciter nonnunquam cedere videantur. Superflua tantum ab adæquata Methodo exesse voluimus. Utque bonus familiæ pater

pater protinus non omnia quæ utilia forent, comparat, sed tantum necessaria: Ita multo magis accuratiorem Medicum putavimus selecturum, quæ cultiori methodo adæquata & quasi consanguinca sunt, ab iis, quæ in linea tantum collaterali affinia existunt, omittique citra omnem istius truncationem queunt; quamvis etiam aliquam necessitatis speciem præ se ferant. Sane paulo versatior dimidiæ quoque selectorum nostrorum parti secure acquiescere poterit, pro quarumvis intentionum suarum complemento; sive revera curativo quopiam, sive palliativo saltem terminetur. Nam cum Viscus principale quodpiam penitus & chronice à tono suo dejectum pessundatumque fuerit, quanta perfectæ restitutionis spes queat, etiam ex universalibus (*ita dictis*) acidulis, thermisve concipi, quotidiana docet experientia. Quod autem mechanicam remediorum applicationem attinet, similiter cum accuratione sua, & citra alienæ morborum causæ, alienæque partium functionis suppositione instituenda videbatur. Nam ex. gr. stomachi quasi salivalis liquatio, & oleosarum à salinis terrestribusque particulis quasi Alcahestina separatio forsitan à vulgaribus menstruis ac instrumentis haut parum differre poterit. Nec mirum, si v. c. accusatur ponticum istud Acidum in affectu hypochondriaco, neque insipidis (*etiam Martialibus*) pulveribus, neque urinosis volatilibus, (*etiam oleositati cuidam, picrocholis nostris haut adeo sæpe convenienti combinatis,*) fixisque cicurari semper queat; dum extrema potius ventriculi, (*per poculorum, Veneris &c. excesso,*) flacciditas aut fermenti mucilaginosa singulariorve corruptio peccat. Sed hæc in transitu. *Fr. Sylvii.*

5. Tum temporis, cum ea chartæ mandaremus, Practici sua tempestate famigeratissimi editum

nil, quod quidem vidissemus, erat, præter privatum quoddam ab auditorum aliquo exceptum collegium, D. C. Hoffmanni libello de Ichoribus Francofurti annexum. Ubi cum primis contraëctior quædam remediorum applicatio, præ omnibus autem insolita fere tritioribus tum Libb. Pract. Opiatorum frequentatio complacebat. Triumviratus enim illa postmodum extensio in acerrimas tandem contentiones desinens nondum adeo tunc advertebatur. Knöffelii vero in genuina febb. curandarum methodo defendenda eodem tempore libertatem quis non laudaverit. Viri sane vel è posthumis suis Excellentiss. Naturæ curiosorum Ephemeridibus insertis æstimandi. Reliqui deinceps parili in negotio usquedum fatagentes alias eruditio Orbi noti sunt.

*Tunc demum se consummatos fore credant, si hujus vel illius famigeratoris practici formula-rum descriptiones sub speciali singularitatum exspectatione collegerint &c.*

6. In exemplum superioribus annis, quo recentiora prætereamus, esse poterat privatorum medicamentorum D. J. Michaëlis, absolutissimi illius Medici ac Chimici catalogus seu descriptio. Haut paucos scimus, qui eam (*nec tamen una Viri genium ac consummationem* (naëti, post quandam Institutio-num epitomes evolutionem, se totum medicinæ ambitum emensos esse rebantur, confidenter praxin medicam adoriendo; qua sufficientia? (*dum sim-plex vulgus, rite secum cuncta agi putans, id non intelli-git,*) supervenientes ejuscemodi curationibus alii haut raro deprehendunt. Quot etiam sub primis studiorum annis universalibus (*vel quasi*) dictis, & unde unde exsculptis abripiuntur; ut relictis sæpe manuuctoribus merentissimis jactabundos ejuscemodi

modi possessores, saltem quo Homeri opera in nuce compendioque cuncta habeant, seellantur. Legem meam methodum, & habebis mea secreta, recte olim retulit Capivaccius.

*Atque sic præter confusam notitiam, etiam odorem, saporem, colorem, pondus atque molem, &c.*

7. Quantum in eo situm sit, quo quis gratiora remedia præscribat, vel aliorum secretius habita detegat & expiscetur, experienti haut difficulter constabit. Sane, omnes fere hinc ingratiae, inconvenientiaeque, quæ internis pariter atque externis accidunt. Impresso vero memoriæ potiorum odore, sapore, colore, nonnunquam etiam consistentia, cuncta prompte moderabitur: nec porro, facta collatione, & circumspæcta postmodum experimentatione, in occultatorum istorum conjectatione adeo falletur. Ita v. g. cum sub primis praxeos annis plerique, quos noramus practicorum, circa Opiata, per quam essent timidi, alium vero famigeratissimum tintura pulvereque secrete habitis plurimum præstare resciremus, utrumque nocti Opium facile deprehendimus, eoque exemplo, accedente Med. Ind. J. Bontii lectione, veterumque tam liberalium collatione confidentiores facti, polychresto huic medicamini magis tum adsuescere didicimus. Ut proin Medicinæ Studiosus equidem haut male sibi consulat, qui domicilium apud Pharmacopœum, Chirurgum hinc & Aurifabrum Academiis legit, materiam eorum & enchirises, ceu aliud agendo cognitus. Quam vero publicum demeretur, qui dum Cartesium Boylæumque, Illustres Viros subsequosque aliquot conceptui aliquanto manifestior colorum est data ratio, odorum quo-

que, forsitan & saporum, (*tanquam similiter quarundam tactus, vel Aristotele advertente specierum,*) naturam explicatiorem per observationes redderet. Ut vulgatissima tantum allegemus, quot inter destillationes, aliis innoxias, gratiam nativam perdunt, Cheyri, Hyssopus, Ocimum, Salvia; ipsa convalliorum Lilia vix dimidium referunt sui, ceu quoque Spiritus Rosarum abstractius, dum fermentatius ipsaque Aqua simplex adeo fragrat. Rosmarinum per superabundantes tantum aliquot pugillos ingrate herbidas reddit: multaque inter se mixta tertium plane sistunt odorem; uti v. g. manifeste Sambuccinum, si Aq. ros. unciæ tres cum Ei Opii aliquandiu reponatur, Cinnamomeum fere, si malum Cydonium cum aliquot spicæ nostræ spicis vel in strophiolo gestetur, cum tamen fructus in conclavi tam putidum per se oleant, ceu quoque Myrtilli nostri comesti, Buxus in restagnantibus aquis putrescens. Cinamomum in acidorum liquorum miscella fatiscere alibi notavimus; forsitanque plura alio tempore adducemus; Ut profecto versatioris Practici nota non sit postrema, si gustui odoratuique acceptiorem ex tempore (*dum domi certius miscere forsan non licuerit,*) prescribat formulam; adeoque hac in parte H. à Mynsicht laudem suam circa exquisitiorem proportionis ingredientium observantiam, (*utpote circa quam vel drachmam aut granum gratiam reverttere deprehendimus,*) oppido vel à ditioribus saltē meretur: Licet interea passim in ipso ingredientium delectu, pro more tunc, aut fortean etiam affectatione quadam, oppido titubarit: quod qui nunc evolveret, fortassis post Zwelteri talium taxationes actum ageret.

*Ceu in eandem observationem in Chimicis, Anatomicis atque Mathematicis, &c.*

8. Simul ac Verulamius, specialiusque postmodum Helmontius, generosissimorum Virorum pars, Augmenta artis nostræ paulo pressius usurserunt, increvit una denuo severior, illa de prioratu inventionis contentio. *Suum equidem Deo, suum Cæsar:, suum cuique.* An autem vegeta, occasione sumptibusque quin etiam haut desstituta ingenia, interdum quoque per accidens in idem incidere nequeant, id forsitan pauci temere crediderint. Quod ansam è peregrinantium, præsertim aditum aut commendationem quærentium relatione, primisve quorundam inventis nonnunquam capere possint, capiantque nemo negaverit. Et jam ante Columbum, confusum quidpiam de Occidentalibus dictum atque scriptum est: nec tamen ante eum, ovum in mensa directum sistere quis poterat. Et dubitare forsitan posset aliquis, an Hippocrates, Eresistratus, Aristoteles, P. Servita, Eust. Rudius aliique, semper dilucidationis saltem gratia recentiorum inventorum autoribus fuerit superallegati. Asellius sane ipse met ingenue Eresistrati mentionem facit. Pecquetus inter accidentariam similiter inventionem, uti de re ipsa ita de Rudio quoque (*alias rariore*) haut adeo tuin cogitasse videtur. Fabritius ab Aquapend. (*dum de P. Servita certiora nescimus,*) valvulas suas circulationi nondum applicuit; & istæ uni solum argumento postmodo fundamentum præstiterunt. An vero ex obscurissimis Hippocratis ipsiusque Aristotelis Physiologicis adsertis præ Harvejo serio quid prætendi queat, adhucdum fere hæsitamus. A Cæsalpinus acutissimus posterioris interpres, at maximo genuinæ Philosophiæ Peripateticæ

damno minus nunc (*cum L. Bonamico, Feder. Pendafio, J. Cæsare Cremonino, superiorumque annorum Scherbio, Sennero, Piccarto, & si qui amplius, præter consummatissimum in hisce Conringium supersunt*) tritus, certe cum Cartesio in quām plurimis conciliabilis etiam huc accitus, longe aliud in Quæstionibus suis conjecturando egisse videbitur. Sique porro pari passu recentiora quatuor vel quinque haecenus lustrorum inventa per præcedentiam metiri vellet quispiam, eorum quæ de affectu Hysterico disputavit cultissimum Anglorum par, maximam partem jam ante 40. annos Jenæ pro Loco afferuit curiosissimus P. M. Siegelius : uti quoque eodem tempore de Laetis ortu, è rarissimo tum Prosp. Martiano de usu Bilis nobiliōri, forsitan è Helmontii particulatim antea editis, &c. Sanēte testari possumus, quod duodecennium haut adeo excedentes fortuito notaverimus in fabis, phaseolis, pirorumque majorum seminibus &c. quam postmodum in Academia apud benevolentissimum Præceptorem D. G. Rolfincium in Jos. ab Aromatariis de Hydrophobia tractatu legimus tenellam Plantulam. Quæ ante Zwelferi austiores sœpe taxationes in eadem materia conceperamus, viderunt Amicorum aliqui. Recentiora exempla, quia notiora data opera præterimus. Et cur alter eo, quo alius, deferri nequeat ; cum plures hodie credantur Adepti; & tamen plerique à sola singularissimaque Divina gratia, (*ni forte communicationem faventiorem aliū m' modum subintelligant,*) sua sibi contigisse dicant. Nec tamen, quæ haecenus incipientium, multorum superioris ævi ignarorum causa diximus, in Excellentissimi Thomasii elegantissimæ Dissertationis de Plagio literario Augmenti (*oppido forsitan continuandi,*) consummationem dicta voluerimus.

Cum

*Cum unisæpe , nulloque id negotio succedere soleat , quod alteri nullatenus , aut non nisi post complures repetitiones .*

Revera hoc complurium meritissimorum viorum est fuitque purgatorium , quo ad fidei usque & autoritatis elevationem asserta eorum processuunque veritas elevarentur , ab iis præcipue , qui uno sæpe die tot , uti vocant , probas confidere norunt. *Repete* , olim gladiatoriibus acclamabatur : idque sub laborum Chimicorum exordiis eo magis est necessarium , quo versatiōres quoque , præsertim post intermissionem aliquam , aut memoriæ decrementum consequi sæpe nequeunt , quod antea levibrachio præstabant. Ceu minima nonnunquam circumstantia , negle&tim habita , totum perdit aut pervertit. Imo processus quidam ita fere comparati videntur , ut propter variabiles fortuitoque cuidam simul expositas tot minutias , satis quasi describi nequeant , quo semper & cuivis adorienti protinus succedant. Exemplum , ut secundum institutum quædam adducamus , sit in Cinnabaris Antimonialis quantitate , olim etiam D. Sennerto , D. Rolfinio , quamdiu ipsi adstitimus , Dethardingio (*contre D. Agricolam* ,) aliisque drachmis tantum , postmodo nunc unciiis computata : Variante tamen nihilominus in singulis destillationibus hodieque producti pondere : idque plerunque magis ipsius tractationis , quam solius forte materiæ defectu : Siquidem è viliori quoque Antimonio aliquando , quod satis erat , accepimus.

In Tincturæ Martis Tartarisatæ nostræ confectione ipsimet nonnunquam punctum istud , quo paucore residuo reliquum plenarie transeat , attingere nequivimus : sæpiusque quod filtrum permeare debet ,

bebat, & in fundo hinc (*ceu nimium*) in salinum, efficax sane coagulum concrescere solet, bonam partem remansit; Liquore tamen transeunte nihilominus satis adhuc saturato validoque. Nota est Mercuri cum Ærugine & sale com. vel solo saltem Vitriolo fixatio, & per Tutiain atque Curcumam, (*hæc an omitti queat, necdum sufficienter experiri possumus,*) auriformis coloratio. [Nam quod residuum hic sola Venus sit, expresso expulsoque Mercurio, præter pondus artuumque è gestatis annulis denigrationes ijsa reducio docet.] De veritate interim processus contendebant in vicinia superioribus annis Chimici duo famigeratissimi, fato nunc funeti; quorum alter, quamvis alias adhuc versatior, negativam nihilominus sustinebat, donec coram elaborato negotio convinceretur. Quid Aurum fulminans anteactis lustris non concitavit, ut diabolicis tandem præstigiis adscriberet in Freitagii Anti-Sennertianis cæspitans hic, ut homines sumus, tum temporis A. Luchtenius, &c.

---

## Ad Introductionem.

*Et in proclivi, niodiosissimum foret, &c.*

**S**i quis, quæ superius & hucusque dicta sunt paulo distinctius expendere voluerit, equidem deprehendet, quod quantum recentiores correctiones vel substitutiones attinet, haut paucæ sint superfluæ, nimisve curiosæ: ceu in peculiari causa circa permulta similiter ostendit diligentissimus D. L. Schrokius, inque aliis pariter, si opus foret, cum de similibus idem sit (*ut labor hic, ita &*) judicium, ostendi queat. Superflua præterea, non citra sum-

sumtus atque tædia , sæpius quin etiam alterius utriusve jacturam , exsurgat hinc eorundem remedium duplicatio; dum adhuc multi , sua quisque de caussa vel experientia , usitatorum haætenus plerisque passim acquiescunt.

Constitutiones s. ordinationes in rebus pharmaceuticis generales , quales etiam D. L. Horniceus superioribus annis edidit , oppido prius ad cuiusvis loci conditionem restringendæ veniunt. Et postquam id est præstitum , rari profecto inveniuntur , qui eas debite observent ; aut nemini magis , (quem stringant,) quam Medicis , (dum Pharmacopœia Chirurgique & quod eo pertinet , sub severioribus quoque constitutionibus , medicationibus tamen suis abstinere nequeunt , Empirici vero in nidiis suis ipsove foro tolerantur,) dictatæ putantur: etiam boni Publici , quod tamen plerumque in privatos quosdam denuo recedit , prætensione.

De consultationum collegialiumque convenuum præstantia , nihilominus quæsumus haut semper adeo exhaustiente , paulo ante diximus. Ut iurius de institutis Taxarum moderationibus , raro tamen semet tales ostendentibus : & quanta hinc incommoda miserrimi hoc in passu patiantur subditi , cum propter incongruam nunc consuetudinem , (sensim nec sine contradictione tamen in veetarum) observantiam , aut quosdam in publicum quidem quadrantibus redeentes ; consequentia vero incommoda profecto haut exæquantes redditus , vel privatissimas demum , (sed non medicinales , verum culinarias aut ex area) dispensationes à saluberrimo hoc compendiosissimo atque adeo paribili medicandi (per manualem Medicorum ordinariorum dispensationem,) genere arcentur. Exempla , ut qui solvendo non sunt , inter istas arctationes luctentur atque crepent , hinc inde obvia , sed odiosa , habentur.

E:

*Et que amplius tunc, (é simplici quorundam aſſenſu, vel invaleſcente poſtmodum componen- di cacoëthe, &c.) natæ ſunt.*

Sufficienter hæc poſt helmontium, Sennertum, aliosque perſecuti ſunt D. Zwelferus, D. F. Hofmannus, & nuper D. Wedelius noster. Inferiusque fuſius attigimus tam præcipitem illam diligentiam, quidvis è quovis vel ingratiaſ petentem; quam ni- miam alicubi ſingularitatem, ſe citra propriæ in- ventionis formulas officio haut ſatisfacere poſſe putante. Quot vero hinc v. g. natæ ſunt Aquæ Apoplecticæ, Hystericæ, &c.

*Ne denique paſſiuis quorumlibet empiricorum abu- fibus indifferenter adeo pateat:*

Ita, quo ſuperiorum annorum inventa Poly- chreſta protinus officinis, indeque Taxis quaſi ex condicto illata prætereamus, non ſine animi turbatione quispiam nunc viderit, comptiores quoque Vomitoriorum, Opiatorum, Martialium, Cinna- barinorum, &c. recentioris inventionis & obſerva- tionis modos atque formulas indifferenter eo paſſim conſerri, eademque opera cultioris Medicatio- nis compendia cuivis attentiori obſervatori in ſub- sequos poſtmodum abuſus incoſiderate propalari, ſaltem ut Medici, præſertim minorum gentium in locis nil habeant reliqui, quo emergente ibi Poly- pragmone quodam ſemet tueantur, aut ſuper eas jaſtantias efferant.

*Vel exotericorum privatos ſolum redi- tus nequic- quam augeat, &c.*

Quotus eſt, qui ipſem non ſentiat, præſertim interioribus hiſce traſtibus, quantum inde nunc ha- beat Medicus, quod in malignis aliisque improvisis  
per-

percussionibus tota die venalem circumferat animam, aliorumve præjudiciis semet haut raro exponat, vel in consultationibus cum alio in perpetuas saepe animorum alienationes, sub vili forsan imperiali ejusve parte, conjiciatur: dum interea nihilominus per quotidiana sua præscripta aliorum censem, quasi conductius auget.

*Nec impunitam, & à nobis met ipsis saepe per publicatos nostro idiomate libellos practicos atque Chimicos, &c. fomentatam licentiam &c.*

Quanta hinc in Rempublicam redundantia dama, utut ejus commodum pietasque quædam prætendatur, practici non sine tædio notant. Nec sat erat, præter tot manualia Receptis, (*suspectis quoque periculosisque*) indifferenter farta, Conradum Kuhnrad, Keslerum, Glauberum, aliosque germanice legi; etiam recentiores, Angli quoque, Galli (*ubi obiter monemus, Glaseri versionem in duodec. titulo Chymischer Wegweiser/ longe accuratiorem videri altera, fusori licet, in octav. Chymische Artznei- und Werck-Schul/*) Italique eo traducendi fuerunt. Cum cuncta hæc, (*ni abusui torque consecuturis noxis cedere debeant,*) omnino Med. directione indigeant, cur Medicorum manibus eruditorumque saltem linguæ non relinquuntur? Exterorum exemplum eadem ibi incommoda post se trahere videas. Et putare forte posset quispiam, ejuscemodi laboribus, ni à habitioribus vel animi gratia suscipiantur, domesticas ut pluriū subesse causas.

*Aut Myrothecium quoddam privatum, parvo constans, & compendiosum, ac sufficientissimum tantisper ordinare, &c.*

Plura hujus generis Myrothecia, labente præcipue hoc seculo, Peregrinantium, Militantium aut Ma-

gnatum usui seorsim, designata habentur. Quædam tamen nimis exuberantia; ex adverso alia curta nimis, nec (*ut circumstantia variant rem,*) singulis in necessitatibus tempore debite satisfacientia; alia non nisi secretis vel quintessentialibus circumscripta, multa de cætero inter hæc. lucello saltem, (*ubi Turnheuserianum, olim publicatum, profecto inexcusabile fuerit,*) aut patrono quoque conquirendo destinata. Qui portatu facile, plerisque tamen requisitis in excursiones peregrinationesque obvenientes sufficiens voluerit, personarum natruram (*modo hoc modo illud magis admittentem*) numeru inque (*nec tamen omnes statim agrotaverint,*) tempus hinc præterpropter præfixum, loci conditionem, medicamentorum denique destinationes, continuationes vel reiterationes (*quandoque necessarias*) expendens & inter se conferens, haut difficulter è polychrestis aliquot, debita nec frustranea quantitate selegerit. Exempli denuo & incipientium gratia, pro Vomitorio Tartari Emetici quidpiam. Pilulas porro laxativas Aloëticas: item purgantes, ex electivis quibusdam, naturæ convenientioribus, aut tantum ad Panchymagogi modum compositas. Pulverem porro pro adultis laxativum, è quo, frumentum vulgarium succis aut frupis, (*uti passim obvii sunt,*) diluto breves nec ingratæ (*cum rosacea similisve aqua portiuncula*) potionis: sique Magisterii Jalapii quidpiam in angulo seorsim servare placuerit, dum omnes indifferenter non ferunt omnia, cum Amygdalis diluendo, vel in vini spiritu, (*cum edulcoratione*) solvendo liquores haut inaccepti provenient. Pulverem denique laxativum pro infantibus, qualem vel infra descripsimus. Et cum vomitoriis his nil sæpe magis necessarium proficuumque, Oxyfaccchari Emetici

tici nostri Mynsichti quidpiam, pro ætatis ratione, ut hæc persequemur alibi, didendum. Nec Mercurius dulcificatus commode semper his defuerit. Ex Opiatis, quandoquidem non solum naturarum, verum etiam symptomatum, præcipue vomitus gratia variatio quædam est necessaria, suffecerint tamen massa Laudani pilularis, pulvis & Tinctura aliqua Anodyna: postremaque hæc, (*ni ex tempore placuerit,*) in liquore quodam non præc pitante, nec nimium acido, (*Tinctura Bezoartica a moniali, Tinctura Theriacali, spirituve Epileptico,*) proportionaliter diluta pro infantibus; quemadmodum etiam pulvis pro iis similis: ceu inferius designatur. E sudoriferis ponamus Tincturam Bezoarticam Mixturamve simplicem; alterutram vel cam Tartari vel Armoniaci spiritu. Spiritum porro salis Armoniaci simplicem, aut oleosis vel cornu cervi rectificato combinatum; undique, etiam si vel Florum aliquid simul adservetur, polychrestum. Bezoarticum simplicem è præcipitantibus vel absorbentibus (*citra Antimonialia pro lubitu ad jicienda,*) Pulverem. Bezoarticum minerale, vel prout quis adsueverit, Antimonium diaphoreticum s. aut ejus loco, vel pro superpondio Martiale cacheeticum. Præterea vel sudoriferum maximum Fabri, vel antihecticum Poterii, præcipue pro plethoricorum muliercularumque teneriorum ebullitionibus. Accedat insuper Sal aliquod antifebrile, quasi Mynsichtianum, aut ejus loco Arcanum duplicatum, eodemve fere nunc recidens Sal polychrestum: & cum Theriacalis quæpiam mixtura nullibi fere non habeatur, Camphoræ tandem polychresta Essentia; proque puerulis interdum haut inconveniens cornu cervi Magisterium cum sp. Nitri paratum. Ex Aperientibus ac Diureticis

ticus satisfecerint Arcanum Tartari æque polychre-  
 stum, Tinctura Martis aperitiva convenientior,  
 pro cuiusvis consuetudine; Limatura Martis sul-  
 phurata aliterve ad aperiendum præparata; Nitrum  
 vitriolatum M. quod etiam ipsius spiritus loco esse  
 posset, sed non incongrue seorsim servabitur ejus  
 quidpiam, cum Elixirio Prop. vel communi sal-  
 tem; oleo carvi, & Essentia Absinthii. Porro vero  
 illa multi usus præparata, oculi Cancri, Conchæ  
 vel consimile quid, atque corallia rubr. ejusque  
 plumosum solubileve (*in Tincturæformem liquorem  
 facile redigendum*) Magisterium. Hæmatites præp.  
 Essentia Tormentillæ, ac quædam Vulneraria,  
 Tinct. Martis adstringens. Hinc pulvis aliquis pe-  
 ctoralis sulphuratus, vel etiam Benzoinatus, pulvis  
 Specif. Pleuriticus; Essentia florum pectoralium  
 epiceraisticorum saccharata, sed ne fermentet spissi-  
 fior; imo forsan quidpiam de Oxy-saccharo scilli-  
 tico, oleoque fœniculi aut Elæosaccharo simili.  
 Amplius, polychresta succini Essentia, Cinnabaris  
 nativa vel Antimonialis, & inde pulvis aliquis An-  
 tepilepticus, infantibus etiam proportionatus; (*Ma-  
 gisterium Lunæ cujusvis arbitratui cedat.*) Sequatur  
 autem Essentia Castorei, & propter occurrentia  
 sæpe subitanea, una alterave dosis specifici ad par-  
 tum ex Anguillæ hepate; Sief ophthalmicum at-  
 temperans, cum vitrioli albi & polychrestæ pingue-  
 dinis viperinæ particula. Demum de aqua Cina-  
 momi, Hysterica, Apopleætica vel Carfunculi,  
 Menthæ similive stomachica, & ad diluendum ro-  
 farum aut insuper flor. Acaciæ aliquantum; Vivitur  
 parvo bene. Absit tamen, ut Lexicon hic quasi me-  
 dico practicum condere voluerimus. Saltem è pa-  
 rabilioribus potiora, æquivalentibus singulariori-  
 bus oppido permutanda, quin etiam ab altera parte,

si 'pro circumstantiarum ratione') succenturianda in vicinia præsto fuerint, præcidenda designavimus, quibus sub curationi adhibendi methodo, & domesticorum euporistorum chirurgicorumque (*si opus fuerit*) accessum, peregre degens facile forsitan acquiescere posset. Sed hæc in transitu.

*Insuper in causa est, ut Medicos modo penitus negligant, modo de re demum desperata vocent, aut tumultuarie alternent, &c.*

Invitat huc salutis avidos moderna quoque illa Medicorum, non in civitatibus solum, sed etiam in neglectioribus saepe oppidis frequentia seu affluentia. Unde, praesertim si de faciliori feliciorique curatione rumor, privata nonnunquam de causa increbruit, alterum in medio conceptæ sibi curationis decursu deserunt, quid alter possit experturi: quo plerunque damno, palam est: commodumque foret, si isti præcavendo, exorientique hinc Medicorum tædio animorumve saepius insuper collisionibusque præcidentibus, præter alia, vel Opificum, (*semet aut sua, sub numero excessivo perdentium*) exemplo, certus forte inter ingenuum præcipue selectum determinaretur numerus, ne tot in uno loco Practici ab omnibus quidem aliquid, in toto tamen tandem habeant Nihil. Quam vero similiter deinceps sibi consulerent, qui animum arti primitus applicaturi, eam ex anatomicis quibusdain Botanicisque delitiis, conceptave nescio, qua majorum redditum facilitate æstiment; si amplius etiam expenderent molestissimos illos & simul periculosisimos labores, qui inter eam passim ægrotorum ingratitudinem eaque præjudicia, fatiganti hodie Practico postmodum indies nec nocte quieta obveniant; qui tum revera servorum servi fiant,

fiant, praxisque eorum quotidie circa quintum se-  
veri judicis præceptum versetur. Ut necessarios  
non in unum, sed plures studiorum annos, in libros  
fere cariores, peregrinationes quoque &c. sumptus,  
(*cum Deus pauperiores etiam hic allevet,*) Animum  
vero patientem & ad quævis obfirmatum, cum agi-  
tate judicii, memoriaeque præsertim, in ea rei me-  
dicæ vastitate, vigore præsupponamus. Ne post-  
modo suscep tam telam, privatissimo cum damno,  
vel non, vel perfunctorie saltem absolvant; aut  
cunctis licet rite peractis, nihilominus tamen pas-  
sive nunc deficiente promotione, salario sostenso in-  
terior supradicta tædia erogatos sumptus exantatos-  
que labores, (*ceu à permultis non sine dolore audi-  
vimus,*) tere detestentur. Et sane mage hac tem-  
pestate vilescentis fere existimationis medicæ inibi  
causa hæret inter alias haut ultima. Siquidem qui  
in illa paucitate olim rogabantur & invitabantur,  
hodie sollicitare coguntur & diu satis expectare,  
Salaria quoque, quæ consultius reticentur. Usque  
adeo ut nonnullibi eo, quod joco nuper (*exceptis  
tamen excipiendis*) invertimus, similiter jocabun-  
dus querelas suas forte posset concludere:

*Nunc dat Baldus opes; dat Justinianus honores:  
Æris & æstimii nil habet Hippocrates.*

*Imo nonnunquam in remedia plane prohibita  
præcipitentur.*

Quæ & olim & superioribus annis (*inter qua ta-  
men D. Merreti insignis viri, labores Anglicæ lingua &  
peritia destituti nondum vidimus,*) de hisce edita  
sunt, supervacue repetere, ingenuisve per alienæ  
culpæ recensiones ægre facere nolumus: siquidem  
res alias in proposito, diuque est ex quo vel O-  
pium saltem cum Apio in proverbium abidere. Si-  
cubi

cubi vero, quod aliquando objectum scimus, improvisi vel humani quidpiam, etiam in privata dispensatione non nemo passus fuerit, re cum circumstantiis suis penitus excussa longe alio ex capite id plerumque prodiisse deprehendetur; dum modo actionibus natura accidentarium quidpiam interseruit, & hinc v. g. dato revera sudorifero alvus fluere, à Laxativi consueta alias dosi, per humorum copiam vel acrimoniam plane diffluere cepit, huic vel illi pulveri Epilepsia, Arthritis, externusve tumor supervenit, aut æque ac Dysenteria, affectus uterini, Nephritis, &c. exacerbari visi fuerunt; & si quæ insuper per præjudicia, præcipue considentium, & superciliosè grandem adeo parcphas in exigentium muliercularum exagerantur aut differuntur; Medicus vero generosus oppido contemnit, aut, quod factu apud ejuscemodi Sirones haut inconsultum erit, dupla vel diffusiori, pro re nata in collationem data dosi, prompte diluit. Dum porro hujuscemodi exoterica symptomata, vel si quid amplius, è vomitorii præcipue, purgantibusque, ad grani dodrantem (*presertim in minus ab initio familiaribus subjectis*) haut adeo semper (*etiam si pharmacopoliis quoque prescribas,*) dimetiendis ex improviso nonnunquam, imprimis latitante febrili dispositione, instantibus mensibus, similibusque etiam curatiorem inquisitionem haut raro fallentibus exurgit, simplices quidem spontaneæ remissione permiserunt, malitiosi vero vel refractarii apud alios extulerunt, implicitum autem medicum rite de iis certiorem reddere, quo exortas forte turbas sistat, noluerunt, &c. Vel demum, quod ut alias rarissimum, ita institutum hoc nostrum haut æque tangit; dum aliis negotiis laboribusque distracti, tertio cuidam nec semper satis ver-

versato (*in Pharmacopoliis tamen idem similiter sapientius, eadem de causa evenisse constat.*) demandarunt, quod ipsimet coram oculatisque manibus expedire debuissent. Nam impræsentiarum hoc ipsum est nostrum Postulatum. Quod autem praetitus, frequentatissimus quoque, ejuscemodi dispensationi, Ponderationi obsignationique, etiam citra adstantem aut, (*extra necessitatis causum, presenti nihilominus directioni tunc subjectum,*) viliora saltem curantem aliquem, (*utrobique sic secure satis*) sufficiat, experti nobiscum, qui vel hic solum, anno non uno, sub extremo famigeratissimi felicissimique Practici D. Balthas. Glassii, Antecessoris nostri morbo, solitarii (*vel quasi saltem,*) viximus, affirmabunt. Quam vero publico hac in parte conduceret, si Superiores Medicos practicos ordinarios aliis offici orum generibus, (*ob caussas sepe haut adeo graves, salariive aliunde sane emendabilem paucitatem,*) intricari non sinerent: dum alias vasta sua Professione sat sint obruti: & revera, quod expertissimus Crato ad suum Monavium alibi scripsit: *Nemo multa simul agat, eademque recte.*

### *Imprimis a. Polypragmone Pharmacopole, &c.*

Hic nil addemus, nisi è Sacris illud: quod oculus Domini pascat equum: (*Nam in materia ea fontica nimium putamus: Mercenarium non curare oves,*) Et tamen plerisque Pharmacopoliis, quæ publice Publico præcipue destinata dicuntur, ejuscemodi Administrationis adsignatam cernimus rationem.

*Et, (in præparatione sua) indicibile sèpe accessorio-rum proportioni, &c.*

Hic vexatissimi istius & q. s. fundamentum est. Et revera, ceu supra jam de odoribus ex parte nota-

tavimus, rarius per solam simplicemque extemporaneæ nec antea tritæ formulæ præscriptionem obtineas, ut quæ sita in sapore, odore, colore vel consistentia gratia semper & exquisite respondeat; cum drachma sæpe, granum aut gutta, excedens aut deficiens totum notabiliter immutet, ut ut ingredientia methodo de cætero satis convenient. Aliter vero longe res se habet, cum ista, & quidem à nobis meti p̄is parata coram, per additionem, subtractionem, gustando, odorando, &c. moderari possumus. In simplicioribus eorundem vegetabilium destillatis succis &c. pro temporum tractationisque diversitate multa passim notatur diversitas; Spiritus eorum modo ardentes modo temperatores, Minerale jam acidiores jam remissiores habentur; & si quæ amplius sunt plurima, quæ non tam gratiam, quam ipsum effectum operationemque hinc justo sæpe intensiorem vel remissiorem concernunt: v.g. validiorum purgantium opiatorumque Extracta liquidiora vel (*& tractu quoque temporis*) spissiora; Essentiæ liquoresque Antimoniati, Opiati &c. modo magis biluti, in modo concentratiores &c. in mensis sæpe mutabilia, aut repetita vice rarius vel difficillime eodem plane pondere, odore, sapore, vigore, consistentiave habenda

# Ad Dissertationem I.

## De Remediorum selectu in genere.

*Neutiquam hinc Polychrestorum empirico penitus abusui patrocinamur.*

I.  Alis fere (*ceu olim in Theoriaca,*) erat sub studiorum nostrorum exordio circa Vitrioli salisque spiritum, Elixir. prop. Bals. Sulphuris similiaque magno saepius aestuantium hypochondriacorum phthisicorumve damno. Postmodum septentrionalioribus praecipue in locis, circa Sal (*vel quasi*) viperinum, Tincturas solares, Balsamum vitae, Emplastrum Norinbergense, &c. Et nunc passim, (*interdumque saltem ne nihil agatur,*) circa tincturam Bezoart. Anti-Tartaream, Sola-rem Nephriticam, pulverem nephriticum, sulphura solaria, Cinnabarim nativ. spiritum salis Ammoniaci oleosum, preterque Thee nunc & Chocolatam, alia.

*Sesquipedatumve quorundam Receptarum complementum, &c.*

Quo similiter praecipueque pertinent illa alias insolita seu supervacula, officinis saltem, eo quod semel aliquando composito cuidam, Pulveri, Ele-etuari, Sirupo, Unguini, Emplastro eorum praeterpropter drachma una vel altera (*è paucis plusculum*) insumatur, pro complemento quasi illata, v. g. Concha venerea usta, Entali, Dentali, Umbilicus Veneris, Vitrum ustum, Rusci Orobique (*dum Scillinis trochiscis jampridem aliud adsignatum est,*) semen, Tribuli aquatici, Smilacis asperæ, Bac-

baccæ, Anguriæ succus, Elaterii folia, pes columbinus, Millefolii Genistæque radix, & quid non amplius? Deficientibus sane Asphalti drachmis quatuor cum semisse, nemo Theriacam & trochicos pro Mithridatio Cypheos hodie debiliores credet. De speciosioribus inferius agetur.

*Qui præterea &c. in museo se ad superstitionem usque extendit; videat, ne cum ad executionem ratiociniorum veniendum, &c.*

Ut in Anatomicis ejuscemodi conjecturæ rem, donec severius ad novaculæ aciem revocaretur, non expedierunt; ita si sufficiens & per præviam prius manuductionem firmata experientia, cum quadam in recensitis hic circumstantiis, (*quasi symptomatibus practicis*,) tolerantia defuerit, Practicarum collationes, institutæ desuper speculaciones, causarum è rariori quodam casu venaturæ, præcisæ temporum dimensiones, severiores exotericorum directiones, & si quæ sunt amplius, quibus naturam sibi, non se naturæ ægrotantiumque conditionibus accommodare instituunt (*quaæque à necessaria Morbi potiorumque circumstantiarum perquisitione ac ponderatione, præsertim in Absentibus, confusa alias sapenumero narratione referentium, oppido differunt*;) Medicationes profecto haut reddiderint feliciores, difficiliores potius ut plurimum, habitioribus raro obtemperantibus, plebejis, etiamsi velint, non sufficientibus. Atque hinc haut infreuenter videmus, ut sæpe frigeant vel à scopo declinent eruditissimorum quoque de cætero viorum, solida tamen continuataque Praxi non confirmatorum de hisce judicia vel consilia. Imo exercitatissimi quandoque per nimias super contumacioribus singulariorive cuidam complicatis chronicis

nicis affectibus speculationes alioversum abripiuntur, ut relicta ordinaria causa curandique via aliam ceu è Schenckii observationibus, aut si rari quid ulterioris semel in vita contigit, conquerant medicamentisque eo directis, (*at incassum*) persequantur, aut penitus incurabiles, contrario saepe eventu, judicent. Exempla de presupposito sic circa Menynges calculo infixove, uti Dn. D. Schneiderus aliquando observavit, officulo, de Polypo cordis, stomachi, ulcere, uteri scirrho &c. adducere longum foret. Ita porro, cum ab anno 1635. Germaniam nostram usquedum ab universali Peste, divina gratia, clementer servaverit, quo usque complures eorum, qui istius curæ interea haut praefuere, cogitationes, dissertationes, in methodique ordinationes pertigerint, experti procul dubio erunt, quos particularium quorundam Emporiorum miseria ejuscemodi labori involvit. Sic quid non de Dysenteria, saltem ab 1634. anno, quo deseriebat tum epidemia, usque ad 1666. à plurimis adsertum aut conjecturatum est? quod si quis absque opiatibus & Theriacalibus, per clysteres saltem aut præcipue Laxativa, internaque abstergentia pureque stringentia persequi voluisse, ne ægrum, 50. saepe una nocte surgentem, letho officioso tum dedisset. Quam damnata fuerint usque ac propiores hosce annos, D. C. forsan in Apoplexia vomitoria, notum est: & tamen quantum in plenisque circumstantiis, præsertim stomacho Hypochondriisque debitibus, imo in ipsis capitibus (*citra fracturas, pungentiaque harum ad menynges spicula, ac contrafissuras, spontaneos alias cum periculo vomitus concitantes*) concussionibus (*ceteris tamen pro subjecti ratione semper paribus,*) valeant, Experientia ostendit, & olim, cum alterius generis in ejusce-  
mo-

modi affectu remedium adhibitum ægrotus, evi-  
denti angustationis præcordialis allevatione, sen-  
suumque recollectione revomuisset, obseruavimus;  
exemplo hinc ducto; præsertim dum si scotomias  
è ventriculo, obtusumque ac fere comatosum in  
crapula, post deglutitum è furno recens calentis  
panis aut placentæ bolum, pyrumve adstringen-  
tius &c. conferremus. Plura deinceps alibi.

Occulta enim aut sane minus pervia, etiam in  
albedine sua (*compositum aliquod præferente*) ma-  
gisque adhuc per diversas tinturas, præcipue rubi-  
ficationes (*ex. gr. Santalo, papavere errat. cochi-  
nillis, Torna Solis &c.*) colorata permanent, quæ  
si è Pharmacopoliis nonnullibi petenda jusserimus,  
v. g. Coralliorum, oculorum Cancer. Concha-  
rum &c. præparatorum, simplicium, aut Martis,  
Antimonii, Cinnabaris, Anodynive pulveris ali-  
quantillo sociatorum dosin, de spiritibus acidulis  
Tincturis vel Essentiis contractioribus drachmam,  
riderentur, & tanquam præ aliis, (*huc longe magis  
conferentibus, tot ingredientibus constantibus, adeo-  
que hinc non nummis saltem, sed imperiali ejusve par-  
tibus aliquot redimendis*) formulis elevarentur; ejus  
generis quinimo aliquo, cum plerisque in num-  
rato sint, etiam sub fide silentii quandoque, sub-  
stituto.

De horum perquisitionibus superius ex parte  
egimus: Revera autem, ut res hactenus tulere,  
(*& dum Helmontiana genuina parilisve generis Secre-  
ta pauci usquedum viderunt,*) præter (*e Vegetabilibus  
quidem*) opiatum aliquod, Arcanum Tartari s. aut  
Corallinis, Martialibus &c. sociatum, Myrrham  
essentificatam, Essentias Tincturasve accessoriis  
alcalinis vel acidulis sua potius debentes, è Musco  
elevato, Lunaria botryoide, fungo saligneo, Den-

taria pulvisculum ; (*ex animalibus*) Sal aut spiritum vol. urinosum , solitarium , vel sulphureo acidove volatili combinatum ; præterve demum (*e Mineralium censu*) Antimoniale , præsertim sulphureum , aut Mercuriale diversimode (*& vel seorsim vel invicem*) fixatum , aut Martiale , vel tandem (*ac saxe nominet enus saltem*) Solare aliquod , rarius insuper inventum est , quod Materiæ , Menstrui , singulariorisve elaborationis ratione potius , quam per solam occultationem , extravagantisve nominis cuiusdam impositionem , ejuscemodi titulum jure suo tueatur ; nec demum à curiosioribus talium indagatoribus tractu temporis sit exsculptum . Exempla , ut instituimus , è recentioribus addereimus , ni & odiosum id foret , & talium æque , ac v. g. Glauberianorum olim , tam Medici quam Magnatum non pauci , nec sine damno saxe , adhuc probe recordentur . Haut infrequenter enim concepta primum de tantis (*medicis ac Metallurgicis*) Secretis eorumque jaicatoribus spe , inter frustaneos sumptus , Aulas nonnullibi ditioresque alias nihilominus postea excidisse , haec tenus vidimus , autoribus saxe longe refactiore , quam ante adventum erat , Experimentis Mantica , (*dum pro inaudiendo eorum judicio qua vis Bibliotheca secretissima que collectanea ipsis patuerint* , semet subducentibus ; quod Serenissimi nunc beatissimi Principis nostri de Extero quodam , Aulis hinc inde per quam superioribus annis familiari , sincerum tum erat judicium . Quod autem generosissimus van Helmont , vir nobis de cæterò æstimatissimus , tantum suo tempore , (*ut hac quoque attingamus* ,) præfliterit , forsitan non imper Alcahestinis saltem similibusque quin essentialibus secretis factum suisse colliget , qui vulgatoria quoque è Sulphure Sale ,

Sale, Vitriolo, Marte &c. passim legit adhibita, contuleritque simul passivum ibi locorum ea tempestate medicandi modum, plerumque Clysteribus, purgantibus, venæctionibus, Alchermes &c. (*vid. Præfationem libri de Febb.*) tandemque Aquis Spadanis circumscriptum: unde singulariorem & effetum & æstimationem polychrestorum talium paucas quoque guttulas tum fuisse insecutum nemo mirabitur. Nec tamen, quoquo etiam interea usus fuerit, præfixum sibi finem semper hinc obtinuisse vel è tractatu de Asthmate, (*præter D. Franzchipani ad D. O. Grembsium literas, hujus operi præfixas,*) deprehendetur. Quod autem specialiora pleraque inter eas contestationes, publico nihilo minus, (*ni editori quidpiam hic è tractatu in Verbis, herbis &c. item Indigesta in scripto imputare voluerit alius,*) negarit, tot inde ut plurimum frustra desperatis sumptibus ac laboribus, id quidem, ut per Cardani decretum c. 7. De lithiasi relatum decidimus, absit; Potius persecutionibus suis fracto, à revisione Operum, (*ut è nonnullorum Tractatum, eodem recidentium, mutilorum, aut secundum ejus stylum non satis exasciatorum collatione patet,*) impedito, vel sublimiori inter inæquales antagonistas animo, humani quidpiam sic forte passo, ascribentes. Haryiana enim, Aselliana, Sennertiana, imo Gallorum contra Scholasticam Philosophiam aliqua, (*cum jam anno 1621. libros ediderit,*) legere potuisset; multa proculdubio in Theoria ipsaque scribendi vehementia, (*Theologica enim reliqua, forsitan magnam partem Teutonico nisi Jacobo Bohemo debita, buc non pertinent*) mutaturus. Hæc ingenue de Helmontio. Fuerint autem Arcana ejus potiora incipientium compendio ac præterpropter Liquor Alcahest, Mercurius corallatus,

& Diaphoreticus , ignis Veneris , Aroph , (cum mixtura panis secalini , Lithiasis c. 7. sumptuosum tamen c. 8. de quibus inferius : ) & quæ insuper vel è Paracelso laudavit : Tinctura Lili ab Electro minerali , (Tr. Arcan. Par.) Tinctura Lili Antimonalis , (Tr. Potestas Medic. & Arcan. Parac.) Mercurius vitæ Stibii proles , (Tr. Potestas medicamin.) eodemque Tractatu Lac Perlarum antihereticum & antiparalyticum : Vel è propriis laboribus aut observationibus istis intermiscti , Arbor vitæ tr. proprio , Substitutum lapidis Butleriani , (cujus tamen ingredientia longe aliter hunc intellexisse , nec qua nobilissimus Filius coram de Minera Vitrioli cum Ammoniaco sale sublimanda , cum spiritu vini rectificanda , & hinc in Sulphur Philosophorum olei forma per Retortam destillanda , postmodum cum sale vitrioli depuratissimo jungenda , & per Arsenicum semel sublimatum mortificanda perque ignis gradus denuo glorificanda Venetiis communicaverat , sufficere sibi visa refert ad curiosissimum , ea tempestate , Principem F. H. D. Anonymus tum in de Alcahest Epistola .) Porro Opii , (ut lethalia à papavere separantur , tr. de Duumviratu ,) præparatio ; (quam per cydoniorum succum (aque ac si cum Alcahest instituta foret ,) transfigi idem dicta epistola autorem docuit , ac citra controversiam fermentatoria fuit ; vix tamen majori hujus in praxi satisfactione ; sed de his alibi egimus ; & infra similiter .) Arcanum sedativum in Hydrope ; cujus in fine tractatus proprii meminit , ut primus revelaturus , & tamen (ni Mercurius corallatus , Bryonia Colocynthisque inversa intelligantur ,) non persequitur vir laboriosissimus . Bryonia proin , virulentia solutiva exuta , tr. de Hydrope : & Colocynthis , cujus (secundum tr. Dispensatorium inscriptum) vis laxativa

tiva ac deleteria intro, quo resolutiva emergat, versa. An Alcahestine hæc sint accipienda, nescimus; Fermentatio, in quam, dum circa Paracelsi Anodynum illud cum succo Cydoniorum occuparemur, olim accidentario incidimus, singularius nobis hic non contulit. Ludi Paracelsici solutio, libro de Lithiasi. Cujus expectationes an exolvant constantia notioribus acidis aut alcalinis liquoribus Diluta, vim talium perquam adhuc (*vel secundum ipsius Helmontii catalogum*) modificantam & plerunque coincidentem quadantenus experti, suo loco relinquimus. Est demum Emplastrum antiquartanarium Febr. c. 14. & 17. è Tabaci cum vino infuso atque Melle; laboriosissimo tamen D. Takenio in allegata sæpius epistola pariter haut satisfaciens; & Annulus contra Hæmorrhoides ac suffocationem uteri; id est, secundum factam communicationem, clavus equo ad vivum usque per ungulam adactus; ubi tamen æque experientiam quam equum claudicasse dicit: Et si quæ forte alia superesse poterunt. De cætero alia iusuper haec tenus à diversis locis & inventoribus, scripto quoque schedulisque commendata vidimus singularia, præcipue Antarthritica & Lithontriptica, Spiritus, Tinctorias, Pulveres. Mirari forte posset quispiam, cur isti Bohemiæ, Austriæ, Moraviaeque tractus adeo non frequentent; millia à tot contractis calculosisque lucraturi; si que perfecte siliceum Dulech totaliter eliquaverint, neminem non (*dum tamdiu talia, à fœminis quoque, sumptuose quidem, at frustra sumpta vidimus,*) inter admiratores habituri. Sed hæc tantum in genere dilucidationis gratia.

*Aque hinc nec Autorum nomen, libelloisque spe-  
ciatim allegabimus.*

Cum haut parum obscuritatis è nominum subin-  
tellectorum autorum omissione legentibus, loco  
ac materia memoriarum non semper protinus succur-  
rente, equidem oriri queat, addemus ea impo-  
sterum ubicunque pro majori dilucidatione seu di-  
stinctione opus erit: ingenue tamen, & Explican-  
ditantium animo, non traducendi; à litigiis cavilis-  
que incrementibus nunc annis eo magis alieni.

*Albuc dum incerta, prosapiam mentita, suspecta  
&c.*

Exempla, cum inter eos, qui à J. Prævotio usque  
ad D. Derebeque nuper, pro Medicina domestica  
scripsere, præcipue J. Beverovicius in Autarkia sua  
compendiose ex Antiquorum, (*Dioscoridis Plinique*)  
æque ac Recentiorum admonitionibus & desideriis  
super usitatiora famosioraque pleraque contulisse  
videatur pauca saltem in recentiorum lectione ob-  
servata, vel sub manuali tractatione magis obvia  
adjiciemus. P. à S. T. Carmelita, itinerario paucis  
ab hinc annis edito, Lusitanos refert, Piper (*alias in*  
*Sole jam ambustum*) oneriarum suarum seu Carac-  
carum, uti vocant, fundo (*quasi ad sentinam*) con-  
didisse; Cinamomum extus in saccis, per 20 plu-  
resve dies, donec evacuatis aquæ asservandæ desti-  
natis compluribus doliis locum intus inveniat, ap-  
pendisse: ut debiliores hujus è Malabar, China, ac  
Cochinchina species, evehi jam Linschotti tem-  
pore prohibitas quidem, nihilominus tamen (*telo-  
nio quoque eodem, quod pro Zeilano datur soluto,*)  
passive evectas taceamus. Cubebas in Java, ne alibi  
plantentur, prius decoqui insignis ille vir, O. Wor-  
mius

nius Musæi p. 197. monet : mirum quod Jac. Bon-tius in suis de Judæorum Medicina opusculis præ-terierit ! Quid non hodieque pro Rhapontico, Dra-conis sanguine, Amomo, Behen, pinguedine ac tro-chiscis viperinis passim divenditur ? Quantum are-nularum Ladano, exotericorumque aliorum Aloj, Galbano, Opio intermixtum est ? Olea aromatica, si vel Indiis Rhodoque petas, rarissime plane sua sunt ; & quantum ipsa Aromata in illis quoque Em-priorum horreis per frequenter alterentur, nemo non novit : Sicque centum alia aliis notata, in per-multis tamen, cum vis declinari queant, toleranda, vel artis ope nonnunquam postmodo emenda-da.

Nam ut per exempla denuo eamus, adhucdum nobis, experimentis circa talia forsan sat confirma-tis, nemo facile persuaserit, aut cum ad execu-tionem ventum est, reipsa tum ostenderit, quod Jal-apio v. g. effectu saltem & operandi modo, ut de sa-pore moleque nil dicamus Iris nostras ejusque suc-cus, aut semen Ebuli vel Sambuci æquipolleat. Quæ prioris sit violentia, duriora quoque Messorum ilia sentiunt : ipsaque Florentina, (*quod in modica pecto-raliū quantitate equidem non percipitur*) paulo li-beralius (*ipsiſ lactentibus ad grana quatuor*) data est emetica. Ut Ebulina, præcipue vero Sambucina aliquantillum mitiora sint ; plerisque tamen omnibus adhæret vis vomitoria ac longe turbulentior o-peratio; sive corticum decoctum, sive seimen conci-sum, aut in emulsionem (*ferino iſi oleo espresso hanc parum accedentem*.) vel etiam Eccliarium cum Sa-la (*oppido robustioribus: hac destinante*) Anat. Essentia-rum Veget. f. redactum detur Gemmæ in acetariis quoque, alvum quidem turbant, sed nulla cum Jalapio Senave comparatione, nec in paulo tene-

rioribus citra nauseam ; quam etiam ex aceto conditis , (*antequam flosculi expandantur,*) corymbis , ipsoque vino floribus pro conciliando sapore moschatellino haut raro infecto , per paulo liberalior rem haustum experiuntur. Et ne à transplantatione , (*tantisper hic supposita, per Orientaliorum quoque exempla, quasi possibili,*) parabilius quid expectetur ; cum adhuc superioribus annis mirabilis Peruana idem cum isto crederetur, dedimus non cum Clof sœ , singulari viro , apud D. G. Horstium duas drachmas , sed pro tractus nostri conditione saltem dimidiā. Movit aliquid , sed parum in plerisque promovit. Quis vero hic excessivam molem istam sumeret ? Atque eadem est hortorum nostrorum Rhabarbari , quod nunc pro vero habent curiosiores natalitium ejus perscrutatores , seu operandi seu naturalisandi ratio. Multo minus autem vulgaria Lapathi genera in notoria ea latitudine seu imbecillitate id exæquatint , aut Frangulæ cortex sustulerit. Nec in adversa ac turbatrice Bryonia invenerimus , quod in Mechoacanna , utut congeneri æstimata quotidiana praxis ostendit. Senam substituta sua è Sambucino cortice , Ebulino semine , Bryonia , Soldanella , & (*e libro plerumque commendato*) Polygonato similiaque (*febricitantibus debilioribus que aliis, quo animo hic proponenda?*) manifeste excedunt ; Epithymum , Fumaria , Polypodium ne quidem attingunt. Colutheam semper debilem invenimus . Sique per tot secula civitate quasi donata , plane nunc Excellentissimorum Virorum voto non uno , domestica fieri desideraretur , testari possumus , sub initia belli primi Germano-Suecici in pago Vinariæ , (*patria*) propinquō , adhuc fuisse cultam , patrique hinc venditam , sed extera longe languidiorē ; ceu quam ex isto postmodum , imo

exoticæ interdum etiam semine produxeramus, parilem similiter (*cum Croco ibi collecto Austriaco per quam inferiorem*) invenimus. Sororia, ut de nostratis purgantibus amplius aliquid addamus, collegerat olim pro acetario Rapistri arvorum tylvestris (*Hepderich vulgo,*) folia, loco sativi illius (*Hube-Gaat/*) cuius semen oleo herbam lactucæ loco mensis nostrates destinant. Ut comedentes per noctem exercuerit, referre hic non attinet. Ita cum noti nobis Nobilis servus Dominum Co-ryza similibusque superfluitatibus extreme confeccos equos cardui pratensis leucanthemi radice successive data feliciter expurgando curare videret, eandem & cum successu (*inter hypochondriacas præfocationes penitus fere consumptus*) sumpsit ipse, & aliis usquedum haut frustra propinat. Sed ejus generis Sennata ego nolim: uti nec pro Scammonio, adeo rodentia ac (*præparantiumque quoque manus atque faciem*) urentia Esulina. Adulterari iis superiori jam seculo è copiosissimo proventu conjecit diligentissimus L. Rauwolf Itin. p. 2. c. 1. Verum eo ipso colligi poterit, vel soli saltem ratione ibi mitiora existere Tithymallina, nostris in regionibus sub tertiata quoque dosi haut æque torpida. Sicque gutta etiam Cambodia, ejusdem (*ceu Boetius c. 9. M. M. Indica refert,*) prosapiæ incorrecta quoque, nihilominus nostratis, (*nisi forte longe sumptuosioribus laboriosioribus extractionibus varie repetitis penitus exhausta, vel excessivis acidis quasi combusta fuerint.*) remissior deprehenditur, liberaliorique hinc procul dubio pariter ibi ac alia ejus generis Esula Elateriumque Javanum, in locis tamen alvi fluoribus adeo expositis datur. Certum ipsum Turbith Esulinis vulgaribus est mitius.

Nec invenire possumus , quid Aloë demum , adeo polychrestæ substituatur : cum Mannæ Cassiæque succedanea tanta opera collecta deficiant , conjunctimque via ea commoditate effectuque eo præstent , quod istius duo vel tria , imo unicum sæpe granum . Ita quoad Aromaticæ , exæstuationis in sanguine hic concitatæ , (*sub porri tamen , caparum , allii , Sinapi , raphanorum &c. pro condimentis commendationem ,*) accusata , Caryophyllorum sub ea oleositate fragrantiam Caryophyllata , quandocunque etiam effossa , profecto non æquabit : Multo minus Cnicus noster Crocum , aut Juglans Moschatam nucem . Ut Piper cum Zingibere per Sinapi , raphanumque exsit , quid tenerrimi penetrantisque dulcoris refectione , Cinamomo succedere queat , non videmus : non quid Aromaticotato Cardamomo ; utut Carvi effectus partem forte præstet ; æque ac juniperi baccæ Laurinarum , Saccharum , si ad mellenjinem simplicissime redigatur , Melle hodie , præfertim iniquiori aëris constitutione , plerumque minori pretio comparari potest : & revera in sapidis nunc , per tot annorum decursum invectis , venter oppido auribus carere , frustraque inter eos subditorum hinc , & inde ad Magnates reditus , de eo , quod endemium est , & mercium permutatione ut plurimum parvo comparatur , disputari videtur . Chermes grana , Magni quoque Bartholini judicio , vermiculis auriculæ muris vel polygono adnatis potius , Rosarum rubrarum Essentia (*similiter aliquantum stringente*) facilius quam mage diureticis Cochionilliis , alteriusque destinationis Sambuci Rubive Idæi Rob supplenda , cum aliis quamplurimis infra dimisimus . Nec tamen Lignum Aloës ex hoc capite suspectum ; quod cum Santalo citr. carius in China Japoniaque , quam apud nos , (*teste Mullen-*

*ro in Cataja sua*), veniat, tanto ardore & forsitan non minoribus impostis idololatriæ ibi destinatum. Si quidern, ut diversas species, crescendi ac colligendi modos, mercantiumque invicem differentiam taceamus, Vina v. g. Franconica Rhenanaque hinc in districtibus pluries minori, quam in natalibus suis pretio bibimus; dum rei familiaris cauſa generosiora per dolia exteris mittuntur, oligophora v. retinentur, (*wel tandem quoque ista, non sine multis gravaminibus*) domi-Asam tætidam pariter expunctam, nemo tamen riserit, quod Indi piscibus præcipue, pro condimento, Bontio referente, addant: nam & allium nos Vervecinæ assæ, suillæ in farciminibus, Passeribus seu, ut Ausonius vocat, Plateæs piscibus passim nec sine multorum delectatione adjicimus: ut cæparum, porri, raphanique rustici matutinos quoque, (*ut Aſa avena intermixta totum equi corpus penetrat,*) fætores prætereamus. Sed extra jocum, quodnam foret Camphoræ succedaneum? quod Opii? dum eo fine adducta aut eo non adscendunt, aut quod D. Zwelferus huic immetito impegit, vere deinentantia sunt. Hyoscyami semen ad pauca grana, in Hæmoptysi potest aliquid. Quid paulo largius pondus, radicesve comestæ, aliquoties hic experti sumus, comatosos hinc, & circa præcordia summe angustatos, Vomitorio, (*mucilaginosissima ejiciente*) indeque Tinctura Bezoart. Armoniacali non sine labore restituentes. Datram Turcarum, præcedente anno dedit ancillis duabus, è Pharmacopolio quodam, nequam; optime quod ipsem fuerat ebrius: nam secundum Itinerariorum Mandelsl. & Olear. consequentiam mire se devestierant, obdormientes tandem, sed ob parciorem dosin non adeo protracto (*quem D. Dapperus Africasuap. III. ponit,*) termino.

Guajaco Fraxinus, Buxus, aliaque secretius adhuc habita, in remissiori Lue haut adeo interdum infeliciter sint, (*ut ex parte novimus*,) substituta: Cur tamen vile hoc, interea tamdiu experimentis mage confirmatum, ac caduceatori tandem adolescentis Veneris Mercurio æque oppidoque cedens, penitus hinc exterminemus, in causa nondum liquente haut paucis adhuc dubia, vix videimus. Ita Theriacæ Andr. loco equideim quandoque suffecerit Electuarium aliquod è præsentioribus nonnullis alexipharmacis; etiam sine viperis, sine Opio &c. ceu Diatessaron quoddam; uti Zwelferus quoque advertit. At cum ad maligniora ventum erit, Calendulæ conserva, & (*quo vulgus aque ac suo carduiben. pulvere Allioque miseros hic incassum saltē tunc debilitat*,) Rob Sambuci vix latisfecerit.

Plura supervacue adduceremus; cum D. Prime-rosius jam l.4. c.7. aliisque, ista sufficienter ostenderit; & quæ (*è tot polychrestis*) civitate medica tamdiu donata sunt, indigenarum confidentiæ, adsuetudini imo (*demus nonnunquam*) persuasioni nemo temere per conjecturas novasque experimentationes exemerit: nec Sulphure Magneteve districtius carere hinc velle putaverimus, quod penes eos non inveniantur. Multiplicantur insuper de uno, fere pro Ducatum numero, sub domesticorum cuiuslibet districtus particulari substitutione, cum Dispensatoriis suis composita; proculdubio non sine multa, (*hoc vel illud expetentium at citra ignota propria- ve experientia minus confirmata hesitantium*) perturba-tione: dum noster hic delectus, siquidem id opponatur, utriusque sorti communis sit, notoriisq; constet. *Sic in vernaculorum hodieque infinito cumulo, cui bono tot sub uno genere symbolizantia?*

Ita v.g. in Vulnerariis saltē, iisque internis ac  
vege-

vegetabilibus tantum, præ Alchimilla, Pyrola, Bellide, Sanicula, Vinca pervinca, Hyperico, Consolidis, &c. directius agere creditis (*ut collateralia prætereamus*,) videmus numerum plus quam tricenarium; dum circumspectiores chirurgi vel tribus acquiescunt.

*Tot hac tempestate fere exoleta, &c.*

Ita habemus Rusci, Asparagi Solanique baccas; Cicer, etiam album, Ervum, Juglandes, Avellanas, Longobardicas quoque seorsim Tribulos aquaticos, Castanearum, Avellanarum, Mori, Sambuci, Juglandis cortices, Propolin Oesypuin, volatilia reptiliaque aliquot usta, nidos Hirundinum, Album græc. & quid non? peculiaris effectus antiquariæ cujusdam compositionis gratia.

*Tot plane ineffacia, vel nimis imbecillia, &c.*

Quo fine iustremus saltem Antipodagrīca, Antepileptica, aut Menses moventia. Quid enim ipsa Iva, Chamædrys, Sarsa atque Sassafras, ultra alia eo tracta stomachica, Hydrotica ac Diuret. usquedum serio præstiterint, notum est: Sic quid in Epilepsia, puerorum quoque, ipsa plerumque Pæonia, Viscum, Cranium: ut eo magis secundaria hinc exesse possint. In Retentione (*ut parce fluentes facilius quandoque sollicitentur*,) Mensium atque Lochiorum, quid illuc relatorum pleraque ab Arte misia usque ad Sabinam queant, cum rubore sæpe experimur; & quod alia eorum ac Purgantium sit operatio; præsentanea hic, cæterisque paribus certa brevisque periodi; dum per menses illic annosque incassum passim allaboramus. Sic Alimentariæ, præsertim temperatores indeque Hepaticæ diætæ herbae, à Laetuceo genere adusque pecorum gramina, haut exiguo in officinis numero siccatae profecto medicamentosi parū, intus præcipue relinquunt&c.

In respective vero, (seu peculiaris morborum locorum-  
ve respectu) remissioribus Antiscorbutica tantum  
nobis in exemplum esse queunt, & quam à superiori-  
ris ævi præstantissimis Medicis commendata pluri-  
ma, nunc (*invalecente passim quasi per traducem illa  
sanguineæ massæ corruptione,*) promissis stare partim  
nolint; partim vel ob domesticam debilitatem, (*ut  
apud nos ex. gr. pene fatuum est Chelidonium minus;*)  
vel adsumentium (*ad plebejos quoque nunc extensas*)  
aversationes, (*uti in expressis talum succis, simil bus-  
que sat tunc commendatis Miscellis cernimus,*) ne-  
queant.

### Moleve præter rem abominabilia &c.

Molem incasumi utplurimum in Pulveribus  
compositis, Trageis, pilulis &c. augent plerarum-  
que foliorum, summitatum, florum Julorumque,  
imo Radicum minus resinosarum mucilaginosio-  
rumve Pulveres. Et ipsa paulo antedictorum suc-  
corum quantitas reddit eos fere abominabiles. Ad-  
dimus quidem nostro quoque Sele&tui graveolen-  
tia quædam & minus Sapida : Sed præter Hysteri-  
cum, aut amaricans adstringentiusve unum alte-  
rumque pauca: eaque per aliorum accessum, (*ut in  
Electuario Theriacali,*) Extractionem, (*ut in Opio,*)  
condensationem (*ut in Extractis pilularibus,*) Ve-  
hicula demum domestica mitigata, obnupta, com-  
mendatave : ut insuper nulla forte necessitas adeo  
imperet Gratiolam v. g. Chelidonium (*utut alias  
satis efficax,*) majus, Imperatoriam, Cuminum &c.  
vel inter Graveolentiora Matricariam, Nepetam,  
Horminum, Calendulam, Valerianam, Allium &c.  
ne Cotulam, aut in fœminini sexus contumeliam  
alicubi superadditam attingamus.

## Tot curiosiorum vel præjudiciis occupatorum minutiae.

Hic denuo in exemplum sint à Talpa ad Sciuros & Ciconias usque extensa tot Antepileptica. Paucis abhinc annis in Vicinia perquam sc̄ efferebat aliquis Lunaria botryoide, in somno sibi (*ut olim isti contra hydrophobiam Cynorrhodi radix,*) ostensa, Alius nostras, granulis quibusdam (*uti vulgus vocabat*, corallinis. Cum nocti essemus aliqua, Fumarriæ bulbosæ semen, Effectus autem in Epilepticis (*quibus præcipue discabatur,*) pusionibus nihili erat. Plura inferius persequemur. Interea in hujuscemodi singulariorum Sylloge, cui bono Orobanche insuper, Pulsatilla vel Asphodelus, Umbilicus Veneris, Ornithogalum, Amaranthus, Æthiopis &c. hortulanis convenientiora; item Flammula atque Raniculi (*vilibus tamen adeo Cantharidibus;*) & quorum nil aut tantillum aliquando usui publico cedit, Aparine, Dulcamara, Convolvulus, Galium (*et am utrumque seorsim;*) cum lacryma Cervi, Scarabæorum cornu, dentibus humanis, Tauri vulpisque priapo, pilis hirciniis, pinguedine ursæ separatis, lapide Ceraunio, &c.

## Tot exsiccata, quorum vires recentibus tantum constant, &amp;c.

Exemplo sint 1. tot Consolidorum Geraniorum Terrarumque hinc inde sigillatarum genera. Rosarum cum sylvestribus & centifoliis nunc, quinque ad minimum numeramus species: & tamen alicubi luteas quoque superadditas vidimus. Ita 2. in frustaneam saltem multiplicationem adservantur Cydoniorum quoque, Citrulli, Calendulæ, Eñulæ, Caryophyllatæ, Tormentillæ, Ellebori albi &c. folia: Papaveris hort. Chelidonii min. Eñulæ, dupli-

plicesque Meliloti Melissæque &c. flores, Ericæ, Agrimonæ, Verbenæ, Artemisiæ &c. radices. 3. Perperam Siccata v. g. Antiscorbutica pleraque Aquosioraque alia pridem aliis notata sunt, eodemque referri possent Fabaria, sedum minimum, ipsaque Ruta hortensis, antiquarum quarundam compositionum Berberes, imo Fraga nonnullibi, idæique rubi baccæ &c.

*Et quo utriusque generis præparata (vulgo quidem speciosius quam verius sic dicta,) similiter excutiamus :*

Huic enim Titulo inserta quoque videmus simpliciter tantum exiccata, v. g. Elaterium, Scillam fere, lumbricos, membranosas animalium partes, criores, ac parenchymata, vino saltem prius s. vel myrrato lota. Item Marina, lapides, duriores animalium partes & excrescentias Pulverata saltem vel levigata: nomen hoc in specie præ aliorum simplicium Pulveribus naæta.

*Cui bono adhuc dum hinc inde servantur, & à scientibus etiam nonnunquam imperantur tot pota, nutrita, usta, tosta, cocta, macerata, &c.*

Nec enim indifferenter ejuscemodi Tractationes rejecerimus: & ut equidem hodie superflua habetur v. g. illa Sulphuris, (*selectiore siquidem pulverisato tantum, tamdiu, florum quoque loco secure usi sumus,*) infusio; Magnetis Cohobatio; Asellorum imbibitio, (*dum in crudo æque ac ipso Laurembergiano pulvere effectus differentiam vix aliquam, ab utroque vero pariter præcordiales quasdam in tenerioribus anxietates observavimus;*) Myrræ (*cibro aqua quiliis secure separabilis,*) Aloësque simultanea, (*cum experientia nunc teste gummea pars, etiam in exi-*

exigua quantitate, præsentior sit minusque vellicet,) Expressio; Sarcocollæ olim Nutritio; Olivi, Adipum, lapidis Lazuli, (centies post simplicem saltem levigationem. Emplastratione jam olim à Libavio Boetioque diffusissime descripta, pictoribus relictæ, à nobis citra aliquid incommodum exhibiti; imo paucarum, (in Collyris sponte semet separantium, in Emplastris unguentisque exiguae profecto considerationis) Impuritatum Cerussæ, ipsiusve (alias rectificatissimum Vini spiritum exigentis) Laccæ, (dum grossa prius contusio, selectus hinc & tandem, æque ac in Terris sigillatis Cibrum plerumque satisfaciunt,) Lotio; Salis decrepitatio; Serici, Avellanarum &c. Tostio; Æris (si quis in usus chirurgicos Terræ Vitrioli dulcif. confidere voluerit;) Tutiæ porro, (experientia teste;) Vitri, (quando præcipue è negligentius factis lagenulis elegans securiorque, post diuturniore minibi spiritus Vitrioli vel Salis asservationem, exurgit pulvis) Eboris, (sive interni, sive externi, dum longe minori ex ossibus cornibusque exiccativum aliquod habetur, usus gratia,) Ustio; Scille in pane, (qua cruda tamen, ut hic locorum venundatur, tamdiu in Aceto Oxyfacharoque usi sumus,) Coctio; Anacardiorum, Coriandri, Cumini &c. olim Maceratio, &c. Ita ex adverso labores isti circa permulta sane Simplicia, vel accurrioris saltem Medicationis causa, omitti profecto nequeunt: v. g. Nihili, (uti conglomeratæ massæ prostant,) in ophthalmimicorum excoriatorumque convenientiorem tractationem Lotione: Colcotharis vulgaris, (cum omnes collectioni tantisper insipidi per protractissimas illas destillationes vacare nequeant,) pro polychresta, (stringentissimoque, cuivis inde circumstantiæ haut æque apto Vitriolo Vener. calcinato commodiori) Vitrioli Terra Edulcoratio. Sat enim effi-

efficax in suo genere deprehenditur, pariter atque  
 Æs ustum, Crocus Martis & Veneris similiter fere  
 quandoque tractata, inque salinis istis adhærenti-  
 bus particulis in tantum & aliquandiu, (*siquidem*  
*ejusmodi Martis sulphurati Pulvis nihilominus post*  
*diuturniorem in pyxide afferuationem denuo semi-vi-*  
*trioliter concrescere occipit,*) quasi multata: dum pro-  
 culdubio acido-salsus ulcerum vulnerumque latex  
 sive ichore a postliminio aggreditur, &c. ceu præter  
 effectum, vel ipse mutatus hinc in Emplastris co-  
 lor ostendere poterit. Pertinet porro huc Alumi-  
 nis, (*si semiphlegmatici spiritus caput mort. defuerit,*)  
 Ustio. Limaturæ Martis (*quo magis attenuetur &*  
*splendor ejus obnubatur,*) Præparatio; per deflagra-  
 tionem anatici vel plusculi Sulphuris de cætero,  
 præ Magdaleonibus, (*ferrum non nisi extreme can-*  
*dens, ac subsequam nihilominus defragrationem residui*  
*exigentibus,*) præque protractiore per Acetum dest.  
 fortissimum (*sat laboriosum*) attenuatione facilior;  
 præ urinosis Quercet. rubificationibus naturæ reris  
 convenientior, effectuque præsentior. Item Rad-  
 icis Ari in vino-acetove f. maceratio. Secedit equi-  
 dem proculdubio sic aliquid; figitur tamen etiam  
 eo ipso, in ipsa, pungens urensque illa substantia  
 ceu in (*ad tactum conformis*) Scillæ Aceto, si succo  
 conferas; inque radicis pulvere, guttis aliquot spi-  
 ritus Vitrioli consperso cernimus; nemoque teme-  
 re, præsertim tenerior, eam simpliciter siccata  
 deglutiverit; cum post quadriennium etiam fauces  
 satis impetat: ut hic quoque quod in loco negligi-  
 tur, pro lucro habendum videatur.

*Per istas autem vexationes vires magnam parte n-*  
*exuunt, aut si quidpiam fuerit reliqui usita-*  
*tioribus tamen &c. merito cedunt:*  
 Ostendunt passim hoc in Strumosis Spongiæ Pi-  
 læque

Pilæque marinæ, interdum à vulgo plusquam tostæ; item vegetiora quædam animalia, cornu cervi ustum, Conchæ &c. de quibus inferius.

V. g. Radices quinque aperitivæ majores, aliaque jam antea notata temperatiora, (*hactenus annexa;*) liberalius præcipue Aceto mersa; à pungentibus illis (*Scilla atque Aro*) in adhibitione practica per quam differentia. Et forsitan hinc pro diffusori apparatu, (*dum nostro nunc sic non conveniunt,*) deducere posset aliquis Hellebori, Esulæ, Mezerei, &c. ita maceratorum, plerumque tamen cum aliis potius quam solitarie exhibitorum, (*forte etiam ab Ari. Scillæque particulis aliquantum insuper differentium*) tolerabilis tantisper exhibitio.

*Aut simplici saltæ pulverisatione; vel mucilaginis cuiusdam agglutinatione superficie tenus, aut nil minus quam corriguntur.*

De Pulverisatione ante diximus; ut autem Selectis quoque nostris pariter equidem in suo genere est necessaria: ita nihilominus ea v. g. Agarici ac Colocynthidis accommodatio abesse facile hinc poterit: licet pro diffusori & in substantia usu, proque heterogeneorum ibi separatione, promptiore vero hic attenuatione, radula tum aut gumini quoddam abesse forte nequeat.

*Quæ per insolationes frustra debilitantur.*

Aloë cum conterraneis suis equidem ardentis Solis radios, sed breviori periodo perpessa est. Annon sine alteratione aliqua, (ceu de Aromaticis diutius negligenter isti expositis supra notavimus, & in vegetabilibus nostris, fixioribus quoque præculinarii ignis competentem minusque sic suffurante Calore passim experimur;) facta in loco proportionalibusque subjectis collatio ostenderit. Interea protractioris apud nos

nos insolationis vice , convenientius videtur mite illud, suum tamen brevi absolvens vaporosum Balneum , aëris mutationibus sordibusque minus subiectum.

*Vel per insuccationes , accessoriis nequicquam obruantur , &c.*

In exemplum hoc adduci poterit non tam Aloë denuo ; utpote inde haut quidem (*præsertim si gummæ at tanquam potior pars , & succilaxativi vel amari- cantes magis , quam adstringentes aut diuretici adhibeantur ,*) deterior; incertioris tamen determinatio- nis , diffusiorisque dosis : quam Scammonium Cy- doniorum succo aliisque accessoriis (*pro Diagrydio;*) Euphorbiumque Amygdalarum dulc. oleo , (*cum desuper potum auxiliosit ,* ) olim præparatum ; item radices illæ purgantes vegetiores , Ari &c. cum su- perfuso aceto (*Zwelferiano, per animadversionem ta- men ad Gummi Gamandræ fere dubio instituto* ) exic- cata. Siquidem si parum hujus fuerit, parva quoque hinc videatur exitura correctio. Sin copiosius ; eva- porati magma, non sine exerente se denuo postmo- dum madore , frustra istis appingetur : gutt æque aliquot spiritus Vitrioli, ut in gutta Cambodia ipsius D. Zwelferi , Scammonioque rosato Mynsichti , (*quandoquidem omnino acidum hic quispiam exegerit ,*) totum compendiosius expediverint.

*Præparata &c. magisteriis evidenter in suo gene- re præpollent.*

Quia magis hic absorbere vel invertere posse vi- dentur. Licet interea magisteria plumosa ac solu- bilia Zwelf. quod suum est , (*quamvis ex alio quasi capite adhaerentiumve menstruorum copula ,*) nihilominus agant.

*Et diversam istorum solubilitatem, solutorumque  
diversos similiter satores, &c.*

De ejusmodi diversitate, in solutionibus etiam Aceto non destillato factis manifeste perceptibili, satisque (*in oculis Canceris, Corallii, Conchis &c.*) distinguenda alibi egimus. Indeque forsitan ex parte provenire posset, quod lactentes adhuc Corallii praep. exhibitis (*ut pote quorum solutio aliis acerbius quid sapit,*,) alterationem aliquam circa praecordia plerumque pati videantur: dum satis commode conchas oculos Canceris, Unicornu foss. &c. ferant.

*Privateque praesertim dispensatione, &c.*

Ita enim multa ægrotorum cum confidentia, minori vero nausea, effectu de cætero praesentaneo exhibentur accisæ istæ, at polychrestæ talium doses; quæ in schedulis designatae, (R. *Concharum præp. drachmam dimidiam, R. Corallorum præp. scrupulum unum; vel oculorum Canceris scrupulum, Limaturæ Martis sulphuratae grana quinque,*, &c.) ab aliis non adsuetis aut diffusiores carioresque hinc Mixturas præferentibus vilipendio saepius aut risu exciperentur.

*Cui vero subtilior pulverisatio non satis facit, elutricatio teneriores particulas, quas alii è conchis radendo querunt facilius præstabit.*

Ceu meritissim. D. Rolfinckius olim solebat, (*splendentem Margaritiferarum pulverem vulgari perlarum Magisterio æquiparans;*) dum D.P. Mülleerus in miraculis Chimicis per linteolum indita & aqua mersa excussit.

*Calcinationes horum & lotiones Lapid. Terrar. & mineral. expunctæ.*

Cum nil videremus seu necessarii (*cum facillime secus*

secus ac vulgo de plerisque traditur, pulverisentur) seu adeo specialis, quod inde hodie expectaremus, ab ipsis Praxis primordiis non Calcinatis eodem effe-  
ctu usi sumus, extus v.g. Tutia, Pumice, (quem in-  
super in vaccino lacte) silicibus, (quos aqua Ammonia-  
cosale acuata extingui jussit Mynsichtus,) &c. Cry-  
stallis intus, lapide Lazuli, speculari, (contra Epile-  
psiam infantum quorundam experimento, ceu alii pro  
antifebr. l., Chinenses referente Nichofio, Athanasiæ  
loco habuere:) & si qui sunt præterea. Sic jam ante  
hos 60 annos Tenzelius in Exegesi, Commentato-  
res Beguini, Mynsichti. 4. Hellmont. c. 3. de li-  
thiasi & tractatu 60. &c. Coralliorum, Margarita-  
rum, Eboris, Concharum Crollii, cornu Cervi &c.  
calcinationes noluerunt, antea, quam superioribus  
annis image confertim impugnari occiperent.  
Quod autem Terrarum Lotiones attinet, decede-  
re proculdubio hinc quidpiam, non Potulenta so-  
lum ægrotantium, dum Sigillata Strigon iis injici-  
tur; sed (cum intimior solutio hinc aliqua, æque ac  
mersis inibi lap. Cancrorum, Creta, Testis ovorum,  
Ovis integris &c. plus, quam absorbendo solum forsi-  
tan agentibus contingit, adduci queat,) ipsa Aqua  
simplex, parce quoque ac citra externum calorem  
superinfusa ostendere videtur. Siquidem præter o-  
dorem, siccatorum Argillaceorum denuo madefac-  
torum ex parte quidem æmulum, simul tamen  
singulariorem & quasi medicinalem, sapor ejus de-  
prehenditur, ut in Agollocho fere aut Absinthii  
Rom. Extracto, cum amaricie quodam satis ad-  
stringens; Color aliquanto obtusior, ac postquam  
maxima filtrati prius liquoris pars in patella vitrea  
lente exhalata est, spiceus; innatantibus atomis è  
flavo rubentibus, Remanentia post perfectam eva-  
porationem, quasi viscosa, salinis particulis inter-  
mixta

mixta subrubens, linguam concentrato quasi prædicto sapore vellicans, pondere è libra una, cum fontanæ quadruplo, ad scrupulum unum accedens, alia vice eum excedens, cum si ab ipsius Aquæ contentis deducatur, ejus ad prænotatam quantitatem triplum, (*ni sal com. tophacei ve quidpiam liberalius admixtum fuerit,*) vix ac ne vix quidem grana duo concrenenti pulverulentî, salis sulphureitatisque tamen notas aliquas simul præ se ferentis communiter simplicique sub exhalatione relinquat. Terra demum residua à pristino sapore longe recedit, compactaque licet denuo, ægrius cohæret: æque ac in venalibus illis, ex alba rubraque Sigillata paratis urceolis, (*utpote haut adeo, atque præstantiores argillæ solent, vitrificandis,*) cernimus.

Ulterius de cætero in ejuscemodi superiorum annorum experimentationibus non perrexi mus, quo salinas quoque particulas, ceu laboriosissimus D. D. Schrockius nuper, seorsim colligeremus: cum equidem illarum tantillo, imo fere nec nostro, ex iis, & (*cujate etiam*) accessorio composito coagulo totalis aut præcipuus effectus, (*siquidem fieri forte vix poterit, quin sub prima quoque præparatione ac efformatione, talium quidpiam quandoque subtrahatur; integræ porro Terræ alio insuper modo in stomacho ulterius, seu resolutæ s. saturata agere queant,*) simpliciter & insolidum adscribi forsitan vix possit: licet ut proin simplici solum Trochiscorum selectorum contritione ac percribratione tantisper acquieverimus. Ceu etiam in Argilla cruda Coburgensi eandem diaphorisin absorbendique facultatem amicus noster aliquis observavit; & in Terra semiargillacea è vicino nobis, famosissimo alias monte Horrisono (*dem Hoerselberg/*) elata, item inter fortalitorum hic reparazione nonnullibi effossa

effossa fere margæformi nobiscum notarunt alii.

*Citra constantem sequiorum observantiam.*

Exempla forsan talium etiam in recentioribus adhuc, (*post superiorum annorum lustrationes*) pharmacorum dispensatoriis inveniri possent : ea vero hic adducere nostri non est instituti. Ita porro pro Chimicis destinationibus videmus alicubi triduanas illas, D. Hæfero l. 8. c. 4. relatas calcinationes, ab Antimonio, forte (*si compendia vel e Sala deforent,*) convenientiore, ad Corallia rubra tractas : an cum Vegetabilis illius Helmontiani , (*tr. de Conceptis,*) conservatione , aut effluviorum igneorum potius congregatione (*baut sæpe consimilium extractionibus deside,* ) vel prætensa quadam extraversione, nunc quidem non determinaverimus.

*Contractior apparatus istis pariter in tantum carere poterit.*

Ita jam olim Pulveribus , v. g. Griseo & Rubro Cæsaris contra Pestem , Theriacam ac Mithridatum Bezoartico N. species Diamargariti frig. Confectioni pectorali D. Zwelf. species Diaireos, & Pastillis pectoral. secundis Iridem denuo intermixta cernimus. Interea revera , teneriores præcipue, lubentius admittunt hujus generis pulveres in natura , quam accessoriis in cochleari turgescentibus obnupta.

*Aut æris inter tundendum consortium ;*

In antiquioribus purioris metalli, ceu passim adhuc habentur , Mortariis illis tale quid olim pergentes , per Helmontianam Aquæ fortis affusio- nem Venerii nil evidenter deprehendimus ; quod forte è mage nunc confusanea æris caldarii (*quo passim longe ponderosiora cedentiaque fingunt*) massa facilius contingere , aceto tamen etiam citra reliquorum dispendium separari posset. Gutta cavat lapi-

lapidem ; & ut tantillum Venerii (*nec pure tamen talis*) sit adeo noxiū, vel è ferreo secedens Martiale aliquid , insons erit &c. Obsequentiorem hic esse , etiam selectissimum porphyrium pro præparandorum levigatione lapidem , paſſim in durissimorum quoque medio, circumcirca sat attrito cernimus. Sed & hoc accessorium euidem est innoxium : vidimusque aliquando non ſine riſu fœminam , quæ ſilices exiguoſ ſimilesque lapilloſ quasi Gallinarum Indicarum more integre deglutiret, magno (*ut poſt ſemiconſumptorum excretionem notarat & adſeverabat ,*) languentis ſtomachi ſolatio.

*Aut insolubilitatem , è Chimicis obſervationibus ad ſtomachi liquationem tractam.*

Forsan n. quispiam efficacie talium ſeorsim exhibitorum confeſtationibus ducetus , Irradiationem autem Helmorientianam haut adeo concipiens , per membranoforum faltein(*in grandioribus ac quidvis ſape concoquentibus pīcibus*) ventriculorum collationem colligere hinc poſſet ſolutionem aliquam , vel aliquantilli tolum , & quaie forſitan Cinnabari , Antimonio diaph. aut in quibusdam infuſis (*tractus temporis nihilominus corporale quidpiam tandem di- mittentibus*,) ejus vitro Crocoque metallorum de- cedere nonnemo crederet, ſat de cætero efficax.

*E. quidni eoque magis faceſſant hinc, que &c.*

Exemplio ſint ex ejus fortis ſimplicibus tot Aquæ ſ. cephalicæ & refrigerantes hepaticæ, ad Gramen uſque & Cucurbitas ; Item Herniariæ , Nigellæ , Meliſſæ Turc. & adverſiſſimæ pro vehiculo , de cætero insufficientes graveolentium Alexipharmacorum Aquæ: tot Nervina infuſa , & (*è plantis & pinguedinibus*) deſtillata olea ; forſan etiam

Rosarum verum , dum Rhodinum tantisper satis-  
facit : Essentiæ vegetabilium antarthriticorum , eo  
tamen non pertingentium , &c.

*Seu hodieque nonnullibi singuntur ?*

Adducamus saltem Essentias & Quintessentias  
illas , quæ v. g. è Tincturis plantarum cum spi-  
ritu salis fortissimo , vel vice versa è Solutionibus  
Mineralium (*per eum factis*) cum spiritu Vini dige-  
stis , Glaub. F. 1. c. 9. (*genimen tamen Vitis inibi*  
*F. 2. c. 82. agnoscente*) proponuntur : Quæ cum  
oleis è retorta (*ipsisque Rosis*) destillatis , empyreum-  
ma post quasvis etiam rectificationes penitus non  
exuentibus & Sale volatili hodieque in Aurora Chi-  
mica Bolnesti , ceu olim in Myrothecio spagirico  
Fabri parantur : quæ Extractis vegetabilium , sua  
tamen penitus sub exhalatione disperdentium  
(*qualis Melissa , Ruta , Mentha , &c.*) sociantur.  
Olea carminativa antepileptica , stomachalia , ne-  
phritica D. Zw. dum oleofæ basi destillatorum ali-  
quid facile adjicitur , Pulvis ad generationem La-  
etis cum ubere vaccæ , Aquæ vivorum volucrium  
ac catellorum , &c. suo loco amplius expen-  
denda.

*Effectu postmodum naturæ prædestinationique  
simplicis reluctante &c.*

Uti fere videntur Tincturæ & Essentiæ cum Al-  
cahestino illo Glaub. Nitri fixo , Menstruisve vo-  
latilioribus , oleofioribus , nimisve Incidentibus  
(*interea equidem quod suum est agentibus* ,) è vegeta-  
bilibus marinisque , ad strictioni potius destinatis ,  
(*uti v. g. sunt Corallia* ,) præparatæ.

*Ceu manifestissima habemus in Antimonialibus ,  
mercurialibus , solaribus &c. exempla.*

Ex Antimonio sit tota Diaphoretici vulgaris  
con-

confraternitas : ut crudum modo simultaneè, modo per vices, cum & sine (*eoque varie addito*) Tartaro, imo cum Perlis atque Coralliis (*l. 3. Sapient. universalis P. J. Fabri aliisque*) calcinatur : Dilutum cum Aceto vel Vitrioli spiritu in Flores Diaphoreticos fixos præcipitatur : ut crudi loco Regulus, (*quo Mercurium vitæ Sulphur Antim. vulgare, Flores Crocum metallorum varie similiter fixata præterea-*mus,) pro Cerussa Antimonii diaphoretica &c. recipitur, &c.

*Aut præter rem care satis, inter tot euporista redimendo ;*

Ceu tam in Aularum nonnullibi, habitiorumque (*euporista passim profusa, longe infra dignitatem suam æstimantium*) affluentibus ; quam in Consulentium quoque (*præconceptæ opinioni redditibusque suis, hac temporum præcipue iniquitate ægrotantiumque tenacitate*) saepe ingratiis invigilantium commendationibus adverterere qui volet, hinc inde poterit. *Redundant tamen æquipollentium simpliciorum familiariorumque respectu?*

V.g. Species, Pulveres atque Trochisci officinales plerique, recentiusque Substitutorum haut pauci; ob vegetabilem (*sæpen numero parum conferentium*) accessum, magnæ molis ingrativa saporis, perfunctoriæ insuper haut raro (*si accuratius quædam conferantur,*) compositionis. Dum interea ponderosioribus è cornu Cervi, conchiliis, Terra sigill. Coralliis &c. solitariis, aut minerali quodam dia-phoretico specificove sociatis, idem profecto tamdiu (*præmissis tamen præmittendis, interpositis pro re nata interponendis,*) præstiterimus, quod alias in famosissimis quoque Pulveribus Pannonicis, Bezoarticis offic. Senn. Speciebus atque Confectio-

nibus de Hyacintho, cordialibus, de Gemmis Di-  
margariti trig.&c. in quibus æque ac in Marchionis  
pulvere, collatis in vicem ingredientibus, ejusmodi  
præparata præcipitantia vel invertentia alias præva-  
lent,) quærebatur.

*Ut plurimum unicum saltem aut duo, perceptæ ope-  
rationis fundamentum sustinere, ideoque solita-  
rie quoque data idem sæpe numero efficere &c.*

Ita Trochisci de Alkekengi, Diacorallii Gal.  
Philonia omnia, Requies N. Electuarium D. Zw.  
mitigativum, ipsa Tryphera magna ac confectio  
Archigenis, supputatione instituta, Opio, alicubi  
quoque Hyosciamo simul, quod agunt, debent; vel  
potissimum saltem : æque ac si alias Laudani pul-  
verisve Anodyni debitam dosin vel in oculis Can-  
cri exhibuisset.

*Cui bono tot compositiones actu & in promptu  
continuo servantur, quæ longe consultius &c.  
ex tempore confierent?*

Pertinent huc pleræque pro usitatoribus substi-  
tutisque decoctis species; præsertim Dactylos, Ca-  
ricas, Passulas &c. fructus pectorales, (alias sub as-  
servandi modo corruptionem adhuc facilius eo sentien-  
tes,) in se continentes; usus tempore secundum  
proportionem haut difficulter confundendæ. Spe-  
cies sensim pro Cucuphis, Sacculisque cordialibus;  
Pessi uterini D. Zw. post indurationem incom-  
modiores. Julapia è Violis, Sambuco, ino, Rosis,  
etiam laboriosissimi in cunctis hisce Viri, D.Zw.  
saturatius.

*Cui bono hodie que reponuntur aut proponuntur  
tot ingratissimæ Miscellæ?*

Sic quantum inter se differunt Electuarium de  
Gem-

Gemmis frig. Confectio cordialis N. & fere de Hyacintho? multa interea Gemmarum Margarita-ruinque consumptione. Item tot Siripi fructuum aciduli & acetosi, cum suis variationibus: cum istorum saltem (*præsertim ejusdem coloris*) aliquod con-junctim facilius dispensarentur.

*Imprimis autem abominabili mole languentem stomachum molestantes & in lucta sua natu-ram perturbantes.*

In exemplum sint vulgatoria Electuaria, & Boli hinc cum accessoriis s<sup>e</sup>pe unciales; Looch Vi-scidioribus porro c<sup>a</sup>pisque (*utut subtiliorem partem inter præparationem perdant,*) hodieque constantia; Alliata; Pulveres atque species, præsertim image vegetabilis, ad unam alteramve drachmam pro dosi excurrentes, graveolentibusve vel amariis (*alia ra-tione exhibendis,*) haut adeo sociatæ. Forsan etiam Epilepticæ aut Antarthriticæ è volucribus catellis-que per Retortam destill. D. Zw. Aquæ: dum utro-bique Salis armoniaci, Urinæ, cornu Cervi, Fuliginis &c. rectificati Spiritus, idem, & quod hoc in genere obtineri potest, in æquivalentibus Aquis domesticisve vchiculis agunt: ceu paulo ante, & in superioribus quoque talia notavimus.

*Uti pro certis interdum circumstantiis in pectora-libus & vulnerariis dilutiōra hæc contractio-ribus dosibus commodiora deprehenduntur.*

In Phthisi (*vera, nec secca hypochondia corum tene-riorum tussicula, collectionibusve matutinis circa excre-toria faucium vasa, vel aliquandiu tantum deluden-te,*) sunt equidem Chimica nonnulla, Opiata præ-cipue, & quandoque Tinctura illa, (*è Satur-no Marteque, pro hypochondriacis præsertim,*) An-

tiiphthisica. In Hæticis Corallina & Margaritifera raro tamen ad radicem mali pertingentia. Natura interea nihilominus præ Essentiis Extrætisque pectoralibus, præque fauces in internis ibi ardoribus tantisper lenientibus, (*aut magis saxe inviscantibus*) Morsulis, Trochiscis atque Mixturis antihaemeticis, antiphthisicis, (*recentioribus quoque,*) diffusius quidpiam & ad remotiora, (*qui qui etiam*) perveniens una ut plurimum velle videtur: modo stomachus semper in hisce, palliativa quoque ferre posset. Sic in inveterata Tussi (*cum Sulphurea &c. desinunt,*) & circa Empyematum declinationem parilis est ratio. Vulnerariaque, licet Essentiæ Extraetaque Traumatica oculi Cancri, vino infusi Osteocolla, &c. quod suum est præstent, nemo tamen in ea Praxis variabilitate simpliciter rejecerit. Quid Laxativa, parca quoque dosi, in durioris, nec (*repetitis etiam*) elective suna vice purgantibus obtemperantis alvi subiectis præstent, notum est, & veteranus tunc Practicus D. Thonnerus in observationum fine inter alios jam pridem monuit.

*Ne per inconsiderata minus convenientium consarcinationem &c.*

Ceu in ejus generis formulis, utut alias sumptuosior, & circa Ingredientium coacervationem vel delectum, (*pro temporis tum more, & ante Hemontianas fulmina*) inconsideratior, jam pridem tamen selectum ibi quendam servasse cernitur Mynsichtius.

*Qui vero &c. aut Galenismum quendam data opera affectantium persuasione ducti, miscellas quales quales lubentius, quam &c.*

Hodieque forsitan nonnullibi inveniuntur, præsertim circa chimicorum polychrestorumque aliorum

rum specialiorem accommodationem minus versati, qui majoris quoque Abollæ hominibus confidentiam, (*etiam in securissimis longeque convenientioribus,*) magno saepe h̄orum damno, nec si tertius quandoque superveniat, sine propria confusione, ejus generis persuasionibus exutiunt.

*Et citra necessitatem aliquam s̄epenumero non sine repugnantia invicem commixta hodieque per frequenter ostendunt.*

Exempla ante specialiorem recensionem præstare possent usitatores seu superioribus annis seu nunc quoque Species ac pulveres: ubi Myrrha cum Amygdalis, Dactylis, Liquiritia, Galbanum, Valeriana cum Ambra & Moscho, Pyrethrum æquali pondere cum Orobo, Pyrethrum, Capsicum atque Piper longum cum Margaritis, Flores nymphæ, Buglossæ, semen papaveris (*ad scrupulos quoque expensum,*) aliaque oleosa cum iisdem reliquisque Gemmis sociata, hæque ipsæ cum Auri foliis Ambra & Moscho nimis largiter (*ceu alibi notavimus,*) hinc inde erogatæ deprehendetur; etiam in Mynsichtianis hujus generis, Rotulis insuper atque Morsulis. Trochisci Moschati oleisque saturati vulgares & Mynsichtio cordiales vitæque dictæ pulveribus suis debite asservatis plerumque remissiores sunt. De Camphoratis dicere supervacaneum putamus, &c. Omnes vero hujuscemodi compositionis modi nihilominus excusabantur olim, & quo omnium (*hic saltē daretur ratio,* ingredientium unum alterum attemperabat, conservabat, obnubebat, &c.

*Feculas quod concernit; eas equidem haut exigit apparatus contractior.*

Uti nomen illud ab Amylo, (*quo recentior expressio*

fitia Brasilianorum quorundam Yuccæ farina, ac semispontanea e Segumante Indorum arbore excussa, similiterque postmodum secundum Iuorsens Itinerarii c. 4. tractata pertinet,) & a Serpentariæ seu Dracunculi bulbosi, (cujus loco quidam cognominem, at inconvenientem Bistortam posuere,) Gerfa, ad sequiorum annorum amyliiformes Pæoniæ, Bryoniæ, Ari &c. feculas proculdubio traductum; & curiosioribus postmodum, semimucilaginosis bolaribusque, minus plerumque albicantibus sedimentis, Liliorum alborum sc. Scillæ, à Quercetano in Pharm. Ret. cum spiritu vini digestæ, Raphani rust. Iridis vulgaris &c. applicatum est. Ceu hujus fortis plura sed vegetiora è Sirupiformibus Pulmonariæ arboreæ ac maculosæ, Tussilaginis, Ononidis (*si novella fuerit, in arthritide vaga paresque alias haut evanidi,*) Plantaginisve Extraælis; vel è cochleariæ, Nasturtii aq. &c. succis, pro conservatione majori, cum quarta spiritus vini parte, (*D. Brendelii in Chim. in art. for. redact. modo*) digestis colligere quis poterit.

*Nam acriorum radicum suæ, superstites quasdam vires experienti monstrant.*

V.g. Si emplastica Amyli vis hic nil valuerit, Aro tamen id, Bryoniæ & Iridi, (*utut potissima ejus violentia in succulenta parte stabuletur,*) denegari nequit. Cæterum cum sub specifici anodynæ Parac. (*l. 7. Archidox. alibique hinc descripti,*) digestione fortuito in fermentationem aliquando incidemus, eamque non solum in Opio, sed sub Helmontiani tum voti tractatu Duumviratus, Ignoti Hydropis Dispensatoriique moder. ad Sal circulatum ubique forsitan directi) succedanea expectatione, in Helleboro quoque. Colocynthide ac restante hic Bryoniæ

niæ succo persequeremur inde usitatis eorum (*sed tamen secundum cujuslibet naturam institutis*) Extractis nil adeo singularius aut in catharsī mitius habuimus; è Bryonia vero turbatorium potius hinc quidpiam: uti quoque est ingratum è prædicto succo (*simpliciter cum saccharo confectum*) melliforme Extractum.

*Sed quia aliquæ quidem justo sunt curiosiores ple-rarumque vero loco præsentiora, commodiora dantur succedanea:*

Scillæ, Raphani &c. Et quis vel Jalapio saltem Iridis seculam certius atque securius, in unguento Basilico Gersam Amylo vel Ari secula non sup-pleat? Stomachica, Pectoralia, Uterina & præsen-tiora vel æquivalentia, ceu nota, præterimus.

*Simplex mitiorum pulvis efficacior, acriorum vero parabilior est.*

Ponamus in priorum exemplum, sed in sua tan-tum hic comparatione, Pæoniæ radicem cum cor-ticibus, aut semen pulveratum: inter posteriora A-rum saltem supradicto modo mitigatum, aut cum spiritus Vitrioli tantillo per Papaver errat: vel San-talum rubr. incarnatum: totum sic usibus suis aptum; dum è libra recentis verno tempore, (*uti & Bryonia autumnali, alias vix dimidium datura,*) pa-rum ultra tres seculæ uncias provenit.

*Terræ ejus adeo expertia deprehenduntur.*

Sunt enim & alii talium colligendorum modi; Simplicia sua interea equidem diversimode refe-rentes; quidam vix amplius; quidam aliquantum; alii, (*ut Gummi Gutta &c. vegetiora eamque lu&am-facilius perferentia purgantia, quis enim innocens im-belleque Rhabarbarum huc cum nonnullis traxerit?*) evidentius: Ita inter remissiora quoque, ex istius-

modi Lixivio vel oleo Tartari cum Santalo rubro digesto, præcipitavimus per Vitrioli spiritum Magisterium brunnum quidem & originale suum, æque ac Liquor residuus, satis respiens. Nec tamen proin quispiam tam care temere mercabitur licet è dicto liquore Tartarus Vitriolatus queat colligi; præsertim cum ipsius Magisterii exigua sit quantitas. Sic cum semiresinosum quid per Alcalia omnino simul videretur extrahi, Acetum alia vice cum Rosis rubris tentavimus, pessundatumque post filtraturam est per oleum Tartari sedimenti rubicundi, secundum proportionem plusculum; rosa ceum quamdiu madebat; exiccatum nullius momenti. Perparum vero, ut adstrictorium quid inibi distinguere vix potuerimus, cum alteri Aceti saturati parte Vitrioli spiritum instillaremus, Magisterium mage confertim, (*ceu in similibus Coralliorum, Ocolorum Cancri, &c. solutionibus acetosis solet,*) secessurum expectantes. Quod autem nunc Aluminosa attinet, proculdubio Laccæ pictoriæ, jam olim ita paratæ, debent originem, primusque forsitan Mynsichtius, (*siquidem pariles Balsamorum Tinctura ante primam Armamentarii ejus editionem haut innotuere,*) ea proposuisse videtur. De Aluminis vero complicata innoxia licet terrestreitate in Dissert. de Volatil. salis Tartari jam diximus: Superponendumque istud pro Aluminis accendentis quantitate haut difficulter forte computaverit aliquis, cum ejus unciae duodecim parum ultra uncias duas cum dimidia dent Terræ, primitus & antequam exicitur, levissimæ, diffusissimæ, ni superinfusi Aceti solutio, sapor, odor & coagulum plane fallat, simul Saturninæ. E Chermes autem granis, ut exemplo sint, secedat per lixiviale coctionem eorum dimidium: (*ceu Excell. quoque D. Schrockius*

notavit, & per simplicem quatuor unciam extractionem, cum superadditi uncia una sacchari Extractus spissi melliformis tantum tres unciae habentur.) Lacca vero denique inde confectione pondus, ceu diligentissimus D. Zwelferus advertit, duplo ipsis granis assumptis sit auctius. Quod autem indistinctius, etiam in majori Apparatu huic labori subjiciantur Cochlearia quoque, Nasturtium; atque Chelidonium min. Salvia, Majorana, Mentha &c. experientia postmodum ostendit, ipseque B. D. Rolfincius de partium volatilium tum conservatione dubitat, L. 5. f. 2. c. 3.

*Nam qui pro majori magisterii copia spiritui vini  
· sal vel oleum Tartari addiderit, Et.*

Affinia his sunt sedimenta illa resinosa, fortuita, Scammonii sc. nigrum; dum secundum D. Brendelii modum Chim. in Art. Form. red. c. 4. cum aquæ frigidæ parte teritur, majoris istius vehementia, ceu diligentissimus Vir ibi colligere videtur, caussa; in se tamen nil nisi resinosa substantia: uti manifeste si spiritu vini digerenda dissolvatur, indeque præcipitetur, deprehenditur. Sic alterum Gummi guttæ, in Magisterii hujus confectione subfidens subfulvum colophoniæ simile, ejusdem sortis est, & spiritu vini, rectificationi tamen, integre fere hinc solvitur, licet candidissimus Sala Essent. veg. f. 5. c. 7. diffidat. Alias autem, quod ardoris Spiritus ad ordinariam Magisteriorum resinorum confectionem selectum attinet, cum secum iste, quicunque vini vulgo dicunt, etiam post rectificationem graveolentis quidpiam Resinis affricet, semper frumentato hic locorum venali, nec de nuno interdum rectificato usi sumus; odore si quis post elotionem superfuerit, brevi dispente, quoad

quantitatem vero pro succorum condensatorum e. gr. Scammonii, Gumini Guttæ &c. Extraktione sextuplo vel septuplo, radicibus pulveratis ad summum decuplo (*citra supervacuas ulterius repetitarum affusionum insumptiones, istas*) sufficiente; ceu alibi ac infra notavimus.

*Magnam partem aut totum disperdet.*

Accidit id aliquando nobis in Jalapio & ligni Guajaci cortice, ut resinosis particulis, per alkalinas semiaffines assumptis ac dilatatis, (*quemadmodum in saponariis massis videmus,*) nobis nil esset reliqui. De cætero ipsa Filtratio, cum calidior quoque Liquor intra manus sensim refrigerescat, multum quoque, præsertim in semigummeis, (*poros obstruentibus,*) subtrahit, lotione, quod extraneum est, satis separante.

Ita cum Aceto vel ipsa Aluminis dilutiori solutione albicantius interdum provenit magisterium.

*Etiam cum Acidis instituta postmodum præcipitatione.*

Usque adeo; ut hypercatharses sæpe vix compescibiles insequantur, præsertim si quis hic paulo fuerit, pro cuiusvis regionis ratione liberalior: uti de Magisterio Jalapii à 17. usque ad 30. grana temere extenso supra laudatus D. Thonnerus exemplum in observationum Appendice retulit. Alias vero sub considerata exhibitione non solum Jalapii, sed etiam, (*adeo tamen rodere crediti,*) Scammonii ipsiusve Gummi Guttæ pro more tineti, breves equidem tutæ & jucundæ, (*passiva nunc*) habentur doses, ultra drachmam unam usque ad duas necessario non excurrentes; spiritu vini non tam Sirupis (*post paulo protractionem moram totum proprincipitantibus,*) quam Essentia Glycirrhyzæ violarum

rum Papaverisve Errat, saccharatæ tantillo edulcato, Emulsiones cum Amygdalarum dulc. aut seminis Cucurbitæ vel Melonum exorticati drachma una, Magisterii Jalapii vel Scammonii; granis hic locorum octo vel decem & Aquæ Cinamomi tenuioris portiuncula aliunde notæ; colore tamen jejunis quandoque nauseabundæ sunt. Siccæ vero formulæ conveniet Tartarus selectior aut depuratus Arcanum dupl. ipsius Jalapii pulvis &c. uti passim constat. An autem separatarum sic resinarum purgantium Residuo evidentior quædam vis cathartica insit, occasione Observationis 34 Hecatost.

2. Celeberrimo nunc beatiss. D. Vellchio aliquando relatæ quæsumus est. De gummea succorum seorsim condensatorum parte, Scammonii sc. Guttæ Chambodiæ &c. res videtur planior; eoque pertinet Scammonii quoque in aqua simplici vel phlegmatica quadam, (*citra supra notatum D. Brendelii tritum, tenuorem gummosisque part culis mage implicatam resinam ex parte simul abriponentem,*) Infusio Aloëisque notoria illa extractio. Nec ipsarum plantarum partiumque earum, simili separationi subiectarum, (*postquam resina hinc consueta præcipitatione separata fuerit*) reitans Liquor, per te vel cum saccharo in melliforme coagulum redactus, in Jalapio v. g. ac Turbith plane deses deprehenditur: movet aliquid; non tamen ut ipsæ radices in substantia. An autem idem etiam agat residua (*præsertim suo modo insipidorum*) lignositas spiritu Vini sufficierter exhausta, hæsitare forte queat quispiam. Superiori anno facetus quispiam expressioni prædicti Jalapii superveniens, & nunquid remenantia adhuc posset aliquid, rogitans, abstulit aliquid, periculum facturus. A drachma dimidia quædam inde tormina, alii duo (*alias tamen*

unoradicsis scrupulo facile movendi , ) nil sensere. De Turbith, Mechoacanua, similibusque idem conjecturare posset quispiam , vel gustu nonnullibi eoducente ; & quod non solum Resinosas, verum etiam gummosas simul , ( *vel magna ex parte tantum* ) inde separari, supra notatus post Magisterii præcipitationem ostendat Liquor. Rhabarbarum post spiritus V. extractionem fatiscere constat , ut adstringentibus pene associetur. Agarici aut Colocynthidis remanentiam de pristino amarore quidpiam plerumque adhuc præ se ferentem , ulterioribus experimentis relinquimus : Siquidem & in nonnullis sensibilioribus Alterantibus vestigia quasi quædam nonnunquam similiter relicta videntur, v.g.in Sabina, Hyperico, Angelica &c. Succinique hic reliquiæ aliquid adhuc olent : dum ex adverso Cinamomum , Lignum Aloës , Guajacum &c. exhausta deprehenduntur : ceu post talismodi tractationem destillationi per retortam subiecta , nec Oleum, ( *utut qualemcumque spiritum* ) dare solertissimi quidam viri dudum ob servarunt ; longeque parcius ex Incineratis Sal provenire alias constat. Quod autem remanentiæ Jalapii duo scrupuli sat valide tum purgarint , forsitan ob imperfectam resinæ extractionem contigit : uti plures (*propter menstrui paucitatem, digestionis insufficientiam, calentissimæve expressionis intermissionem,* ) de multo minori quantitate unciae questi scimus,cum è libra nobis ad minimum tres unciae provenirent .

*Collectæ ejusdemodi Magisteria resinosa , quidni curiosioribus hinc remitteremus ?*

Exempla quorundam paulo ante adduximus : & v. g. Extractum Ligni Aloës , Rad. Angel. Enulæ &c. longe hic foret convenientius ; siquidem cum gum-

gummosa parte etiam resinosi aliquid, (ceu de *Dia-*  
*grydio Brendeliano superius notavimus, institutaque*  
*desuper cum spiritu Vini extractio ostendit,*) eluitur.  
 Ita porro Tinctura Succini, oleum Cinamomi,  
 juniperi, sabinæ, &c. præ operosioribus carioribus,  
 parciорibus aut semiexhaustis talium resinositatibus  
 oppido commodiora videbuntur.

*Et cui bono cuncta Animatorum Marinorumque  
 Magisteria?*

Etiam è Lapiде Manati, Bezoar, Myns. Dente Castoris, Hypopotami, osteocolla, Osse Sepiæ, adeo alias solubili, testis ovorum Struthionis, cornu Alcis, dum hic Cervina, illic culinariæ nostræ sufficerent; è Lapidibus Percarum, lunulari, non triangulari solum Carpionum lapide, testis cochlearum, &c. Jam autem ante Glauberum quoque ex liceat: & alio forte capite agentem Helmontium hisce Præparata prætulit D. Sennertus, & subtilitatis præcipue intuitu Ang. Sala Tartarologiæ f. 1. c. 2. & Synops. Aphorismorum n. 36.

*Quamvis non quidem in Acidis, in urinosis  
 tamen spiritibus quadantenus iterum sint solu-  
 bilia.*

Quod tamen non absolute nec de omnibus indifferenter intelligendum esse, talium digestiones, solutioni tamen ac retentioni sufficientes seu respondentes satis ostendunt: ut ut jam ante D. D. Zwelferum Glaubertus F. 2. c. 9. pro Magisteriorum per oleum Tartari præcipitatorum, (equidem præ Vitriolicis præcipitationibus minus albentium) elevatione potissimum id fere urgeat: nihilominus tamen, cum ejus è Nitro fixo Alcahest omnibus subjectis non sufficeret, adeoque & Nitrui crudum

dum illiusque spiritum, in Pharmaceuticis suis adjungere cogeretur, Animalia aliaque in prædicto spiritu soluta & inde per Nitrum alcalisatum præcipitata, per quam postmodum commendet. Subigit autem talia, -imo (*quod D. D. Schröckius insuper observavit,*) plumosa quoque, seu per Vitrioli spiritum ex Aceto pessum data non solum modo ad ductus Nitri spiritus : Verum, (*si paulo videretur respectu nostri corporis violentior,*) pro quadam sui parte obsecundant etiam mitioribus adhuc Menstruis, spiritui salis Vitrioli philosophico, Veneris Zwelferi &c. ceu (*in exemplum,*) præcipitatum per alcalia Magisterium oculorum Cancri in istis, item plumosum Corallorum Magisterium in spiritu Vitrioli philosoph. digestum, instillato denuo Tartari oleo ostendit; æque ac v. g. Spiritus Salis ammon. super Cancrinum illud præcipitatum similiter leniterque saltem digestum, quidpiam per Alcalia instillata deponit. Quis enim usque dum determinaverit, quid & quantum, (*ut An & Qui, circa talem liquationem & dispensationem, tanquam conceptu profecto, difficillima pretereamus,*) de istis in stomacho resolvatur. Siquidem puræ suorum non sunt calces; sed uti Helmontius (*Solutiones tantum ejuscemodi simplicium in Acido vulgariter factas, ante artificialem eorum præcipitationem intus in tractu Dispensatorium moder. inscripto rejiciens,*) pridem monuisse videtur, Apertis iis (*etiam cum fecum quandoque rejectione*) Archeus seminalis ibi adhuc præsidet, servantque aliquam concreti crassum: (*tr. Natura contrar. nescia;* & *tr. sextuplex Digestio:*) licet in lucta illa equidem quid patiantur, aut per solventis præcipitantiive, qualem quem quoque Associationem, (*etiam A. Sale allegatae Tartarolog. loco agnitam,* Medicique judicio

per-

*permisso* ) simul aliter modificantur, evidentiores remve absorbendi invertendique vim pristinam tantisper tum semi quasi deponant. Interea tamen haut sunt penitus inertia ; ceu vel in Cervino, Corallino Cancrinoque per seculi decursum notatum est, hodieque notatur : sique (*actioni solventis ac præcipitantis*) renitentiora hæc forte putarentur, etiam in tenerioribus Asellis, Cantharidibus, Lumbricis, Viperis, &c. in spiritu Nitri Glauberiano more solutis ac cum Nitro alcalisato præcipitatis, nativarum facultatum partem in praxi deprehendimus. Ut salis volatilis illud, quod (*secundum recentiorum solertiam*) addito saturationibus Animotorum Magisteriis ana Alcali surgit, hic (*dum de Tartareis agimus,*) prætereamus. Quod autem talia quispiam perdiu accumulata retinuerit, singulari forsitan conductuum vasorum auferentium, musci intestinalis, &c. constitutione similive de causa factum esse potuit; cum passim apud Magnates ista copiosissime variis sub formulis assumentes, id haud adeo observatum sit; deglutita que marina ac Metallica post diutinam retentio nem aliquos arrosa, aliquos illæso superficie levore reddidisse videamus.

*Simplicium vires maximam partem neutiquam attingunt, &c.*

Antepileptica enim v. g. proprietas in talibus è Cranio, Alcis ungula & Cornu &c. paratis per quam exigua deprehenditur; forte quia nec in crudis semper tanta est. Evidenter in Mandibularum Lucii, dentis Apri &c. antipleuriticis Magisteriis; forsitan quia diaphorisis hic alias magis necessaria.

*Nitrofa Animatorum nonnullorum speciosiora,  
& in se bona sunt:*

Ex. g. è Talis Leporinis, Suillis, item è trianguli Carpionum lapide cartilagineo, spiritui Salis & Vitrioli philosoph. alias non obediente. Sed mediocria saltem hæc inveniuntur eo in genere.

*Ni forte pro infantibus unum, ad granulares doses &c.*

Sufficeret forte loco omnium Cervinum Eborenio præsentius, Viperino parabilius: de cætero in malignitatibus eorum, procedentibus præcipue diebus haut incommodum. Quod autem ipsa cornu solutio sub abstractionis vel exhalationis fere finem, dum posterior spiritus nitri rubedo prodire incipit, totumque adhucdum satis est liquidum flammam in cucurbita sponte facileque concipiatur, & in cineres hinc fatiscat, notum est. Sed & bacillus, experiundi vel circumagitationis caussa immensus, ardere occipit; idemque nobis aliquando cum recentiori Cervi cranio contigit; ut oleosiora proin talia imo minus quoque medullosoa v. g. Ebur, Apri dentes &c. abstractioni ad perfectam siccitatem postmodum haut adeo exposuerimus: præsertim cum ea in durioribus illis securius quandoque obtenta, inter necessariam Magisterii edulcorationem nihilominus tertia sæpe hujus pars una eluatur, per instillatum Tartari oleum, vel (*quo magis candidat,*) spiritum Vitrioli denuo hinc separanda. Per quandam itaq; quasi Præventionem dum crassamentum aliquod in fundo cum prædicto rubore sensimus, (*quod v. g. in cornu Cervi citius, in Ebore tardius contingit,*) plerumque exceptum protinus, & frigidæ immissum vitrum, quam totum tum perdere maluimus: quod Aquæ solutum

tum adhuc inhæret, & sœpe tertia Soluti pars est, relato modo (*Magisterio interea in operatione sua satis adhuc valido,*) præcipitando. Nam cum solitaria Aqua s. (*etiam maxima copia diffusa, & tribus quoque spiritus Nitri partibus subtractis*) tædiosissime tamen quædam obtinetur præcipitatio; atque v. g. ex Eboris soluti quatuor uncii, post eam abstractionem & refrigerationem Gelatinam potius quandam exhibentibus, vix drachmæ duæ subsident: dum talia, præcipue solidiora, sub priori suo pondere denuo alias redeunt. Quod autem Branchiarum Balenæ (*Jartorum Fischbein/alia intentione hic tractarum*) solutio plane per retortam transferit, inferius notavimus: idemque cum insecto quodam minori (*quod tamen memoriae excidit,*) nobis aliquando contigisse recordamur.

*Secretiora tandem pleraque licet per diversa menstrua modisque varie splendeant, &c.*

Quo fine diversa sunt observata, & à D. Schrödero ex parte proposita, jam vero D. Michaëlis & D. Rolfincii usitata menstrua. Istius plumosum, ex ana Nitri, Salis & Aluminis cum holo destillatum: cui alii simplicem vel cum Alumine Vitriolove destillatum Nitri spiritum, (*exigua scilicet, cum Sal Petrae ubique prævaleat, differentia*) substituere. D. D. Rolfincius autem eligebat tum Cohob illud Antimonii seu Spiritum Vitrioli philos. uti communiter post Mercurii vitæ præcipitationem remanet; item Phlegma Vitrioli roridum acidulum; sed parum id hic agit, instabileque deprehenditur; æque ac ipse Spiritus, Clyffus nitratus, succus Citri, petulæ, Berberum &c. præsertim diutius cum soluto suo repositi: aggregundiun-

diuntur hoc, (*quodvis pro sua natura*) satis valide at simul vel postmodo totum aut potissimum di-  
mittunt, exiguo retento. De cætero Amianthi-  
na talium è spiritibus Nitrosis aut Salinis per Vi-  
trioli (*præcipue bene dephlegmatum*) aut Sulphuri  
spirituum præcipitatorum facies & candor, è Vitrio-  
licorum horum accessu proculdubio provenit; si  
quidem si loco spiritus Vitrioli oleum Tartari re-  
cipiatur, idem in substantia coloreque cum vulga-  
ribus subsidet: Ex Aceto quin etiam simplici quo-  
que (*ceu inferius notavimus*,) æque plomo sum ele-  
gansque per sæpe dictum Vitrioli spiritum habetur  
superstante Liquore & intus Polychresto, & Ostra-  
coderina similiaque denuo (*quæ L. Crugneri in Ve-  
re Chimico c. 5. & 6. fuit observatio*,) solvente, Ma-  
gisterium sane adhuc elegantius & flocciforme ite-  
rum per instillatum spiritum Vitrioli reddente.  
Uti quoque amplius eleganter lanuginosum è Cor-  
ralliis (*quæ hactenus nobis exempla sunt*) in Cliffo  
Antimonii Nitrato, cessante fervore subsidet, à  
corpulentia reliqua facile eluendum. Incarnatum  
jucunde acidum è Berberum (*sed ultra biduum eum  
soluto suo, ne sponte secedat, haut asservando*) succo  
per præcipitationem cum spiritu Vitrioli colligi-  
tur; (*ne tamen acor cum colore pereat, non edulcorandum*) Squammosum elegantissimum eadem ra-  
tio è Magisteriis hujus generis solubilibus Zwel-  
feri, aqua s. diluto, &c. Sed enim & nitrosum  
Glauberi Alcahest in hanc classem ab aliquibus tra-  
ctum est: & licet sicca forma liquandoque Mari-  
norum lapidumque animatorum quædam solvat,  
via tamen humida v. g. oculos Cancri nec digeren-  
do nec coquendo serio aggreditur. Et quid tan-  
dem primitus circa secretum Zwelferi menstruum  
in Aceto, Agresta, Tartaro &c. non tentabatur,  
donec

ione nec altera editio V. Basiliī Dque Schröderi illud, publico explicatiū sisteret. Cæterum, si sibi le Laetēis quoque constat Helmontii (*tr. Dispens. nod.*) assertio : quod (*etiam eo loci*) superata & transmutata peregrina illa venisque hostili Dissoluentium aciditate, soluti Lapidē pulvis maneant it ante &c. adeo magna præ aliis usitatiōribus gaudere vix poterunt prærogativa ejusmodi Solubilia hinc Magisteria. Quod vero Spiritum ipsum seu simplicem seu sulphuratum attinet, revera post aliquot adhibitiones debilitatus deprehēlitur ; imo in confectione Tincturæ Martis adtringentis Zwelf sub prima abstractione per quam satiscit : ceu alibi notavimus. Et sane, quo solubilia existant, salinas Menstrui particulas, (*sive Acetosæ sint, sive simul Tartareæ volatiliores ex acinis inversæ, utrobique interea hic concentrassisimæ,*) Soluto proportionaliter adhærere opido necessum est. Si porro Aceti destillati loco simplex recipitur; Vini, Pomacei, Hydromelis; procedit quidem etiam aliquousque : & dum v. g. libra una semis Æruginis in duodecim istius libris coquendo soluta, viridissimus liquor, (*remenantibus uncisi novem feculentiae,*) per filtrum trahitus, & (*ne penetrans aciditas simplici evaporatione frustra disperdatur,*) ad trium fere librarum remenantiam per retortam lento cinerumve igne prius abstractus est, intensiori tandem libræ duæ unciæque tres vel quatuor spiritus una cum olei præterpropter drachina è vini pomaceique (*dum Melleum hic nil dat,*) Aceto proveniunt, Aceto destill. comm. longe validioris, quæque spiritui Veneris quadrant, equidem solventis, sed longe parcior, ac vix (*bujus respectu*) dimidium: Post abstractionem demum debilissimæ, ac quendam

dam Mellis Mannæve spiritum tunc resipientis.

*Quandoquidem alias compluribus sapor præter necessitatem aduersior & vix declinabiles &c. hinc exurgit ingrate stipticus;*

Atque hoc etiam v. g. Magisterio Corallorum rosato Myn. similibusque contingit, ut aut aduersus (*nec jucunde acidus*) sapor relinquendus, aut color, qui etiam Floribus Papaveris errat. conciliari poterit, eluendus sit. Pariter se habet cum Magisteriis spiritu Veneris, rectificato quoque confectis &c.

*V.g. Diaphoretico adstringentes particulas, strin-  
gendo roborantibus aperientes &c.*

Atque hinc proculdubio ex.gr. Magisterium cornu Cervi per spiritus Nitri abstractionem pure vel maximam partem supra dicto modo paratum præ alio, simpliciter tantum ac totaliter per Vitrioli spiritum præcipitato; item Magisterium Corallorum plumosum præ vulgari in competentis adhuc sibi operationis consecutione præsentiora deprehēdimus.

*Cui bono tandem tot Mineralium ac Metallico-  
rum Magisteria;*

Etiam hodieque è Magnete, (*inter tot Martialis Lapide calaminari, (dum Antimonialia emetica securius satisfaciunt,)* Pisolitho, Thermarum concrementis, contumaci illo Talco, Tutia, Lithargyrio, (*inter puriora Saturnina a'ia,*) &c. proposita. *Imprimis autem tot ac tantæ eorum variationes.*

Cum supra de Antimonio diaphoretico ejusque affinibus exemplum adduximus. Mercurius, saltem ex Aqua fortii, (*ut alios modos prætereamus*) præcipitatus apud laboriosissimum D. D. Schröderum alibique proponitur albus, flavus, incarnatus, ruber;

Tur-

Turbith minerale Crollii, Mynsichti, cum liquore silicum Glauberi &c. Pluresque talium secundum præcipitantium diversitatem in colore variationes curiosas superaddidit in Hippocr. Chymic. D. Tachenius. Hucque diversi Martis Metallorumque Croci pertinent. Ceu de cætero hos, Præcipitatorumque seriem Alii pridem ad hanc clæssem merito reduxerunt: D. Libavius autem, Logicæ Ramicæ tum deditus, diffusoribus distinctionibus exotericorumque per eas insertionibus nimium in Alchimia sua auxisse videtur. Quod vero & hujus demum Sortis solubilitatem attinet, Antimonium Diaphoreticum ex. gr. in Spiritu Salis, Magisterium Saturni, etiam sale communi (*Luna cornea modo*) præcipitatum in Aqua forti, in eadem porro aliquantum, largius vero in spiritu Nitri (*cum sale*) composito Joviale illud, Fabro Sudoriferum maximum dictum, Crocus metallorum vulgaris ipso Aceto simplici, (*uti parati hinc Oxy sacchari emetici subsidentia aliquandiu post testatur,*) Crocus Martis sulphuratus in quibuslibet acidis Menstruis solvit: & quod etiam in ventriculo, (*licet pro ejus elevatione insolubiliorem quoque Glauberus F. 2. c. 9. dicat*) vel Excrementa in plerisque inde nigricantia testantur.

*Et varias solum, saepeque mirandas mutationes inde subeant.*

De prædicto Antimonio notorium hoc est; & ut per simplicissimas Præparationes modo Emeticum modo Diaphoreticum prodeat.

*Ad summum forsitan quinque vel sex hujus generis pulveribus &c.*

Imo diffusori apparatui duo triave per nos superaddantur, ut v. g. internos in usus ex Antimonio hu-

hujus sortis duo, duo Martialis, Joviale & (*inter Solaris alicubi forsan optiones.*) Lunare unum, uniusque (*maximam partem topicum*) Mercuriale habeatur.

*Nec opus est, ut ejuscemodi producta, eorumque & que ac tot Florum Sublimatorumque variationes.*

Etiam hinc inde excessivas. Nam è Corallis quoque atque Margaritis Flores, etiam cum sale Ammoniaco (*neutrius destinationi adeo quadrante*) conquisiti: è Camphora porro: quod tamen, secundum recentissimam colligendi præsertim curiosissimi D. Brynii Tomi 4. Eph. Germ. relationem, tenerimi jam sublimati repetita tantum sublimatio est: ex Arsenico & Rubiniformes ex Aripimento, exercitii Chimici potius quam serii usus medici gratia. Tot diversicolores Antimonii, apud D. Schröderum, A. Salam &c. & quos R. Glauberus majoribus plerumque impensis ac promissis quam successibus in primo suo Furno, è Mineralibus atque Metallis, non sine multis experientiis, (*inter eas effumationes, dispersiones, prunorum suffocationes, separationes difficiles,*) molestiis confidere docebat; tandem etiam Furni 2. c. 26. ex ipso Ceraunochryso. Frustraneas nonnullorum sublimationes repetitas, reliquorumque Sublimatorum & Corallinorum Arcanorum seriem studio præterimus. Odiosum adeoque instituto superioribusque nostris de coincidentia in idem medicamentum adassertionibus contrarium foret, si à Basilio Valentino usque ad Cunradi Medullam destill. Kesleri Centurias, Tenzelii Exegesin, Hartmanni Praxin Chym. & commentaria &c. secretissime haetenus denuo habitorum plurima in ejuscemodi

di scriptis jam designata ostendere quis voluerit. Saltem in hujus classis exemplum sit Mercurius præcipitatus Vitriolatus fixus dulcificatus, in recentissima Kesleri editione bis, numero sc. 143. & 164. hinc à D. Schrödero c. 15. n. 14. descriptus. Cum eo secundum Magni cujusdam Amici communicationem plane idem est famigeratissimum illud celeberrimi notissimum hinc Medici Antipodagricum, nisi quod ante spiritus Vini cohobia, ter prius aqua albuminis ovorum abstrahatur: de quo pluribus forsitan inferius. Sic in D. Hartmanni notis ad Crollium alibique, & inde apud D. Schröderum c. 1. numero (*inter præcipitatum cum Metallis*) primo habetur D. Riverii Febrifugum; si sibi constat, meritissimi D.D. Rolfinpii (*antiquitatem hujus pariter notantis,*) Chimiæ L. 5. f. 6. c. 12. descriptio: Nostris hic locorum, cum in durioribus quoque experiri vellemus, plerumque vehementior. Si autem per tot contestationes certior deinceps fuerit superius laudati P. Christini compositio, l. 3. Arcanorum Riverii p. 69. relata: Vitri hiacinthini, & florum Antimonii cum Ammoniaco ter sublimatorum ana unciam dimidiad, in Aqua forti dissolutam, Mercurii porro, è Cinnabari revificati uncias sex, similiter in Aqua forti solutas, & Auri demum (*e Cechinis Venetis aut Ungaricis*) præterpropter unciam unam in Aqua regia resolutam recipiens, ut à tribus hisce invicem mixtis Spiritus per retortam cum duodecim cohobiis abstrahatur, Pulvis aquis cordialibus aliquoties abluatur, sexies hinc de super spiritus Vini rectif. cohobetur, residuum per trihorium in crucibulo igniatur, tandemque abstractus Vini spiritus super id deflagret: Dosi à granis sex ad 20. etiam cum 12. granis, usque ad 25 Magisterii vel sulphurum Scammonii:

Larga sane similiter dosi, & quam nostratum quispiam temere vix aut non, ii vero, qui in chirurgicis quoque quidvis ibi sustinent, facilius forte tulerint, aut post sinistriorem eventum pro Chemicorum remediorum indifferenti virulentia allegarint. Ut abstracti prius, adeoque acidis particulis, (*quarum tamen separatio intenditur*,) vix hinc destituti spiritus Vini deflagrationem prætereamus. Cæterum quod reliquorum hujus classis circa Titulos, colores &c. variationem attinet, exempla passim in Chemicis nonnullorum designationibus inveniuntur; & generosiores quoque Medicos quandoque humani hic quidpiam passos cernimus. Calomelani cultissimi D. Riverii paulo ante facta fuit mentio. Antidotus Quercetani (*per quam hoc in genere liberalis*) Lysiponos Antimonium est diaphoreticum paulo protractius calcinatum, aut Cerussa Antimonii diaphoretica D. Schröderi. Antidotus polychresta ejusdem, si secundum laudatum modo D. Schröderum sicca forma adservetur, vix aliquid ultra Mercurium vitæ; Anima Vitrioli Mynsichti, (*per totum similiter hic nimis*,) croco Vitrioli Martis usitata longe inferior. Candidissimus alias à A. Sala nihilominus in Scriptorum suorum appendice, (*de Erroribus in Preparatione Medic.*) de duretate & materia Perlarum, Sole diaphoretico per sanguinem Draconis chimici præparato, Thyro ab Aquila rapto & à Tartaro liberato grandius quid loquitur. Quod tamen postmodum D. L. Combach quaternione de istius Antidoto pretioso pariter obscurata edito, intelligibilius fecit. Ut sequiorum seu nimis olim hic Paracelsizantium Arabicas magie Barbaras inscriptiones, seu alias è titulis præter rem quid affectantium compositiones taceamus: v. g. Fioravantæ olim Lapidem philosophorum;

rum; id est, Mercurium præcipitatum, particulæ croci Martis, (*cum Aurum additum Aqua ejus fortis vix solide attinget,*) sociatum: Bovii Herculem, Angelo Salæ per quam quidem commendatum, jam olim tamen notissimum, & à posterorum Aurora vitæ parum differentem: è recentioribus Azoth Heslingii parochi in vicinia officio depositi, adhuc dum hic locorum & in Ducato Würtembergico vel è mordaci scripto noti. Excellentiss. D. D. Michaëlis in prælectionibus pro Mercurio cum Sole & Luna præcipitato aliquando habuisse docebatur. Sed perquam de accessoriis hisce dubitamus, nota nobis paupertate hominis, in hoc quidem plane apostolici: Aurum enim & argentum non habebat. Alia hujus sortis suo loco adducemus. Sic quoad colorationem, ejuscemodi Remediorum Tinctoriaras non rejicimus: siquidem contra incompetentes & à professione nostra alienos inquisitores ita obnubuntur, atque ægrotantibus semetipsa eo magis commendant: sed nimia tantum hinc promissa, majoremve ob partis forte gravi accessum, expectationem. Nam v. g. Rosa vitæ mineralis A. Salæ peculiari quaternione adeo commendata, à D. Tenzelio (*circa colorem interea fere hæsitante,*) postmodum in Exegesi protracta. D. Rolfinio olim è Brendelii c. 7 in prælectionibus, & tandem l. 5. chimiae, s. 6. c. 14. clarius tradita, post abstractionem additamenti quasi mentalem in essentialibus suis Mercurius vitæ est; æque ac Magisterium Coraliorum rosatum, pæoniatum D. Mynsichti, Rolfinii &c. ab ejus processus Plumoso; Pulvis Scammonii polychrestus s. santalinus, Scammoniumque rosatum, Gummi guttæ santalinum aut rosatum. Eorundem ab ipsis simplicibus depuratis illorumve Magisteriis parum in effectu differt.

*Cui bono tanta saltum vegetabilium fixorum series, &c.*

Nam in recentissimis quoque Taxis ac Dispensatoriis Sal Perfoliatae, Plantaginis, Acetosellae, Borraginis, Buglossae, Altheae, Malvae, Satyrii (*ad conceptum,*) Cinamomi reliquorumque Aromatum, Liliorum convall. ac consimilium volatiliorum, carminativorum, scorbuticorum &c. item Melissae Chamemelique utriusque sal seorsim legimus. Et quanta porro est cultissimi Mynsichtii etiam in compositis facilitas? dum praeter Panis triticei Sal in speciebus Diasaturni, Apoplecticum quoque (*ex Eruca quoque, Cerasisque nigris,*,) Epilepticum, (*e palma Christi, cineribus volucrum &c.*) Pectorale, (*è Liquiritia, Althaea, Consolida majori &c.*) Cordiale, stomachale ac Carminativum ex Aromaticis, Croco, Cydoniis &c. proponit: ni generalis vis incisoria in subjectis quibusdam una requiratur, promissis destinationibusque hic suis certe longe inferiore. Num sc. simultanea partium simplicis sapidarum, præcipue fixorum, (*inter deflagrationem*) colliquatione, unione, alia configuratione &c. prodeant. Quæ recentior doctissimorum Viroruin, & inter hos etiam Wedelii (*Pharmac. in Art. for. l. 2. f. 4. c. 4.*) videtur sententia. An vero, (*quod post D. Takenium aliis quoque pariter Doctissimis, etiam è Helmontii quibusdam locis complacuit,*,) ligato potius Sale volatili ab Acido quodam; diversimode licet, & quandoque forsitan profundius requisito: dum obscurior adhuc appareret talium proportio; & Producti per similem (*salsi acidi que*) mixturam sapor foret alias; superficialiorque, (*ceu vel Tartari oleo passive disjiciuntur,*) consociatio; manifestior denique post disjunctionem restantis Acidi deprehensio, (*ceu alibi colle-*

collecto per Tartari Nitri que deflagrationem Alcali denuo moneamus;) ac Sulphuris insuper mineralis (*in accessorio suo acore*) oleosarumque vegetabilium particularum, salia sui generis volatilia promptius amplectentium haut exigua fortassis disparitas. Ut Enixi Experientissimi D. Barneri Salis speciem quasi quandam tacite hic supponi prætereamus. Aut demum & tertio, num Alcalia ista, inter disgregantis Ignis turbas, è salis volatilis parte, arrepto vicino sibi Sulphure (*secundum Blas kumani Helmontiani §. 43.*) quasi ligata exurgant: perque sulphureas ibi particulas oleosæ quatales tantum intelligentur; quod è dicti tractatus §. 38. (*præter Alcalinorum cum illis intimiorem pœ acidis amicabilitatem,*) non sine specie quadam colligeret aliquis: utut interea complicatæ pinguedinis (*ceul. c. loquitur*) proportio similiter indeterminata tantisper maneat: adeoque hinc nihilo minus per destillationem multa residuæ oleositatis pars prodire queat, æque ac in deflagrationibus cum alia salis Volatilis poitione, (*mage forsan perfunctoria vel aliter proportionata hic copula,*) in fuliginem abit. Imo ulterius hæc novi Luminis c. 2. videri posset extendere Polemannus, (*Helmontianorum alias satis gnarus;*) sc. ad transmutationem usque sulphurearum in Alcalinas particulas: ni paulo durius hic (*si Helmontii loca, salisque è Resinis consimilibusque paucitas conferantur,*) effatum c. 5. modificaret, & plane secundum supra allegati Blas Humani §. 38. explicaret.

*Et multa inter se copia, coagulo, figurazione, verum etiam effectu quadantenus hinc differunt.*

Ita vero Gramen, Borago, Beccabunga, acrisque (*forsitan liberioris sic salis volatilis*) herbæ spleneticæ, Tilia, Fraxinus, Abies, &c. respective

parum dant. De Ligno sancto, Helleboro simili-  
busque egit in Mantissa (*deductaratione e præpollen-  
te particularum salinarum nitrositate*) Zwelferus:  
Et cum per unum alterumque Annum animi gra-  
tia collegissemus hactenus è candelis pro fumo, ad  
imitationem Mynsichti (*sed simplicissime tantum,*)  
è Styrace, Benzoe ac Ladano cum mucilagine  
Tragacanthæ formatis Cinerum duas tandem uncias,  
vix habuimus inde crassamenti salini flave-  
scentis Scrupulum dimidium, odore tamen ac sa-  
pore, præsertim primitus in Lixivio, simplicia  
sua satis, referentem. Ex adverso, ex Absinthio,  
Carduobened. Artemisia, Millefolio, Chelidonio,  
Ononide &c. equidein copiose provenit; ut id ge-  
nus cinerum satis albentium, (*quo facit, si perfun-  
ctoria saltem combusti, denuo Arena loco Capella in  
destillationibus indantur;*) Libra facile præbeat sa-  
lis sat puri & alibi uncias præterpropter quatuor:  
ceu circa talia versatis alias notum est. Ita quod  
iòsum coaguluin diversamque Configurationem  
concernit, Ononidis v. g. quasi arenosius est, te-  
nerrimum in Borraginis, foliatum quasi Chelidonii  
majoris, unctuosius. Centauri minoris; quod insu-  
per pulveris Pyrii instar accensum strepere notavit  
Hecatostæ I. observatione 25. Celeberrimus D.  
Velschius: ceu antea idem in Extraicto Ligni Gu-  
jaci D. Zwelferus in Append. & nos aliquando in  
Carduobened. decocto inspissato, (*post aliqualem  
asseruationem nitrosis speculis affluentissimo,*) igni si-  
militer per crucibulum postmodum exposito. Dum  
autem iste Carduus, Absinthium ac consimilia, (*in-  
tus nitrose salina, oleosis quoque particulis satis simul  
instructa,*) nihilominus plurimum Salis fixi dant;  
circa universalitatem rationis, superius de paucitate  
aliorum à D. Zwelfero datæ, hæsitare forsitan hinc  
posset

posset quispiam. Ideales vero illas simplicium in congelato Lixivio Figuras, à Quercetano (*Herm. Med. defensionis c. 21.*) usque ad & ultra Borellum, (*Cent. 2. Observ. 21.*) nonnullis hodieque traditas, invenire hactenus haut quivimus; phantasia forte nostra non adeo extensibili. Advertit id pridem curiosissimus Boyleus *Dissert. 2. de Experim. frust.* nec ante cum Helmontius, Cineribus Ens seminale figurativum, Archeo, (*qui inter deflagrationes hic ablatus est.*) debitum, denegans, concoquere potuit; toties (*in Tractatu Formarum Ortus, ad Dispensatorium mod. inscripto,*) in Quercetanum invectus. Depinxit è Cellæ janua accidentarium hujusmodi Phænomenon diligentissimus D. Regius Fundament. *Phyl. c. 6.* Totaque die in conglaciata aliquousque urina videmus Filicis, Polypodii vel etiam Abietis foliola, picato tamen vase pro potu, lentis haut usi: Et in Aquæ s. superficie, cui non solum Tartarus pulverisatus, verum etiam Corallia oculi Cancer. Conchæ &c. levigatæ superinspersa (*cum aliquali agitatione*) fuerint; imo in ludicro illo Puerorum liquore pro bullis saponario, eosdem botros, ac qui è Tartaro cum proprio Sale cocto (*essentiali tum resolutione*) provenire dicuntur. Ita nec Alcalium sementa unquam frugifera comprehendimus; utut sat pura Millefolii, Chelidonii & Artemisiæ (*tanquam herbarum cuiusvis fore soli,*) Salia terræ, ad id quoque præparatæ, hactenus aliquoties crediderimus; præcipue recentiorum P. A. Kircheri in M. S. autoritate, & curiosissimi Dn. Rochas tr. de Aquis Mineralibus, bina de Urticæ simplici saltē, vel inspiſati combustique Succi Sale contestatione moti. Nam P. J. Fabri Alcali, in Panchymici c. 2. ad ignem fluens, (*indeque commode à D. D. Wendelio Phar.*

art. l. 2. s. 2. c. 4. *notatum*,) profecto singularius fuerit. Et quod Serenissimo nostro superioribus annis Illustriss. Comes D. H. referebat : Cineres sc. radicum Graminis Offic. aut filamentorum Turffis implicatorum terræ inspersos, tenerrimum dare gramen : æque quispiam (*dum in Pinetis fortuito, aut Frutetis alibi data opera, agrorum hinc formandorum causa combustis, tale resuscitativum temere vix deprehendatur*) ad primam quasi communemque Terræ (*præsertim lætamine hoc, alias Pratis destinato, eo que penetrantiori suscitatae*) inclinationem referre posset: ceu inter penitus accidentaria, (*in notoria varia que talium ad distantiora quoque delatione,*) Dn. Febure, medium Helmontii Vitam, Formamarumque incorruptibilitatem pro se part. 2. c. 9. Manud. Chim. hic adducentis, Fœniculi ex ipso elutriato jam cinere germinationem. Cum diversissimorum seminum, simpliciterque saltem destillatorum residuum toties hinc inde disperserimus, nulla tamen talium propullulante hinc plantula : ut D. Highmori D. Anat. l. 1. p. 4. c. 5. & ante cum aliorum Decocta (*præteritis inter ebullitionem nonnull's*) superficialiora, & Nucistarum (*postquam ab aribus cum cortice devoratae & iterum excretæ*) nihilo minus (*Saar c. 5. Milit. Indicar. Neuhoff Leg. Tart. p. m. 360.*) reviviscentium ad instar fuerint. Sed hæc, ceu quoque Semina fortuita in Aqua s. vel destill. saltis alte surgentia, teneioresque Menthæ, Melissæ &c. stolones radiculas tandem in ea agentes directe hic non pertinent.

### *Requisita tamen Alcalium adoptatio vel prædestinatio.*

Nam Quercetani aliorumque de indifferente, eminentiore, imo resuscitativa specificarum vi-

rium

rium possessione hyperbolen, (*Spag. med. def. c. 23.*) jam pridem agnovit A. Sala, *Tartarol. s. 3. c. 2.* Quandam tamen nihilominus participationem ibidem admittens. Num è Helmontii *Tractatu Blas Human.* (*ubi suam Alcalibus ponit Rempublicam, & §. 42. Sal alkalifatum denuo volatilisari dicit, manente concreti proprietate,*) eadem similiter deduci quadantenus queat; (*cum Tractatu Potestas Medic. alib. que saponaria ac resolutiva, seminali vero virtute orba ponit,*) inquirere nostri non est instituti: id vero tot annorum versatorumque in *Praxi Vironum* experientia certum, quandam inibi circa effetum, (*Alcalium tamen naturæ generalibusque proprietatibus conformem, in Diaphorisi, diuresi, vi antifebrili, aperitiva &c. (pro variantium hic, eoque declinantium simplicium ratione)*) differentiam deprehendi. Ulterior enim extensio ut plurimum ipsi eorum destinationi simul repugnat; & de proprie Antepilepticis, cordialibus &c. superius modo dubitavimus, ceu jam olim, cum Cichorii, Acetosæ, Acetosellæ Sal simplex, (*eminenter enim Vitriolatorum, ceu D. D. Rolfincius l. c. c. 6. habet, alias tum esse potest ratio,*) nobis ut attemperans aut refrigerans Hepaticum commendaretur; quo titulo in *Manuali quoque Practico materiae Medicæ Schrönb.* legebatur. Purgantia, speciosa licet, pridem tamen alii, & novissime curiosissimus D. Rhedi tr. de Viperis notavit, cum in *Adstringentium etiam alcalibus vim, ceu D. D. Rolfincius l. 5. s. 1. art. 1. c. 3. limitavit, abstersivam, si ad ziis darentur deprehendisset.* Proculdubio autem (*uti quoque Excell. D. D. Borrichius Sap. Egypt. p. 2. c. 4. advertit,*) assertæ hodie dum Aliquis uniformitati ansam dedere excessivæ talium, (*pro more acquirendoque majore candore,*) Calcinationes, quod

è simplicis sui prosapia absorptuin quasi restitabat, teneriusve erat, sub indifferente Impuritatum nomine dissipantes, ut facile quarta pars primo minusque albenti coagulo, vel prima vice decebat, & diversa insuper particularum invicem hic complicatio vel conformatio invertatur: quo equidem demum vulgari Tartari Sali, præcipue in acredinis intensione, magis magisque accedant; ut tamen ne sic quidem disparitatem supradictam penitus exuisse videantur: ceu v.g. Mercurii atque Martis (apud D. Tachenium H. C. c. 7. & 16.) per vegetabilia satis, (vel Absinthii ibi exemplo) alcalisata salia nihilominus diversicolor præcipitatio (proculdubio pro variante adhuc residuarum, præsertim sulphurearum particularum participatione intensior vel remissior,) persuadere posset; quemadmodum & varians talium concretio, seu configuratio; ac supradicta in Gummatum quorundam cineribus observatio: si forte supernatans, in Tartari Vitriolati confectione, qualiscunque sulphureitas accidentariæ retentioni aut tantillum oleositatis, quod sub violentiori salis Tartari, Aceto destillato saturati destillatione plerumque provenit, Aceto absorbenti æque, ac ipsi Sali adscriberetur: licet posterius in pure Acidis profecto difficilius ac tardius contingere videatur præ mixtis illis, urinoso volatili simul constantibus spiritibus, Tartari v.g. Mannæ, Mellis, Lignorum duriorum &c. post destillationem & diligentissimam Filtrationem nihilominus denuo, (præcipue Tartareus,) multum viscosæ oleositatis deponentibus. Experientia interea dictorum Alcalium disparitatem, quodque ex.g. sal Absinthii evidenter, antifebrile ac diaphoreticum quam (quod alicubi opponitur) Sal Tartari commune sit, ostendente.

*Nihilominus ultra duo diaphoretica & diuretica  
vix ac ne vix quidem requirit.*

Siquidem communes Alcalium Proprietates sunt incidere, abstergere &c. adeoque nec Affectus nec ipsa Medicatio, ubi qualitates istae non quadrant; Salia ex appropriatis simplicibus seorsim exigent: nec per istorum admixtionem felicius tractabuntur: ut si v.g. Opium, in quo tamen vim incrassandi, sistendi ac demulcendi quæriimus, stimulantibus hisce; (*præsertim in vomitu, vel diarrhæa symptomaticis, dysenteria, &c.*) pro utualium Liquorum vel Tincturarum confectione; (*quo Glauberi Alcahestina correctio è 1. parti Operis miner. referrit quoque posset,*, indifferenter sociaretur.

*Præsertim in ea Nitri, eo varie facileque disponendi parabilitate.*

Uti sunt Nitrum fixum commune ac Glauberianum, Antimoniatum è Diaphoretico, & magis fixum è Croco metallorum, Sal polychrestum è Sulphuris ac Nitri deflagratione Glaseri, Arcanum duplicatum &c. partim diaphoresin, partim diuresin magis sollicitantia.

*Catholico, è symbolizantibus aliquot aperitivis ac Sudoriferis junctim concocto feliciter acquiescent.*

Dum alias Tartari sal, Nitrum fixum similiave polychresta nomini non suos in usus quasi parergas proveniunt. Id vero pro lubitu combustis invicem aliquot parabilioribus Hydroticis & aperitivis spleneticis, Absinthio sc. Artemisia vel Millefolio, (*Sale jam Tartarol. c.l. equipollente,*) Fumaria Chamædry fœm. Chelidonio maj. &c. facile tum forteque instituto nostro convenientius, quam si

cum aliquibus indifferenter omnia, vel cariora quoque, parciorisve salis simplicia concremarentur; aut Aquarum spleneticarum, diureticarum, sudoriferarum, per Vesicam abstractarum Remanentiae, ab affuso Liquore perquam exhaustæ, (*similiterque longe minus hinc, ac competentium particularum hacten exiguo sic destituti Salis dantes,*) huc adaptatae fuerint.

*Simpliciter sic, &c citra repetitas fusiones.*

Vel si aliquanto minus albens displicuerit, solutione tantum ac filtratione depuratum: utut hic quoque modus partem forsitan non adeo inutilem subtrahat; indequc eam candoris affectionem in privata Praxi semper neglexerimus: Ceu alii cum Crugnero in Vere Chim. post sufficientem exhalationem, plane hinc forma liquida Tincturæve instar adservare voluerunt: cum salia ipsa alias in vehiculo solvi debeant, ultimamque sui partem, (*communi via aut tandem effundendam, aut si una exicetur, coagulum ad deliquium mage disponentem,*) ita perdant. Verum ejusmodi (*necessario*) fusiones doles reipsa ingratiores sunt, ipsaque residua, minus coagulabilis pars, tanquam sale longe magis alcalisato constans, tantisper forsan posset negligi; vel eorum exemplo, qui Talia sponte repetitoque *facilias tecto statim vase, instillata spiritus Vini particula, &c.*) crystallisata colligunt.

*Nec tamen, qui ad liquabilitatem eo magis impendiendam, &c.*

Nam & modo dicta, in vesicis desuper sat muniantur, humidiuscula tandem in udo fieri incipiunt; præsertim si è vitis prolapia fuerint; v. g. quod è Sarmentis eruderatisve eorum caudicibus confit.

*Pulverisati sulphuris cochlearia aliquot flagranti-  
bus herbis inspergit potius &c.*

Siquidem sub anatica quoque Sulphuris ac Cine-  
rum proportione nihilominus permultum non  
coagulabilis, aut in granulatum Sal redigendi Li-  
quoris, (*quem dein communi Tartari oleo citra perce-  
ptibilem hujus huic variationem addidimus,*) rema-  
net, ut exiguo hoc herbis tenuiter hinc inde insper-  
so semper contenti fueramus; ceu olim Hartman-  
nus aliique, inter secretiora tum habentes, aut pe-  
ne hyperbolice commendantes; D. Zwelfero quo-  
que moderationem mixturam in notis ad mantif-  
sam p. 453. tandem admittente. Ut sane consum-  
pta usquedum haut exigua talium quantitate, vim  
diaphoreticam & antifebrilem inde remissiorem  
non deprehendimus: imo nec ipsum ejuscemodi  
Sal, è primo nigricantique incineratarum herba-  
rum coagulo cum ana Sulphuris (*inter erumpentes  
aliquas quasi nitrosas scintillulas*) ustulato extractu  
è dicti primi coaguli unciis duodecim, per præmis-  
sam hic filtrationem, sæpe vix uncia dimidia, ad  
summum drachinis sex crassamenti tunc seceden-  
tibus: quemadmodum absorpti quoque & in Lixi-  
vio hærentis Sulphuris, (*alias innoxii,*) potissima  
pars inter hujus evaporationem, (*aque ac Nitri fixi,  
et Croco Metall. vel Antimonio diaph. superstitis coagu-  
latione contingit,*) sponte ac flocciformiter subsi-  
det.

*Quamvis Sal oppido hinc aliquantum ligatum vel  
alteratum &c.*

Ut ad Enixorum classem sic pertingat. Sed ho-  
rum saturationa quoque nihilominus videmus dia-  
phoretica: v. g. Arcanum dupl. Sal supra dictum  
polychrestum, aut Glauberi f. 2. c. 53. è pulveris

Pyrii remanentia separatum &c. quo longe profusioris mixturæ Tartarum Vitriolatum, Crollio aliquisque, nec præter rem, expresse simul diaphoreticum, volatilia præterea salia, per Vitrioli quoque spiritum Glaubero jam fixata prætereamus; & quod, qui Alcalia per Acidorum concursum produci statuunt, modum hunc eo minus rejicere posse videantur.

*Admixtosque salis Armoniaci flores perforens exeat.*

V. g. in Sale antifebrili Myns. similic recen-  
tius alicubi proposito: ubi sive simpliciter mixta re-  
ponantur, sive novum solutorum ingredientium  
coagulum tentetur, sal Volatile pro more per quam  
evaporare percipimus: dum inter sulphurata quie-  
scit, prætentiori simul effetū.

*Qui denique specialius in certas circumstanias,  
Alcali suum per sensibilia additamenta de-  
terminare intendet.*

In evidentiorem sc. Diaphorisin, Diuresin, aut  
aperientium attemperationem quandam in ebullitionibus.

*Nitri Spiritu vel Aquæ forti pro more saturare  
poterit.*

Ceu plus vice simplici sal Cardui bened. vel  
Absinthii, sed cum domi destillata, aliasve per in-  
nocentes abstractiones emerita ita paravimus; in-  
noxium hinc sane; uti si de Vitriolicis particulis  
quid una surgeret, accessio ejus pariter, vel Nitri  
Vitriolati Myns. Salisve Nitri compos. antifebrilis  
l. 5. f. 1. artic. 2. c. 8. Chymiae Rolfinc. exemplo  
foret innoxia. Licet indifferentem hinc, specialio-  
ri que destinationi seorsim non præscriptam Phar-  
macopolarum quorundam ejuscemodi combina-  
tio-

tionem merito interea taxet l. c. D. Zwelferus. Requiruntur autem pro dimidia Salis libra (*in s. q. aquæ f. soluta*) spiritus Nitri levioris unciæ præter-propter tres, fortioris duæ : atque sic de Aqua forti quoque : & habentur inde coaguli nitriformis siccii, (*in charta tamen tractu temporis madentis,*) unciæ septem, aut pro puritatis ratione paulo amplius.

*Pure lixiviosum Sal potius exigentibus, semper  
convenit :*

Ita degeneres è Tertianis Quotidianæ Alcâlia simplicia vel sulphurata, Arcanum duplicatum &c. facilius è salino genere terre videntur. Nec in symptomaticis Malignarum Diarrhæis ac Vomitis Nitrosa hæc, (*licet al. as sat efficacia,*) uti nec Nitrum ipsum in Mixturis refrigerantibus, adeo conveniunt.

*Nihilominus facilior præsentiorque est hujusmodi  
ligatio seu saturatio, quam quæ cum aceto de-  
stillato sit.*

Alia proculdubio, & ceu Nobiliss. Boyleus quoque Tractatu de Nitro advertit, forte superficialiori (*qualem etiam inter Tartarum Vitriolatum & Alcalia sulphurata comparationem similiter instituere fortasse posset quispiam,*) Nitroforum hic copula. De cætero quod prioratum inventionis hujus Regenerati Nitri attinet, jam ante Glauberum quoque, D. D. Rolfincius nobis in prælectionibus ac manuductionibus Chimicis Sal Cardui bened. spiritu Nitri saturatum ostendit. Utpote in diaphorisi penetrantiore, sique laboriosi Aceti destill. pondus (*ad octuplum sæpe, pro acoris ratione extensum,*) spiritui Nitri saltem cum Alumine destillato conferas parabiliore nitrato hoc sale, præ allegato,

ab A. Sala in Essent. Vegetab. Appendice descripto, & perquam in deliquum prono Oxsaccharo. Vegetiora pro diaphorisi sunt Alcalia cum proprio vel analogi Vegetabilis Spiritu acido saturata, & à modo memorato Glaubero F. 1. c. 26. aliisque postmodo admodum commendata: ni propter Spiritus empyreuma ut plurimum ingratiiora existent.

*Saturatio vero cum Salis spiritu nonnullis eodem fine instituta inter tot acceptiora Diuretica profecto nil singulare.*

Talia etiam è Fraxino, Junipero, Mentha, Portulaca marina, Sarmentisque vitium, Magisterii Titulo (*libr. & sectione sapis citatis c. 7.*) proposuit D. D. Rolfincius: aperitiva in suo genere. Nimirum vero tribuisse videtur ipsi Salis spiritui, super sal Absinthii similiter coagulatato Mynsichtius; nemoque forsitan tantum renovativum ac Cordiale, præsentaneumve in Dysenteria, Apoplexia, Paralyysi, Hernia &c. auxilium facile invenerit. De cætero supradicta, moderata tamen, consociatio ac imitatio interea quoque ad aliqualem constitutionis & naturæ Salis communis illustrationem facere fortasse posset; ac qui quantumque exotericæ quasi (*cujatis etiam*) corpulentiæ Aciditati volatiliori, hoc in genere, præterpropter copuletur seu inhæreat. Uti quoque Gassendiarum Mixturarum occasione, ipsorum salium nativorum ac factitiorum (*ratione gravitatis*) inter se differentiam, non nunquam ad confusorum distinctionem, contentorumve, (*seu integrorum, seu phlegmatis saltem aut terrestrioris corpulentia*) quantitatem aliquousque determinandam tunc conferentem hanc aliquando notavimus. Soluta sc. in unciis quinque una Salis com.

com. nostratis siccissimi uncia , vitrum præcise similiter quinque unciarum aquæ s. capax , muria ista repletum , uncia dimidia duobusque scrupulis ad lancem invenimus gravius; restantibus equidem, pro totius mixturæ complemento , aquæ ita salitæ drachmis tribus cum uno scrupulo. At Nitri uncia in eodem aquæ s. pondere soluta, idem vitrum hinc repletum , tantum uncia dimidia unoque scrupulo præponderabat ; remanente residua solutione præcise drachmarum trium duorumque scrupulorum. Salis Ammoniaci vero eodem dissoluto pondere , dictum vitrum solum duabus drachmis erat gravius : restantibus extus reliquis sex drachmis. Ex adverso Sale Tartari siccissimo eadem ratione tractato, è Vitriolo com. Goslariensi , (*ut hoc quoque addamus*) ut & ex Alumine superpondium diversum à dictis fuit. Residuo interea conjunctum pondus semper explente. Sed hæc obiter.

*Ceu etiam de spiritus Salis Ammoniaci cum Sale Tartari destillati residuo alibi notavimus.*

Anatico adhuc passim tum temporis Ingredientium pondere : (*cum postmodo copiosius Alkalipro totali volatilitatis propulsione requiri oppido observatum fuerit .*) Sal è prioris modi residuo , volatilis plusculum , (*sive Igne simpliciter sublimatorio , sive adjecto insuper sale Tartari denuo tentetur ,*) adhuc dum retinente , D. D. Michaelem olim , Rolfinium aliquosque pro singulari aperitivo atque nephritico adhibuisse notum est. Eleganter autem prius , & antequam invicem in coagulum striatum perfecte exiccentur , salinæ hic particulæ in liquore suo primus plumarum instar , & earum quædam (*de sale culinario ,*) ad latera vasis figura cubica concrescant.

Per

*Per Vitrioli spiritum, sed copiose affusum acidulatum.*

Uti Italia laudatissimus D. Rolfinckius l. c. c. 6. è Cichorio & Absinthio proposita intellexisse videatur.

*Ne tantum Tartari vitriolati simile quid extat.*

¶ Cui accedit V. C. D. Hoffmanni, in Thesauri Pharmaceutici s. 25. Proportio è Salis Absinthii ʒij, spiritus Vitrioli ʒij : Aperitivo interea non contemnendo ; ac vulgatori Antifebrili Riverii Mixturæ è salis Absinthii ʒi vel ʒij. spiritus Vitrioli guttis sex vel decem, (*cum Aqua cichorii s. q.*) similis.

*In contractiori apparatu vel solum Nitrum vitriolatum nostrum supplebit :*

Per Mynsichtii commendationem id magis tum frequentari noxæque suspicio, de Nitrosorum cum Vitriolicis mixtura, (*etiam ubi nitrosoitas ipsa abit, & fixa salina pars, quasi alcalisata remanet,*) eo tempore adhuc validior, sensim minui cepit. Usuravimus autem usquedum simplicissime saltem & circa repetitam in spiritu Vitrioli Mynsichti mersiōnem præparatum; sat interea acidum & efficax. Si sc. spiritus Vitrioli optimi libra una, (*alias 2 lb requirerentur,*) à Nitri, non tam in stirias concreti, quain corpulentioris libra dimidia, in cucurbita curta divaporetur Arenæ igne, tandem sat valido, donec amplius nec Nitrosi spiritus exire, nec materia in fundo, per agitantem (*sæpe sic sponte inibi accensam*) rudiculam ligneam fluere percipiatur; Coaguli albissimi pleruinque unciis septem usque ad dimidiā fere remanentibus. Servari quidem poterit evolans alias (*pene unciarum sexdecim cum dimidia,*) Spiritus, ab Aqua forti tenuiorive Nitri spi-

spiritu, odore, sapore, & inter procedendam colore, effectu denique nil differens; Si labor per retortam instituatur; in tempore tamen, (*dum sub ultima Nitri rubore recipiens jam refrigerari incipit, & materia in fundo quasi siccata apparet,*) ignem remittendo: ne propulsâ simul, (*que cum fixa Nitri parte coagulata persistere debebat,*) aciditate Vitriolica, amarescens solum Nitroque fixo communi similis massa tum proveniat. Quo ipso insuper alicui Coaguli ratio, quâ secundum D. D. Zwelferum spiritus Vitrioli cum Nitro propter affine Acidum facilius combinari (*Mantissa pag. 455.*) dicitur, quadam tenus fieri posset dubia.

*Nec inefficax Mixtura alterans, qua sale quodam diaphoretico v. gr. Absinthii, Carduibe-  
nedicti, &c. in Aqua destillata solutio, &c.*

Convenientiori, si herbacei saporis aut inodora fere, vel è pluvia Martia Roreve potius, quam sapidiorum odoratiorum vegetabilium fuerit, ex. gr. Rosacea, Rubi Idæi, Fragorum &c. ordinaria postmodum vehicula, jura, cerevisiam &c. ingratiora seu nauseabunda reddentes.

*Et spiritus Vitrioli s. q. exasperato constat.*

V. g. Hujus partem unam, Alcali complacentis duas recipiendo: unde acor quidem remissior: quæsito vero per acidi spiritus plusculum, intensiore, potior pars tum concrescit.

*Nec Essentialia porro vegetabilium salia &c.*

Ita proculdubio Antecessoribus dicta, quod circa violentiorem simplicis sui analysin, inhærentia jam, & Alcalium postmodo fundamentalia spicula, hic, (*licet uniformiter*) concentrata seu coagmentata, spiritum suum, oleum atque sal fixum ejusve (*ut Bołaria*) analogum Cremorem, præbeant inde-

Indeque forsan etiam impositum olim Volatilium nomen, à Beguini quoque Commentatore adhuc retentum est. Inter salium vero censem suo modo suaque latitudine relata videntur, quasi secundum aliquam Attributionis Analogiam, dum omne Sapidum à Salino deducitur Principio. Quamvis interea non pure falsa, nec in frigido, (*quod Sala Tartarol. s. 2.c. 4.potissimum urgebat,*) sint solubilia, oppidoque hinc infimum gradum constituant Bollaria, ipsa tamen salinis particulis, (*vel spiritu teste*) intimius haut rite destituta; Atque per dictum modo Præsupponitum Dulcia quoque nonnulla à nonnullis huc relata sunt; utpote similiter in se Essentialia; sive spontanea de cætero fuerint, (*ceu de saccharo Indo olim traditum, interea tamen secundum Neuhofii Legat. Tartar. p. 555. ad adultiores Bam-*  
*bustolones id quasi pumicorum saltum & nativo dulcore fere destitutum est:*) sive mitiori tractatione conquisita: v. g. Sacchari usualis species, & Sapæ, Rob Juniperi Mellisque, (*si referri buc poterit*) diutius ad servatorum (*in Append. Furn.*) concrementa, sacchari confectioni Glaubero superioribus annis destinata; nihilominus configurationis ratione, (*uti in canthifisorum coagulo, aliorumque fere cubica, (irregulari licet,) forma videmus,*) ad Tartaream naturam hoc in passu declinantia, eoque per competentem fermentationem haut difficulter, (*quamvis nobis quidem non in promissa adeo copia,*) redigenda.

*Superioribus annis satis hyperbolice depredata.*

Proculdubio tam ob novitatem, quam ob notatam aliqualem adhuc constitutivorum participationem: unde etiam illa (*v. g. apud Beguinum*

c. 17. & Mynsicht. f. 11.) pro dosi adsignata paucitas. Interea, ut suorum simplicium vires equidem exacte ac indifferenter haut referant, nec temere quispiam in Tartaro, quam D. Zwelferus Append. p. 68. pro exemplo reponit, cuncta Vini essentialia quæsiverit; quasdam tamen ejusmodi coagulo competentes, ex ipsis hæc, & quidem evidenter retinere experientia monstrat, etiam in Bolaribus nonnullis; quod ipse A. Sala quoque (*licet in Aphorismis. Alcalibus saltem æquipararit,*) l. c. conjectavit: Glauberus p. 1. Operis mineral. & f. 3. c. 23. generatim speciatimque agnovit: nec ipse D. Zwelferus, (*in Pharmacop. reg. tit. de Pulveribus ac Speciebus alibique,*) Sal essentiale Acetosellæ e Stomachicis ac Hepaticis, Nasturtii è Spleneticis, & in prioribus Editionibus Scordii, Centaurii min. Cardui bened. Absinthiique è sale Theriacali (*ubi tamen postmodum p. 278. parabiliora Crystallisatuque faciliora istorum Alcalia substituit,*) &c. exesse voluit.

### Ulla requirit necessitas.

Nam ad Tartareum genus, nisi forsan analogice, (*ob dictam principiorum participationem,*) indifferenter, (*quod jam ante D. Zwelferum append. p. 74. contra Laurembergium volebat Billichius,*) cuncta referri commode vix poterunt, vel evidenti Coagulationis differentia. Et in Carduibenedicti decocto rite inspissato, (*dum Succi ad sextæ tantum partis reminentiam exhalati, & bolare saltem aliiquid, in Tartarolog. f. 2. c. 5. A. Sale sic dantis, alia est ratio,*) stiriolas oblongas diaphanas plus vice simplici vidimus, quadoque tamen infeliores, ut toto dissoluto, post filtraturam, sal illud postliminio haut semper seorsim recuperare potuerimus; ceu quoque circa Rob Juniperi. Sapæ, &c. (*alterius licet speciei*) similiter plu-

pluries contingit. Pertinent autem huc, quæ Extractis Lignorum nonnullorum, Hellebori, Chelidonii &c. inhærere, supradicta deflagratio ostendit: Absinthii porro, Fumariæ socrorumque dia-phoreticorum sua; quamvis interdum inæqualiter granulata potius, quam in stiriolas concreta, nec tamen vere hinc Tartarea. Numne etiam D. D. Wedelii ex Opio: l. 2. saepius laudatæ Pharmacop. c. de Salibus? nobis enim in nostris quidem Extractionibus tale quid oblatum non est hactenus.

*Nulla specialis observatio supra communium Crystallorum Tartari contubernium usque dum magnopere extulit.*

Quidpiam enim nonnullis v. g. Acetosæ, Acetosellæ &c. dari posset. Quod autem in Citri succo nil tale concrescat, A. Sala jam l. c.c. 3. annotavit: ratione simul seu in subtilitate ejus, (*quo D. Zwei-feri de frustranea, pro intensiori acore, concentratio-ne observatio pertinet,*) seu in aliqua viscositate quæsita. Exadverso Tamarindorum copiosum est elegans; singulare Melissæ, planta præsertim Citri æmula; vulgator è Ribium, Berberum, Cerasorum, Mororum, (*quamvis etiam mucilaginosorum,*) succis ad quartæ vel sextæ partis remanentiam exhalatis, (*Cydoniorum vero, quo tandem quid concrescat, satis inspissato;*) diutiusque singulis ita repositis. Fallimur autem, aut ejus generis quoque fuit, quod in Terræ) Catechu (*per Acetum dest.*) extractione aliquando invenimus: siquidem è vegetabili prosapia, (*cum Mineralem, potissimum è Terrarum ibi na-tura, per Itinerariorum relationes tum crederemus,*) esse docuit peculiari Tractatu Cl. V.D. D. Hagedornen. quæque ex Anguriis, Asparagis &c. adduxit laudatiss. D. Velschius L. I. Hecatost. obs. 78.

*Vulnerariorum diureticorumve succis vel deco-  
Etis &c.*

Ita A. S. Carduibened. Scordii, Ononidis, item  
Salviæ ac Lupuli l. c. recenset : ac copiose similiter  
ex Alkekengi, Hederæ terrestris, pulmonariæ ar-  
bor. Plantaginis &c. spissamentis secedit.

*Nonnunquam etiam per accidens subsideat.*

Dum v. g. incrassatio succorum est insufficien-  
tior ; indeque proculdubio bolare modo dictum A.  
Salæ concrementum, succo ad sextæ tantum par-  
tis remanentiam evaporato.

*(Uti nos quidem aliqua tentavimus) invenire po-  
tuimus.*

Nec tamen hinc plane sunt effœta ; ceu in Ono-  
nide & Alkekengi deprehendimus. Item in Plan-  
taginis sedimento simili, inter Hepatica &c.

*E volatilium vero vegetabilium Salium censu &c.*

Dari enim (*plus minus, procujusvis simplicis natu-  
ra, seu aciditate forsan inibi prævalente, volatilef-  
que sic particulas retinente*) talia, & quidem citra (*ex-  
ceptionibus hic forsan expositam*) fermentationem  
aut incerationem præviam, per simpliciorem fal-  
tem resolutionem, forsan vel Fuligo ostenderit,  
& jam olim, cum circa summitates & semina non  
adeo aromatice oleosa occuparemur, etiam simpli-  
citer tantum, & citra Calcis vivæ similiūmve addi-  
tionem ea destillationi subjiciendo, disjecta (*quasi  
per sylvestre quoddam Gas,*) sub Volatilis lanuginosi  
Salis eruptione, retorta non una didicimus. Sic usi-  
tatum (*sub liquoris forma,*) tunc quoque erat fami-  
geratiss. D. D. Glassio, quod copiosissime è siccatis  
Vini fecibus per retortam provenit, imo expositis  
figulino furno, in olla tecta eorum frustis, desuper  
insigni quantitate sublimatum aliquando flotavi-  
mus

mus; alibi inter Salis Tartari Volatilis species relatum; (*quod qui Sal Tartari fixum hic præsupponunt, forsitan videbitur inconvenientius:*) alibi, quod etiam D. D. Schröckius refert, vermiculis in fecibus situ obstitis natis imputatum. Verum, qui recentissimas, statim post primam Musti s. novelli Vini (*circa quadragesimale tempus*) separationem, & ardentis spiritus abstractionem, ad Solem vel in furno siccari sivimus, tale quid, ea præcipue copia, è compactis hujuscemodi thrombis concipere tantisper nequimus. Glauberianum modum per peculiarem Furnum prosecutus est D. D. Rolfincius Chimiæ l. 5. f. 1. Art. 1. c. 11. Et in Retorta paulo capaciori procedit opus similiter, præcipue in plantis amari-cantibus, (*præsertim post compressionem aliquantum incalcentibus,*) acrioribusve. Sique violentiora hæc æstimentur, etiam mitiori calore Salinæ Cochleariæ, Nasturtii, Sinapi, Piperitidis, Urticæ, &c. particulæ secedunt, gustu, ebullitione ad concentratoria acida, ac coagulo tandem perceptibles. Et si quæ amplius in exemplum & contra D. Zwelferi, (*quod miretur aliquis,*) sub Pharmac. Reg. p. 216. negativam, (*forsitan sub fervore disputatio-nis contra fixiorum simplicium Aquas*) adduxit ante aliquot annos Nobiliss. D. D. Wedelius, in peculia-ri tractatu de Glasti Volatili sale: quod cum per insignem Evaporationum Acredinem, nares & oculos perquam ferientem, primus hic observasset, amice adhuc ante abitum nobiscum communica-bat; utrobique tamen non sine quadam circa uni-versalitatem hæsitatione: quo, cum de Amari-cantibus jamdum ex parte constaret, alia quoque inconvenientiora præcipue visa, ulteriori expe-rientiæ similiter subjicienda putabamus. Serenis-simo sumptuum ac laborum subsidia gratiose offe-rente.

rente. At interveniens ejus Morbus cum recidivis, impedimento erat, quo minus vel circa Lilia convall. (*tanquam facillimæ post paulo duriores tractationes putredinis,*) ea quidem ratione, & ceu in Aprico, (*dum secretior fere tum temporis Liquor, post diuturnam in cella repositionem penetrantissimus D.D. Wedelio quoque l.c.c. 3. notatus, per enchirialis disparitatem æstimari forsitan potuisse*,) quidquam tentare quiverimus : uti nec circa vulgare Gramen : cum Fænum adhuc humidius, inconsiderate conditum & ad flammæ penè eruptionem incalescens animi olim gratia cum aliis bina vice distrahentes, nil urinosis, sed mucidum saltem vaporum odorem percipiemus. Quercus demum folia, (*tanquam sub adstrictione sua quasi Vitriolica ab ejuscemodi volatilitate per quam remota,*) Glasti modo in glomos (*facilius quam siccus Absinthium,*) redacta, post justo quidem diuturniore asservationem, in se accensa, expirarunt in superimpositum instrumentum Liquorem, herbacei quid olentem, simul tamen, inter diffusius phlegma, salini aliquid sapientem ; ut pro obscuratorum expeditiori manifestatione, spiritum Vitrioli rectific. ac concentratiorem, (*conjecturali nec adeo perceptibili proportione*) instillaremus ; post lenissimam evaporationem coagulum aliquod salinum quasi Ammoniacale naeti : ac dubio procul plusculum, si recentiores globos parili ratione tractare licuisset. Atque hæc sub observationis istius initia, quæ pluribus experimentis c. 1. ampliavit ac dilucidavit postmodum Vir curiosissimus.

*Sufficerit nostræ intentioni vel unicum ac parvilius.*

Aut in contractiori Praxi, sufficientiumque An-

Dd

ma-

malium intuitu, quandoque forte nullum : siquidem Sal Tartari volatile laboriosius fuliginis Fecumve Vini (*citra tardiosas resuscitationes*) graveolentius videbitur, aut uniformia sunt omnia ; quod de suis per extremam putrefactionem peculiari modo præparatis, concessit in Transactionibus Anglicis curiosus D. D. Cox ; Evaporationes autem Glasti imitatione collectas odoranti ac gustanti, sub percepcta diversitate aliqua, quadantenus fieri posset dubium : ceu D. Wedelii rectificatus quoque spiritus post annum non unum, Isatidis in areis suis odorem & in sapore simile fere quidpiam, inter urinositatem suam præ se ferebat : Oleofisque aliquid forsitan hic quoque Salinis particulis, vel Fuliginis exemplo, sub prima præsertim separatione adhuc complicari posset ; cum per artem hodie, alia licet enchirisi, tantisper tamen liberaliusque sociari queant.

*Inter tot hactenus processus, parum vel nil, aut inversum potius quidpiam post variòs labores tandem relinquentes.*

Exemplo sint tot circa Sal Tartari Volatile conquirendum processus, quorum haut paucos Dissertatione peculiari tum retulimus ; Materia inferius suo loco commodius consideranda.

*Idque forsan commodissime liquida seu spiritus, uti vocant, consistentia.*

Licet & sub hoc adservandi modo Salis Tartari Volatilis Fecumque Vini æque ac Calcis vivæ urinous spiritus, eo ipso fine mediocriter solum rectificati, semet (*quamvis vitro sat obturato,*) tractu temporis tamen iubduxerint, vappæ quasi tantillo relicto. In Animalibus v.g. Cervino, Viperino, Ammoniacali &c. rectificationibus solitariis vel Co-

Corallisatis Solive sociatis id alias quotidianum est.  
Per Salis autem vel Vitrioli spiritum qualiter cun-  
que ligata, &c.

Item per Acetum destillatum; quo famosissi-  
mum tuin Sal Viperarum volatile figi, superiori-  
bus lustris nonnulli judicabant. Spiritus Salis au-  
tem, vel Vitrioli, (*Glaubero etiam hunc in finem pro-  
positus*) hic quoque; secundum Zwelferianum. cir-  
ca sal viperinum, modum, p. 275. haut difficulter  
applicari poterit. Quod vero interea duo hæc invi-  
cem saltem (*cirra notabilior em inversionem*) com-  
placentur, per utriusque recuperationem, (*Urinoſa  
ſc. partis, adjecto Alcali; Acidæ, associato Marino vel  
Minerali aliquo ſolubili or i,*) fatis nunc notum est:  
quemadmodum & experientia, (*prater faciliorem  
Evaporationem, materia que cujusdam quaſi ſu'phu-  
reæ, ſub acidorum inſtillatione ſeparationem,*) conſtat,  
quandoque simplicia nilque ſic paſſa hujus generis  
Salia, inter penetrantiam evidentiorem, in Ceph-  
alicis atque Malignis inventa fuiffe præſentiora.

*Nec adharenſ empyreuma in ſolidum ita depo-  
nunt.*

Niſi per tædiosas fixationes ac repetitas resuſci-  
tationes, (*cum multa interim diſperſione,*) ab adhæ-  
rente, præcipitationique tum cedenti ſulphureitate  
vel (*remiſſius licet,*) per ſimplicem ſolum ſolutio-  
nem atque coagulationem magis liberentur.

*Cum ſpecificas vires Vulcanus oppide præcidat vel  
alteret &c.*

Deleri enim penitus ſimiliter vix dixerimus ſim-  
pliciter: dum Sali fixo diſparitatē quandam hic  
ſuo pariter modo, absque tameñ eminentia in cer-  
tas destinationes tribuerimus: uniformem config-  
urationem, complicationem, mobilitatem &c. (*per*

*diversas præcipue caloris seu Ignis gradus atque species,) deduci adeo credibile, vel differentiam illarum circa odorem, saporem, consistentiam &c. intuenti protinus probabile sit. Experientia ostendit, in Malignis spiritus cornu Cervi & Urinæ, (utroque licet penetrantissimo,) diversitatem tamen aliquam in operatione reperi, sicque forsitan Helmontio (Tract. Sextupl. Digest. & tr. Aura Vital.) Sal urinæ secundum species Animalium differt: & sanguinis humani ab Urinæ dicto sale non differt, nisi quod ille Epilepsiam curet. Plura pro more eleganter hunc in finem proponit Excell. D. D. Borrichius, Sapient. Ægyptior. l. 2. c. 4. Sufficerint nihilominus interea in compendiosiores usus duo illa: Cervinum & Armoniacale: cariore nec penetrantiore vel re ipsa validiori, fætentiore interea Viperino, curiosiori Eboraceo Monocerotis marini, Ungulæ & Cornu Alcis, Cranii humani &c. tantisper sepositis.*

*In proprio scilicet spiritu sive liquore, cum aliquota spiritus vini parte, super cineres vel alcali quoddam, pro more rectificato, dissoluta:*

Sic enim (*pro ratione tamen Voluntatis*) constantior ac durabilior plerorumque videtur unio, quam si solitarius, hic per quam se una subducens Vini spiritus recipere tur.

*Supervacaneisve prius fixatorum resuscitationibus, imo ipsis fixationibus &c.*

De quibus in exemplum D. Zwelferi & D. Takenii concertationes circa adeo superioribus lustris decantatum æstimatumque Sal viperinum, vel primo talitem capite super Hippocrat. Chim. legiqueunt. Sane ut laudatus modo D. Zwelferus vulgaris quoque Salis (*per communes f. marinum*) falsationes

tiones p. 274. Animad. alibique detexit : ita isto etiam tempore nimiam secretioris copiam diffidentiores quidam mirabantur , exoterici aliquid urinosi vel Ammoniacalis inibi suspicati : ceu postmodo de Sale Tartari Essentiali id c. l. Zwelferus adseruit. De cætero semel ac considerate fixatum naæti, denuo ac citra specialiorem rationem levare nollemus ; postliminio sic pristinæ disparentiæ exposito sublimato ; sique major fuerit Salis volatilis figendi quantitas , perditio una tum spiritu acido figente ; utpote cuius sextuplum aut amplius , pro acoris modo, facile requiritur. Frustraneus circa Sal volatile supra cornu Cervi ustum labor olim , alias notus est : & quantum D. Zwelferus (*Animadvers. p. 276.*) aliquie cum sale Fixo (*infido sane volatilium socio,*) Calce viva similibusque profecerint.

### *Diversimode per Acetatum vegetabilia tum mineralia institutis.*

Ita D. Zwelferus in manuali sua communione, Anti-Taken. c. 1. coram hoc, Vitrioli spiritum adhibuit : in publicatis autem postmodum Animadversionibus Salinum. Glauberus parte 6. Pharmac. Spag. similiter Vitriolicum super sal Urina; genuinum hinc Alcahest , etiam è quibusdam F. M. van Helmont, (*quitamentalium inquisitoribus haut adeo erat facilis,*) verbis sibi promittens ; in exemplum Elixir. propr. Essentias &c. trium Regnorum separationes adducens. Sed & D. Rummelinus jam pridem in Compend. Hermet. ejusmodi coagula proposuit , ac in specie spiritum Urinæ volatilem , reliquumque è capitis mort. sale destillatum , acido cuidam conjunctim sociatum , salina forma ad grana aliquot commenda vit. Oleosa demum, (*interea temporis, postquam hac*

forent edita , partim commendatoria , partim vulga-  
tiora) huc , quia ex Animali familia facilius copio-  
susque habentur, pertinent ; fereque se ut subsidia-  
rium aliquod aut incitamentum Helmontianæ vo-  
latilisationis (*de qua inferius*) habere videntur. Fixa  
enim jam olim C. Cunrad. part. I. Medull. de st. p.  
13. cum oleo & spiritu ardente , (*quibus post Crol-  
lium in Elixirio uterino, etiam Extracta propria, ceu  
in Zwelferianis quoque Mantissæ p. 423. Essentiis,  
superaddita sunt,*) exhibuit in Sylvianis vero Mix-  
turis , (*quibus quasi præire vere saturatissimæ Glauberi  
Part. I. Pharm. Spag. ex Oleo saltem & spiritu arden-  
te Tartarisato Essentiæ,*) cum adhuc secretiores es-  
sent, statim se prodebat spiritus salis Ammoniaci ;  
& cum post menses aliquot, utut vitro sat obturato,  
plane se omnis subduxisset volatilitas, in fundo vis-  
cidam olei Citri guttam relinquebat; processu facile  
postmodum hinc exsculpendo ; nec incommodo  
iis, qui Olea Saliave Volatilia ferre queunt , Medi-  
camine , si prævalens utpluriuum urinosus odor  
additione competentium Tincturarum vel Essen-  
tiarum, (*ubi præ Aquis quoque Cordialibus spiritus per  
infusionem Theriacales plerumq; iptiores invenimus,*)  
ulterius obnubatur ; ejuscemodiique Formula, sive  
magis Nervina sive magis alexipharmacæ , in am-  
pliores apparatus , dum interea vel in Tinctura Be-  
zoartica Mixturave ē. (*loco spiritus Tartaricum spiritu  
Armoniacali urinoso, Vitrioli saltem rorido, Theriacali  
urinoso, Vitrioli saltem rorido, Theriacaliq; infuso para-  
ta*) compendium inveniri poterit, & in paulo diffu-  
sori vehiculo (*alias salis illa oleique copula ex parte  
solvi occipit,*) complaceat; sive simplici , (*v.g. spiritus  
urinosi fortioris unciis duabus, olei pro subtilitatis ra-  
tione dimidia usque ad integrum spiritus ardantis re-  
clif. quinque vel sex præterpropter*) constet ; sive sub-

subsequa insuper horum Destillatione : Vel Aromaticus iātem salis Armoniaci spiritus per simultaneam abstractionem , (*qualem quoque D. Deckerus in Exercitat. Pract. c. 5. ex Armoniaci salisque Tartari analibra d:midia* , spiritus Vini quatuor , Vini generosi duodecim , & specierum Aromaticarum affiniumque cordialium , carminativorum ac pectoralium quinque fere unciis descripti , ) præparatus substitutatur. Ceu de Theriacalibus s. Viperinis vulgo venalibus , fereque sic Salium olim sacerdotalium æmulis , paulo ante è D. Zwelfero notavimus . Remanere vero in plerorumque omnium Cineribus falsi quidpiam , ad minimum sapore , (*si propter parcitatem , oculis coaguli forma nequeat* ,) distinguendum , negari nequit : & huc ipsorum Ossium ac Cornuum incineratorum elotiones apud accuratiores Metallicorum Probatores , præter alteratum sub prima talium extinctione Liquorem , forte referre posset aliquis : Licet ista ab ejuscemodi commercio , (*æque ac Mel , in quo tamen debite incinerato vestigia quædam alcalina percipiuntur* ,) penitus quasi absolverit . Helmontius tr. Tria prima & c. 3. Lithias. Interea tamen evidentiorem virium in Compositis Essentiisve suis è Tantillo intensionem (ceu vel inter recentiores P. I. Faber in Myrothecii libr. I. (sæpe non sine aliquo excessu , & nuper Bolnest. in Auror. Med. p. 1. voluisse videntur ; ) aut v. gr. vim sudoriferam hinc in Cornu Cervi usto (uti varie olim disputabatur ,) præcipue haud expectaverimus ; publicisve usibus vel sola parcitatis causa id destinaverimus . Ut enim ex. gr. è sanguine (commodissime citra laticis proprii effusionem ,) destillato proveniat plusculum ; è Carnosis congeneribusque partibus parce satis colligitur , & D. Zwelferus è in ille Viperis vix unciam satis hujus promittit : è viginti

quatuor successive aliquando collectis, tandem forte grana sex; è Sciuris quatuor, quorum Sal formulis suis contra Vertiginem inserere solebat olim D. D. Rolfincius, vix totidem grana habuimus: curiosissimus, & qui de his Actorum Haffniens. volumine 2. observatione 60. &c. amplius oppido legi meretur, D. D. Borrichius ex Aquilinæ carnis unciis viginti, scrupulum unum. Ex urina similiter paucissimum, communi pene simile nobis saepius provenit, quod pridem etiam Helmontius c. 3. de Lithiasi notavit, & suo modo quasi duplicavit, &c.

### *Partim exiguis effectus, &c.*

Nec tamen plane nullus; præcipue Diaphoreticus aut Diureticus. Remanere enim in iis quoque, vel quale quale quidpiam, è tot differentibus subiectis, præter saporis coagulique diversitatem, haut penitus colligeret denuo forsitan aliquis: Vi abstergive Laxativa, aliis Alcalibus in ea, (v.g. 3iis D. Rhedi tract. de Viperis,) quantitate, ) confert. in sic aliorum eunte,) communi, nihilominus persistente. Nec porro tamen hinc evidenter in compositis Essentiisve quibusdam, (e volatilioribus Animalium partibus concinnatis,) ab accessorio capitis mort. tantillo, (ceu vel inter recentiores J. P. Faber Myro. thecii l. 1. saepe non sine excessu, ac nuper Bolnestus in Aurora Med. p. 1. voluisse videntur,) Virium intensionem expectaverimus: aut ex. gr. vim Cornu C. usti (toties olim ex eo capite disputati,) adeo deduxerimus: de promiscuo (ut speciales quædam Sal Sanguinis humani aut Cancrorum voluerint,) Officinarum usu vel injunctione, per eam ipsam quoque parcitatem alias forte securi.

Nec in marinorum ac mineralium quorundam  
cremore calciformi, qui scilicet ex ustulatis &  
aqua simplici postmodum perfusis simplicibus,  
& que ac olim è calce viva communi &c.

V.g. Coralliis (*cum specialiori nonnullibi expectatione,*) cochleis, conchis similibusque Testaceis  
ustis; Batavis, (*ceu notum*) Calcis vivæ saxatilis loco  
passim usitatis. Et hujus quidem Cremor extus in  
ulceribus sordidis dyssepuloticis &c. haut inefficax:  
in exulcerato vero Cancro spina ventosa, Nattis  
&c. circumspectæ applicationis indigus, interque  
quæritas separationes dolorem & fluorem haut ra-  
ro magis irritans. E residuo autem Coralliorum,  
(peculiari *Tinctura pridem à nonnullis sic destinatorum,*) Crystalli, Silicum, (*cum sale Ammoniaco de-*  
*stillationi, usque ad urinosa volatilitatis separationem*  
*subjectorum*) post qualecunque istius deliquium suf-  
ficientemque dilutionem, parile quoque concre-  
mentum, (*sed in fundo, & ut integrum tantum solutio*)  
provenit; (*ceu in Schröderianis etiam D.D. Hoffmannus postmodum l. 3.c. 8. notavit:*) æque ac è Glaube-  
rianis (*Furn. 2. per capita aliquot sub Liquoris silicum*  
*nomine adeo tum commendatis*) falsis Tartari dicto-  
rumque Silicum vel Arenæ colliquationibus, mo-  
derate (*alias affusa copiosiori aqua quoddam potius*  
*Magisterium subsidet,*) dilutis aut deliquatis. E pul-  
verato Talco, inter ejus cum Aceto destillato ebul-  
litiones, tenuiores adscendunt eo apud D. Schrö-  
derum nomine particulæ: coagulatur desuper  
(*variegatum per actionem aëris*) Vitriolum in affi-  
nem Mysichtio ita dictam Animam, & si quæ sunt  
amplius.

Certe quoad ipsas solutiones, diffusior quoque præxis haut ultra duas hac tempestate exigit :

V.g. Martialem quandam aperitivam ; ubi Vitriolum Martis factitium facile præque aliis hujus generis salinis concrementis suffecerit : & Saturinam ; sive saccharum vulgare cum Aceto solum destillato, sive Zwelferianum cum Æruginis spiritu fuerit. Ni Alumen forte dulcificatum, ac Vitriolum mart. calcinatum adstrictorium, (*dum Ærugo crystallisata spiritus caussa potissimum paratur, & in chirurgicis ipsa arugine vel Vitriolica Veneris solutione facile suppletur,*) superaddere placeat. Corallina enim, &, siquidem placeat, oculorum Cancri liquida forma fere videtur aptior; reliquorum, Margaritæ, (*si licet,*) Crystall. Lapidis Lyncis, Ju-daici. Nephritici &c. adhibitio in substantia plerumque præsentior.

*Per immerentium torturas, & calcinationes aut menstrua penitus adversa procuntas.*

Exemplo saltem sint Corallina; & qui talium quidpiam jam olim diversimode quæsitum sit per varias istas calcinations, solutiones in spiritibus etiam salinis, Nitrofisis &c. præ Acetofisis vulgaribus, eorumque (*& vegetabilibus nonnullis*) affinibus, longe ingratiiora coagula relinquentes, aut in succis vitriolice-acidis, simplex arrosum tantummodo, (*vel maximam partem*) dimittentibus : item per Alcalinas, (*Silicum instar*) Glauberi fusiones aut ejusdem cum Tartaro (F.2 c 77.) coctiones, Nitri in Nitro corallisato associationes; vel super Saturnum, cuius anima sic (*in Nitro anodyno minerali Saturnino*) saturari inque refrigerando intendi dicuntur, Deflagrationes : processu tamen vel Addita-

tamentis Corallorum naturæ seu destinationi plerumque parum convenientibus.

*Quod autem his nonnulli superioribus annis solutiones marinorum & ostracodermorum cum Aceto destillato factas tanquam corrosivas annumerarint, constat quidem:*

Sali hoc Perlarum superiori seculo contigisse, multotiesque Chimicis remediis à Billichio quoque, (*Thessali redivivi, c. 15.*) nonnullisque postmodum objectum fuisse, notum est; observatione vel relatione de Episcopo quodam Uratislaviense, ac Marchionissa aliqua in Craton. l. 1. Epist. 2. ansam dante. Verum Aceto, etiam plenarie destillato abstractive phlegmatis residuo, (*alterutrum enim Radicati nomine intelligendum videtur,*) aut paratis inde solutionibus vitra, etiam Abiegnæ tantum prosapiæ corrodi, (*quod ibi allegatur,*) hactenus quidem non observavimus. Et Paracelsista ejus temporis forsitan aut proculdubio alterius sortis Menstruum adhibuit: ceu inter recentiores quoque variationes, v.g. Saturni saccharum, Aceto spiritu Nitri exasperato confectum, à simplici usuali vel extus saltem & in Topicis, per quam differre haut difficulter deprehenditur; nulla vero ex adverso è Coralliorum solutionis Acetosæ (*simplicis, aut in Tincturæ-formem Liquorem redactæ,*) considerata moderataque exhibitione noxa. At enim quid apud Magnates nonnullos frequentius, quam ut ob extericas ut plurimum commendationes singularioresve Titulos cordialibus. (*ita laudatis,*) stomachicis, Antihypochondriacis, Nephriticisve quibusdam nimium adhærent, & per ab usus equidem stomacho molestiam non unam, majores in Hypochondriis turbas, aut ad Renes Tartarum eo magis

cieant. (*Quo Historia Zwelferiana de restantibus Magisteriis forte pertinet.*) Ne fervidius tum temporis in Chimica odium allegemus ; & quod ab æruginosa quoque bile vel acido pontico pariles in ejuscemodi Personis maculæ aut arrosiones (*quales bis in Nobilibus vidimus,*) vel extremæ attenuatio-nes stomachi , (*ceu de Imperatore Ferdinando III. D. Haferus in Herculo suo refert,*) oriri queant.

*Eo ipso tamen suasmet & aliorum, eodem interveniente preparatas Tincturas, &c.*

V.g. Martis, Saturni, Antimonii ; Crystalli porro vel Oculorum Cancri Liquores ac coagula ; ipsamve fere Coralliorum cum spiritu Salis proprii Hartmanno in Croll. paratam aliisque postmodum haut parum æstimatam Tincturam.

*Et ex parte ipsamet solubilia per spiritum æruginis Magisteria eidem notæ immerenter involverunt.*

Siquidem præcipuum Aceti quasi concentrati genimen habebitur. Cæterum & Salia volatilia mineralium huc pertinent ; uti ex.gr. è Sale com.ac Gemmeo in destillationibus suis levantur ; commodissime vero spiritibus prolectis redunienda. Ammoniacale quasi quoddam , à natura sublimatum , curiosissimo quoque D. Wormio notatum , & Anglicæ Regiæ societati , secundum Actorum philosoph. annum 1669. in frusto quoddam missum , alterius considerationis atque classis est ; nostræ vero potius succineum , olei parergon , adeoque tum pro lubitu destinationibus suis accommodandum. Nam ipsum quidem succinum è Minerali esse familia , cum hodieque haut pauci dubitarint , eoque luculentam quoque deflagrationem ejus negarint , post versatissimum in talibus (*utinam haut adeo, vicio seculi; affectata Latinitatis*) Agricolam & D. Auti-

Aurifabrum, Archiatrum Prussicum. (*I. 4. Cratoniār. Epistol.*) & nuper (*in Ephemeridum Gallic. Tom. 3.*) D. Schefferum atque Hefelium recentissime satis ostendit autoptis M. Hartmannus in sua Succini Prussici Historia lectu digna. Porro vero & Salia quasi essentialia è Marinis Mineralibusque per coctiones &c. quibusdam posse colligi, interea nunc similiter magis innotuit, ac D.D. Borrichius etiam p. 1. c. 4. Sapient. Ægypt. quædam proposuit: quantitate in se oppido quidem exigua, quæ tamen rei demonstrandæ, ceu in permultis aliis, tantisper sufficient: ad Tophaceam autem aliquarum Aquarum materiam, vel accidentario nonnullis admixtum Sal com. vel seminitrosum reduci forsan nequeunt; uti similiter fortasse nec ad intimioris admissionis ipsius Aquæ s. salinas particulas, post digestiones seu putrefactiones, demum, copiosissimasve exhalationes *quorum neutrum tamen hic contingit, & sedimenti simplicium divaporationum parcitatem supra jam notavimus,*, ) iuo iunc modo deprehendendas. Explicatione interea hujuscemodi Actionis aut dissolutionis haut adeo prona; Incandescentiæque ac (*in Rubiginem*) concidentiæ limaturæ Ferri Burrhianæ, vel Minerarum quoque salino sulphurearum accumulatarum fere simili; nec in exigua ea (*præsertim pro Burriano experimen-*to,) Aquæ quantitate, seu à salinis istis specialiter, seu ab ipsi Aquæ intermixto, *quod etiam curiosissimo D. Maijow Tr. a. de Nitro c. 15. placuit,*, ) aliterve hic intercedente Aëre (*tanquam alias separatorio, fermentativo aut salsedinis promo condo quodam,*) citra multas adhuc difficultates adeo facile deducenda.

*Elæosacchara, ut portabilia nec magnatum Mytheциis interdum incommoda sint;*

Excogitata ab A. Sala, (*Essent. Vegetab. Appendice num. 20. & Saccharologia p. 2. c. 15.*) cum similes aliorum, (*ex Oleo & Sale proprio*) Mixturæ superficialiores, nec congruae invicem; Saccharum autem hunc in fine in convenientius ac neutrale quasi foret. Quod autem hujus unciæ Olei destillat. scrupulus unus aut duo, pro expeditæ scil. consistentiæ vel subtilitatis oleorum ratione plerumque sufficiant, aliunde notum est. Mynsicht. sect. I. quatuor (*sed humidiore hinc Mixtura,*) de oleo Citri posuit; annexo modo, quo graiora è succo hujuscemodi Corticum expresso, (*subtiliori adhuc, si digitis eos complicando in saccharum explodatur,*) præparentur.

*Ni forsitan unicum aliquod Diaromaticum compositum placuerit.*

Talis A. S. l. c. meminit, Ambra, Moscho, Eisentiisve constante. Et aliquod D. D. Rolfincius 1.4. f. 4. Chimiæ proposuit, partim Saccharo ad imitationem Magisterii cochleariae D. D. Michaëlis, cum succo proprio (*cui alii Tritici vel Avena pubescentis expressum substituere,*) vel Tinctura aliqua Aromatica, Magisteriove quodam vegetab. Mynsichtiano tincto vel saturato constantia; partim insuper ad instar Trageæ pulveribus vegetabilibus aut Martialibus sociata; quæ tamen, ut & Moschardina, turbidiora & dispersis inibi pulvisculis vegetab. turbidiora ingratiiora reddunt Vina similiave vehicula: haut adeo interea difficili hujuscemodi Mixtura, etiam citra Moschum atque Ambra fragrantissima, proportionali saltem, adeoque manuali, (*tanquam in additione vel subtractione cer-*

certiore) Oleorum competentium, (quo etiam spontanea Aquarum Apoplecticarum, Carfunculi &c. sua pertinent;) confociatione.

*De specierum ac pulverum officinalium inconciona profusissimaque (pretiosiorum cum vilissimis, durabiliorum cum fatiscentibus &c.) compositione.*

Ita qui v. g. horum Formulas ad literam secundum usitatissimum haetenus Dispensatorium pare voluerit, supputatione facta facile Margaritarum tantum, ut (prater Gemmas, unicas saltem Formulae sufficientes,) Ambram atque Moschum taceamus, uncias sex & amplius insumendas inveniat. Et quæ supra de nimietate ipsa, (spes substituta hodieque magis adhuc crescente) adduximus, hic non repetemus.

Dum pro asluetudine vel confidentia, modo familiares & usitatæ haetenus nominationibus Dispensatoriis compositiones ac Formulæ, modo Mynsichtianæ. Zwelferianæ alorumve expetuntur; aut Privatæ superadduntur vel subordinantur; plerumque tamen, ceu alibi jam notavimus, ordine saltem aut pondere Ingredientium aliquantum, vel per grana quandoqve variato; uti soli pulveres Bezoartici, (quasi pro singulis olim Scholis Logicae atque Grammaticæ peculiares,) exemplo esse poterunt. Ut v.g. sit pro Infantibus quidem separatim Pulvis quidam laxativus, Antepilepticus & Anodynus: pro Adultis autem similiter Pulvis quispiam purgans catholicus, Bezoarticus, Anodynus, Pectoralis, Pleuriticus, contra vermes, & in diffusiores usus forte Aromaticus Polychrestus, Ambra, Moscho, oleorum destill. vel Essentiæ Castorei guttis aliquot, radice Aronis præparata &c. ulterijs

rius Cephalicis, Cardiacis stomachicis, (*instar Trægearum,*) Uterinisve applicandus. Quamvis & pro horum aliquibus simplicissima vel extemporaneæ Mixturæ quædam intentionibus quamplurimis in contractioribus Myrotheciis æque vel ut plurimum satisfacere queant : magisque adhuc in Reliquis nonnullis Affectionibus; ex. gr. Epilepsia ; Bezoartico quodam per Cinnabarinum utramlibet , Antimonium, aliave habita specifica , in Febribus , Specifice febrili per Antimonium diaphoret. aut Joviale aliquod, &c. (*prater Salina ,*) haut difficulter alterando : Hepatico quodam roborante , ni in diffusiores usus seorsim placeat, per Essentias vegetabiles Tincturasve Martis , Coralliorum &c. pariter supplendo : in Dysenteria ingredientibus pro malignitatis ratione oppido variandis , nec tantopere sufficientibus solis quasi adstringentibus : in Cachexia Martis præparati dosi, pro subiectorum natura haut uniformi : in Calculo, tot ejus, (*quousque quidem pertingere queunt ,*) Euporistis , solitariis aut opiatis : in Partu difficiili, vel Anguillæ hepate, Borrace &c. contra Abortum , saltem Coralliis cum opiatu; in Casu præcipiti, vel oculis Cancri aliisve tonsorum experimentis sufficientibus : Sternutatorii, alias passim venalis, & contra Strumas eadem est ratio: ac Cucuphæ Sacculique cord. longe commodius cuivis extempore aptantur. Cyprios vero & Dentifricios Aulicæ inter mundum suum alias satis norunt.

*Fallimur autem, an (uti experientia confirmata non fallimur) totum hoc octo vel decem ad summum formulis, pro dispensationis scilicet facilitate.*

Tædiosum enim foret v. g. Magisteria pro singulis

gulis Purgantium dosibus oleoso quodam subigere: Fusioni quod è Diaphoreticis, Præcipitantibus, Epilepticis Anodynise sumat granulatum aut grani particulis conquirere: in Epidemiis malignitatibus morari decumbentes &c. Præterquam quod Aromaticæ subtiliora in compositionibus nonnullis vegetiora fere, quam si seorsim pulverata reponantur, servari videantur.

*Aut etatis vel affectuum (eas omnino præcipitationis vel inversionis causa exigentium, vel alias admittentium) ratione &c.*

Pueris enim sua (*qua paulo ante posuimus,*) Antepileptica, Opiata atque Purgantia peculiarem componendi rationem exigunt, ut pro annorum sorte; & novellis etiam sint divisibilia: quod Antelintincto quoque cuidam Pulveri Mercurii dulcificati respectu competit. Sic exadverso Senes exucco minusque aptabili ore graviores & subsidentes pulvres minus commode è cochleari exhaustire cernimus. Quantum hac procedendi ratione, etiam in aliis extra stomachum affectibus, in stomacho tamen nihilominus præstetur, deducere hodie quidem est supervacaneum. Interea alios insuper agendi vel alterandi modos, ad præcedentem, (*citra nimiam subtilitatem*) haut adeo reducendos, non excluserimus. Et ut certum est (*pauloque post notavimus,*) Liquidis semper aut satis commode, vel circa factum ægris fucum, omnia haut posse transfigi, vel complurium stomachi affectum, Alvi fluorum, Cachecticorum, Febricitantiumve exemplo: ita quoque volatiliorum oleosiorumque nonnullorum partes etiam fixiores ipsave corpulentia quandoque requiri videntur, quo fugitivæ illæ, ciuitusque aliorum, (*ceu vel spirituosiores talium A-*  
*qua*

qua, in debiliorum capite ostendunt,) euntes aliquan-  
diu quasi sistantur, moram agant, aliudve insuper  
contribuant. Ita Apoplecticis, Epilepticis & tere  
Hystericis, in paroxysnis suis seu specifica, seu  
(illuc) vomitoria ea forma vix aut non quadrant. In  
vomitu sub febrium malignarum initiis, (*ni volatile  
quoddam, aliquantum opiatum præmittatur,*) aliter-  
ve violentiore quamvis similiter opati, nihilomi-  
nus rejiciuntur. Et Mercurius dulcis in Pulveribus  
usquedum passim suspectus est; licet in teneroribus  
quoque, nil inde damni sic (*cum subito deglutiatur*)  
perceperimus.

*Paucissima solummodo, semet inter se ferentia,  
durabilia, &c.*

Ne Theriacalis quasi Diapraſſii mixtura, vel  
confusum olei Scorpionum aut Antidotii Mathio-  
li imitamentum exeat. Nec præter rem, quo ſæpius  
delatus cernitur Mynſichtius, in inuſitatoribus il-  
lis, oculis Lucii, Faba marina, Lapide stellaris,  
Bolo Norwag. Sale panis, Carne mamillarum  
cum Rapunculis &c. peculiare quidpiam ibi quæri  
videatur, Sal Antifebrile Mynſichti è floribus Am-  
moniaci ſalis, & Alcalibus ſuperius adduximus. Olei  
cinamomi gratia accedente Vitrioli ſpiritu perdi-  
tur; & hic Pulveribus, (*præparatis in ſolidum aut plus-  
culum constantibus,*) iſtitutatus ingrate perit; ceu  
Moschi fragrantia per paulo largiora deſtillata olea  
etiam odorata; ut foetida illa, v.g. cornu Cervi & fe-  
re Succineum, cum Castoreo, iſti in ſpeciebus Dia  
Lunæ Mynſichti, oleum lig. Coryli in ſpeciebus  
Dia-Mercurii ejusdem, (*propueris interea,*) ſupe-  
raddita; Nitrum (*ſtimulans, nec alvi fluoribus un-  
quam adeo conveniens,*) Pulveri Dysenterico ejus  
infertum &c. prætercamus. Nec quantum energiæ  
Am-

Ambræ, dum saccharo ad Tabulati consistentiam cocto illiquatur, in speciebus cordial. temperatis, similibusque Morsulis contortantibus Zwelferi accedat, (*cum nil ita passa admisceri posset,*) rantisper deprehendimus.

*Mole saporeque (tanquam potissimis vulgaris aversationis causis) grata proportionaliter miscendo;*

Ne curiosior aut cultior quispiam temere inventiat, in quo hæsitet; si v. g. usitatiorem olim officinalium specierum ac pulverum, (*Solutivi magistralis, Diamargariti cal. Diaprasii, El. Ducis, Diathmaron,*) exemplo, Diagrydium, Pynethrum, Euphorbium Anacardi &c. cum Mineribus, Sena, Iride, Aniso, Fragacantha, Margaritis &c. anatico pondere misceantur; Vel Remissiora quoque semina quat. frigida, Glycyrrhiza, Daetyli, carvi, Anisum, Tragacantha &c. in allegatis modo speciebus, (*quo Ambra, Moschi Camphoraque granula inde Hyacintho, Liberantis, & Pleres Archonticon inscriptis referri possent,*) per grana computentur. Licet interea ipse Compositi effectus equidem è granulari in quavis dosi pondere simpliciter & indifferenter aestimari nequeat; (*quo D. Zwelferus animadversione ad Officinales species, à D. D. Schrockio fusus excussa, inclinare videtur,*) concurrentibus hic, ac in unum quasi desinentibus, (*dummodo alias conspirent, & revera cujusdam vigoris sint,*) Ingredientibus. Nec tamen hinc Prærogativam aliquam ob horum aliquod, (*sape satis exiguum, aut effectu non adeo excessivum,*) quævis sibi compositio (*quod Theriaca Salique Viperino vulgari contigisse alibi notavimus, & inscriptiones quædam v. g. Diabuglossa, Diasuccini, Diaplantaginis*

nis &c. Mynsichti præse ferre videntur, facile vel in-  
differenter invenerit.

*Etiam citra præviarum extractionum insuccatio-  
nes aut pinguium (emulorum vel contusorum)  
accessus.*

De ipsis superius titulo de Præparatis egimus; &  
quod nec novum nec difficile, interea nec pro fe-  
liori Praxi expeditius sit, Electuaria, Extracta, si-  
miliaque liquidiora Pulveratis, præsertim porosio-  
ribus aut siccioribus Viperinorum ac Cervinorum  
epilepticorum & antipestilentialium Zwelferianor-  
um imitatione incorporare. Emulsa contusaque  
infrigidantium oleosorum semina in speciebus  
Daireos P. R. similibusque ejusdem post paulo  
protractiorem asservationem (*nec enim parcior  
quantitas semper protinus consumitur,*) æque rances-  
cere dies docet.

*Saccharive (intus data opera corrumpendi) con-  
dituras.*

Quantum nullis non præter rem & modum pas-  
sim affrictum, (*& jam pridem candidissimo Salæ Sac-  
char. p. 1.c. 6. taxatum*) Hypochondriacorum no-  
strorum picrocholorum aut acido pontico vexato-  
rum stomacho conferat. Cardialgiæ hinc, Infla-  
tiones, Tormina &c. testantur. Inferiusque de Hy-  
stericarum, Lactentium, Dysentericorum &c. in-  
commodis amplius agemus. In specie, ut Pectoralia  
(ireata vel tragacanthina, ) id sub lento ac modera-  
to usu in tantum exigant, & nonnullorum simpli-  
cium (v. g. Tormentillæ, Angelicæ, Pimpinellæ,  
Dauci, Eruçæ, Zingiberis, Piperis, sem-Cynæ, Myr-  
rhæ &c. amaricantior,) acrior, adstringentior alias  
ve aduersior sapor in Eleçt. de Bolo, pulvere contra  
calculum A. stomachali Birckm. aut D. D. Zwel-  
feri,

feri, contra vermes ejusdem &c. idem quadantenus equidein (*cum excrecente hinc dosi*) excusent : cur tamen ex. c. Cachecticus Querc. (*pro Hypochondriacis,*) vel alicubi ipse Marchionis, (*pro pueris ad Epilepsiam alias tum inclinantibus,*) pulveres in se non ingrati ita condiantur, vel confectioni Liberantis Sacchari penidii ac canthii ana scrupuli duo accesserint, solidiorem haut adeo invenimus rationem : uti forsitan nec pro usuali Hysterico ac contra Abortum pulvere : sumentibus alias tum temporis in tormina proclivibus.

*Sic è magna Rotularum ac Tabulorum (usualium aut denuo varie propositarum,) serie, vix ultra Arteriacas sorte quasdam (variationis causa) comptior contractiorque praxis quam exigit;*

Alias hac Remediorum Formula, praesertim inter privatas dispensationes, & cum Ingredientia, imprimis Cordalia ac Cephalica, tam usualium quam Mysfichtianorum ac Zwelferianorum in se satis grata sumptuque facilia sint, fere nunc neglegenti. De saccharo pro stomachalibus, Hepaticis, &c. de talium commodioribus succedaneis paulo ante diximus : Pluresque adhuc vidimus studiis praecipue, Curis, Venere, Ingurgitationibusve exhaustos, adeoque languidissimum pro more stomachum circumferentes, qui viriles Morsulos atque Mysfichti cantharisatas quoque Rotulas ac consimilia quasi Succolatina noctu sumerent, mane vero multa, (*& que ac per frequenter post stomachales ac hepaticos,*) suborta Nausea, Cardialgia, & perturbatione Ventriculi, nil minus quam hoc tunc possent. Ambræ Illiquationes, Oleorumque postmodum admixtiones superius & alibi similiter nota-

tavimus. Revera semper sic aliquid mage disperit. Pectorales vero satisfecerint, si fauces atque larynx inde humectemur : Plusculum Sulphurea aliaque additamenta Thoracica, minutim hac ratione deglutita, in Phthisi, Hæmoptysi, Asthmate &c. raro præstant ; præsentiori cæteris paribus integra talium dosi.

*Accedit in purgantibus & Antelminticis draſtico-rum inæqualis interdum permixtiō ;*

De Scammonii, Jalapii, Gummique Guttæ præparatis ac Magisteriis nil dicamus, & quod Mercurius dulc. sic quoque suspectus sit. Rotulas sane, v. gr. Zwelferi è Mercurio Vitæ s. aut corredo, P.R. p. 60. æque ac Morsulos olim è vitro Antimonii indifferenter, hisce præsertim in Regionibus (*motu longe facilioribus*) uti nollemus.

*Mercurii dulcis incertis quandoque circumstantiis  
suspecta masticatio.*

Qualis oppido non potest è Rhabarbaro, Dauco, Filice, Cyna, Tanaceto, Myrrha &c Officinalium Mynsichtianorumve ingredientibus non exurgere. Vidimusque præterea haut semel vel hac de causa, aut propter nimiam saltem (*ceu per id sacchari pondus aliter fieri nequit,*) quantitatē, integre (*à pulsionibus præcipue, tenerioribusve,*) non deglutita dosi, (*adeoque mota tantum haut vero promota materia,*) solummodo aliaque incommoda, (*clysteribus postmodo lenienda,*) suscitata.

*Circa Aromaticas vero alias notum est, quod vulgaris quibusque in superiores certe pars &c.*

Ambra sæpe, Moscho, confectione Alchermes, exhaustorum capita magis passim replentibus exuberantes, palatumque potius delicatorum, (*ut fere Imperiales ex. gr. Cordialesque Mynsichti Rotulae, for-*

forsan etiam regia Cephalica prima, ac Refectiva D.  
D. Zwelferi confectio,) delinire hinc visæ.

*Extracta talium simplicium, ut plurimum effæta  
super addentibus, &c.*

Uti in singularibus, nonnullibi officinarum aut consiliorum Formulis, circa Cort. Citri, Aurantiorum, Cinamomi, Melissæ, Menthae, Rutæ, Salviæ, Liliorum Convall. &c. composita quoque, (*ex eorum parte, aut desillatarum Aquarum compos.* reliquias confectas,) Extracta, languidiora aut penitus fere exhausta deprehenditur. Nec adeo similiter percipitur, cur loco ipsius Theriacæ vel Mithridati horum debilitata spissamenta haut raro, etiam post Mynsichtianas Section. sept. Rotulas &c. (*dum diffusioris molis ad versioris que saporis alia nihilominus adduntur,*) in specie imperentur. Resinosiorum aut renitentiorum v. g. Ligni Aloës, Zedoariæ, Angelicæ, Helenii, Scordii &c. si horum ejuscemo di additamenta insuper in Pestilentiales confectiones, tanquam magis portatiles, diffusioresque in apparatus conferre placuerit, alia tum est ratio.

*Olei simplicis vel compositi super simplices Aroma-*  
*tiorum Manus Christi illitione &c.*

Eodem scopo, minori vero dispersione, quam si olea ipsa cum Saccharo recocto, usitato more miscerentur.

*Siquidem omnino res alia ratione compendiosiori-*  
*que modo transfigi nequeat.*

Nam & ipsa Masticatio, si caput per nervos aut serum subtilioremve evaporationem proximus (*vel potatorum, minutioribus vitris citius mebriatorum exemplo,*) afficere dicatur, per simplicissima nec ignota Masticatoria (*ut bucellas Essentia Succini, Theriacali, Camphoræ, speritu C. Cervi, Aqua Car-*  
*funculi*

*bunculi vel parili cordiali humectatas, spiritum Cephalicum Hartm. Ammoniaci s. & oleosum taceamus,) suppleri poterit ; parili sc. Cordialium & Alexipharmacorum ratione.*

*Confectiones communes & canthisatae, conservae recentiorum fccæ, [simplicis sui pulvere plerunque debiliores,] &c.*

Gusto à simplicium vigore id facile discernente : Speciosæ de cætero, dum v. g. Primulæ Veris Lilia convall. &c. ita condiuntur : à Quercetano Pharmacop. dogm. rest. l. i. c. 21. jam olim descriptæ, vulgaribusque tum prælatæ.

*Pineis, Pistaceis & Amygdalis quoquo etiam modo comminutis.*

Incisis potius, quam contusis ; in Aquis appropriatis per noctem præviam maceratis.

*Vel ipsis Ranarum, testudinum, cancrorumque carnibus farta damnuntur.*

Nam profecto v. g. cultissimus Mynsichtius nimium tribuere videtur Morsulis suis refectivis de Cancris; alias Sulphureis huic scopo minus forsitan convenienter sociatis. Et quantum è renitentiorum istarum carnium, vel etiam (*uti pariter aliis additæ sunt,*) pulparum Perdicum aut Caponum uno alterove scrupulo cum saccharo comesto expectemus? ut cultiores talia (*nec omnium locorum, temporum palatique,*) merito antiquarint.

*Arentes hinc fauces (quamvis difficulter interdum) lenitas vidimus, curatum neminem.*

Videmus id etiam in Febribus ardentibus, variolis &c. ubi consimilibus Siruporum Conditorumque dulcoribus, ipsoque Diamoron, Dianucum &c. melluginibus paulo post fauces plerumque magis irri-

irritantur aut inviscantur: ut si collutiones cætera-que dilutiora Lenientia vel Mundificantia, (*quotis tandem modo applicanda,*) non suffecerint, vel con-venerint, olei Amygdalarum dulc. tantillo per vi-ces linguæ ingestō, lenteque sic deglutito leniimen in pusionum variolis præsentius, inter alia quæsive-  
rimus.

*Quin potius intensiores inde depascentes febres,  
dejectum magis appetitum, festinatosque fluxus  
colliquatios.*

A Sacchari, oleosorum fructuum, ac carnium in-stomacho, æque tunc intus, ac reliqua extus, ex-hausto corruptelis.

*Vel [si quis omnino ciborum & aromatum saccha-ratorum miscellæ magis &c. confidat] facil-  
tunc negotio, ad recentiorum imitationem &c.*

Aucto v. g. Aromaticorum pondere, vel vege-tatori quodam stomachali superaddito; ceu in Zwelferianis nonnullis formulis videmus. Omissis quinetiam prostantibus jam usualium hic seminum confectionibus; utpote (*niseorsim parentur,*) Amylo plerumque magis nunc, quam faccharo obductis.

*At missis ambagibus supervacuisque sumptibus.*

Acciso Moschi ac Ambræ, inter & post cibos nescio quas insuper corruptelas (*nam de naturarum proprietate ipsoque pretio ipse D. Zwelferus class. un-decima Ph. Reg. monuit,*) nonnunquam ostentan-tium pondere. Revera porro, præsertim in lar-gioribus talium dispensationibus, nostræque in-tentionis intuitu, laboriosior videtur Globulorum cum Tragacantha (*dum vulgaris confectionis for-mulæ ibidem, tanquam, uti sunt, æquivalentes propo-*

nuntur,) efformatio; speciosior vero saltem cum saccharo desuper obductio, seu crispatura.

*Ita quoque Moschardina vel eorum Analogæ;*

Mynsichtiana, Zwelferiana, corpus sine anima Schröderi, l. 2. c. 86. &c.

*Cosmeticos Moschati vel medicati globulos, præter passive nunc venales, quænam Aula non novit comriodiora salubrioraque sepes succedanea?*

Et sale Tartari Aceto s. vel destillato saturato, solutionibus Benzoës præcipitatis, Marcasitis, Saturninis in Liquores medios vel extemporaneos redactis, & si quæ præter Talci fucos Coimetrica Aulicarum, Medicum generosum tantopere haut semper attingentia continent.

*Ejusdem sortis & exoleta præterea fere sunt poma Ambræ.*

Vel pro delicatioribus secundum Mynsichti, Zwelferi aliorumque proportionales mixturas, sed enim & citra pretiosiorum odoriferorum nimium in his accessum, seorsim tunc fingi queunt; æque ac sequentia Suffimentorum mage seriæ medicationi supervacanea.

*Candelas profumo institoribus hodie; & speciosiores contra subitanea, Anfall-Kertzen/ etiam conchiliis coralliisque conspersas medicistris relinquamus.*

Ceu jam olim à negotioribus introductæ sunt, & in nominationibus nonnullis Urbibus hodieque contra defluxiones &c. adhibentur ulcus quoque vulnusve citra hanc in fine perfumationem rite diligatum vix credatur. Directius quidem & minori adscendentis fumi dissipazione locum feriunt; Sed brevior vagantis candelæ mora, confortiora ex

ex iisdem vel consimilibus haut adeo sane caris ingredientibus (*Sabina insuper, corticibus baccarum Lauri, Colophonia, Sandarachæ &c.*) diversimode accommodatis suffimigia, (*suum alias inter lentam concremationem magis quam per luculentam flamمام agentia*) vix aut non (*inter frictiones, litus aliqua penetrantiora vel constantiora Topica*) superat. Est vero istarum (der Anfall Hertzen/ uti loquuntur,) ea antiquitus (*in Collectaneis olim Wurtembergensis Euporistis*) Descriptio. Dr. Thurius masculi ȝiss. fœminini ȝij. Succini alb. citrin. ana ȝj. Camphoræ ȝs. Mastichis ȝij. Myrrh. rubr. ȝj. Benzoës, Angelicæ, Pimpinellæ ana ȝs. cornu Cervi rite pro more cæsi raspati ȝis. Ceræ libras duas : pulverabilia pulverisentur, liquatae Ceræ permisceantur, & è massa cum tribus Cannabis, Sericeis, Aureis Argenteis que totidem, invicem ellychnii instar contortis filis Candelæ usualibus pares formentur : quibus postmodum ornatus gratia Corallorum rubr. Matris perlarum, Entali, Dentali &c. frustula extus impressa vidimus.

*Uti quoque reliquorum Sief ac Trochiscorum  
pagmenta inter supervacanea &c. relatæ sunt.*

Horum communiter 45. fere numeramus; in antiquioribus nonnullis plures : cum tamen subducta ratione, non tam in nostros, quam diffusissimos apparatus vel duo forte, (*Pectorales, & Rotularum loco Alexipharmaci*) sufficerent. Supervacuum (plerorumque dicamus,) efformationem ac difficiliorē pulvérisationem sub classe 12. adduxit quoque D. Zwelferus: addamus, quod virium haut parum, præsertim in odoriferis, frustra sub exiccatione divaporet : nam Tragacantham in Adstringenti-

bus, cum ejuscemodi emplastica in acrioribus fluoribus haut raro simul demulceant, hic non elevabimus. Sief vero, dum octo passim eorum ponuntur formulæ, polychresta autem Vitrioli albi solutio, Croci metallorum infusio, Pinguedo Viperarum, Colubrorum, Anguillarum, Mustelæve piscis, inter alias extemporaneas ac simplicissimas siccantes vel detergentes Mixturas, plerisque indicationibus satisfaciunt, unico sub schemate, ad Officinalis Albi cum Opio, vel Pulveris Ophthalmici Mynsichti (*sed accisam hic*) imitationem composito, pro attemperatione sufficerent; omissa singulari illa effiguratione; saltem quia frustranea est: nam prævia (*& revera indicio Sief Albo tardiosa*) pulverisatione pigmentum tale non indiget, siquidem aquis injecta, per alias necessariam circumagitacionem nihilominus brevi disolvuntur ac diffluunt.

(*Quo nec pastas pro suffumigiis, licet inter comburendum aliquando renitentiores exemerimus.*)

Nec repetierimus hic, quæ de Vegetabilium Saccharique additamentis, ipsoque Moscho pruniis una ingestu monuit; si delicatum potius, quam medicatum saltem suffitum, (*ceu è laminis etiam fideliusque fornacum plerumque fit,*) quærimus.

*Et cui bono etiamnum tot pilularum purgantium massæ &c. passim asservantur.*

Ceu ejuscemodi variarum destinationum Formulas jam pridem apud Quercetanum, indeque Mynsichtium, Zweiſerum, & passim in potiorum Civitatum Officinis Privatas insuper (*ultra vulgariores, ad 30. numerum fere excurrentes,*) inveniri notum, idque cuiuslibet delectus est.

*Aut per inanes inter se commisiones, accessorio-  
rumve supervacaneorum adjectiones imperan-  
tur vel multiplicantur.*

More, olim præcipue & donec Purgantium o-  
peratio indeque adaptatio paulo clarius proponere-  
tur, haut adeo infrequenti; ut tres vel plures usita-  
tæ Massæ, (*Aggregativa v. g. Aurea,*) Assaireth,  
Cochia, Sine quibus &c. miscerentur invicem, aut  
Extractum aliquod, Pulvis, Magisterium &c. su-  
peradderetur: ceu in Authorum Consiliis, (*inde-  
tamen temere nunc non æstimandis,*) passim exempla,  
item in Mynsichtianis Pil. Catholicis cernimus.

*Dum duæ præterpropter Massæ &c. totum hoc  
negotium expedunt.*

V. g. Vegetabilis forte una, (*vel pro robustiori-  
bus aut locorum ratione insuper altera;*) altera simul,  
(*e dulcificato*) Mercurialis. Ut Jalapium nunc  
est, Magisteriaque compactiora, Extractum Hel-  
lebori, Colocynthidis &c. minus interea quadran-  
tibus vegetabilium, præcipue remissiorum pul-  
veribus; Mechoacanna in primis, Agarico eo-  
rumque Extractis.

*E vegetoribus minorisque molis aliquot ingre-  
dientibus simplicissime compositæ &c.*

Per competentes, quo Jalapium similiter, (*præ-  
ter oleoforum hunc in finem adjectionem aliquam,*)  
potissimum facere poterit, Pulveres: quod Schrö-  
derus jam l. 2. c. 73. notavit. De cætero pro to-  
tali massarum incorporatione, si gummosa vel re-  
sinola aliterve viscidiora Simplicia vel Extracta re-  
cipiant, Aquas quoque, Succos expressos cerevi-  
siam, vinum &c. sufficere; minus vero, si Pul-  
verulentis solum constent, ex hinc inde habitis,

v. g. super pilulas de Castoreo adsertionibus haut adducemus. De succino Crat. de Bdellio, similesque, item cum Melle quoque Sirupisque (*ut Tragacantham ibi prætereamus,*) subactæ massæ indurescunt tandem, ægerimeque citra nova accessoria (*Opii modo*) in dosin efformantur. Extracta vero fermentata, ex. gr. Colocynthidis, Hellebori &c. moliores ut plurimum relinquunt pastas: Unde quemadmodum nec Tartarum Vitriol. (*alias hic in permultis compositionibus frequentatissimum,*) Zwelferiique flores Martis Ammoniacales Vitriolum Martis facit. &c. ita nec ipsa Alcalia, sub moderato pondere, vel ea de causa exclusa optaverimus.

*Et in rei veritate plerorum chiragogorum seu dirigentium, corrigentium &c. additiones.*

Quibus tamen (*tanti olim habitæ, nec inertes*) Cochiæ, de Fumaria, Foetidæ, de Colocynthide, de Hermodactylis, Nitro &c. admodum, æque ac recentiores Mynsichti Peruvianæ, Polychrestæ, Hydragogæ, Benedictæ Zwelferi Magistrales Panchymagogæ, Tartareæ Bonzii Schröderianæ, Extracta Catholica ac Panchymagoga officinatum usualia &c. pilularia, perquam destituuntur; penitus vero ex. gr. Extractum pilulare Zwelferi P. R. cl. 7. aliæque nominatissimorum Medicorum Formulæ; nihilominus satis hucusque in suo genere efficaces, & quod aliorum ruit, vel incompetente loco colligitur, subducentes. De quibus inferius peculiari loco.

*Ut è frustanea mole 20. sape vel 30. majuscula quoque formentur;*

Olim præcipue, ut sclopetorum quandoque globulos æmulari, deglutiri tamen, pueri adhuc mirare-

raremur. Cur autem impari plerumque numero, quasi per traditionem, præcipue laxativæ imperentur, aliquoties à curiosulis rogati, expedire commodius tantisper nos nequivimus, quam versatissimi illius Philandri von Sittenwald septima, (*Libris uiisionum secundi*) relatione: quod dum inter Milites egisset, ut furtæ latrociniaque sua sibi feliciter cederent, similiter non nisi impari semper numero exierint.

*E laxativis pariter per tot variationes, additiones, inventiones, emulationes &c. ad nauseam usque multiplicatis &c.*

Ita, dum ad minimum 14. Usuales Aloëticæ simplices, & aliis purgantibus vel alterantibus diversimode alteratae in usitatoribus Dispensatorii habentur, apud Mynsichtium insuper additæ sunt Familiares, Proprietatis, Aleophanginæ propriæ: in Phar. reg. tres ad septem usque variationes: in D. Schröderi l. 2. c. 73. fere plures. Et quot circumlatæ Formulæ, quibus Francofurtenses, Glasfianæ, Würtenbergenses, Bavariæ &c. nunc aut olim celebriores constare creduntur.

*Vel unica forsitan simplicissimaque compositio in omne quod inde queritur, sufficerit:*

Ni forte Hyponchondriaca quædam pro locorum, subjectorum apparatusve ratione, seorsim insuper complacuerit, accessoriis, non tam Purgantibus semper, (*dum gummosa Aloës pars, citræ medicorum accessum, suum sèpenumero felicius hic transigit, draistica vero ante cibum haut raro quidpiam turbant,*) quam Alterantibus, & quidem vegetoribus Metallicis ac Vegetabilibus nonnullis potius, quam remissiorum succorum pulverumve magmate tunc sociata. Et hoc quoque quispiam

Terebinthinam coctam , s. aut (*ad impediendam colliquationem vegetorumve abstensivorum incorporacionem, Cicerum Tartari, Pilularumve Terebinth. Mynsichti imitatione*) augmentatam , specialiores nonnunquam in usus laborisque extemporanei compendium forte referret. Num Pulveres Cinnabarinos , Martiales , (*in substantia tum magis proficuos*) Opiatos &c. per addita Præcipitantia interea paulo diffusiores , perve Hysterica quædam adversiores deglutire nequeunt , aut inter continuatos Vomitus liquida quoque rejiciuntur , mora quædam in nonnullis Stomachi Intestinorumque vitis vel in odontalgia requiritur.

*Alias facillime vel ex tempore pro circumstantiarum ratione , citra vanam talium asservationem efformantur.*

Perquam enim exiccantur ; præsertim si Tragacantha , (*uti nonnulli in Pilulis de Castoreo ,*) accedit ; Quo difficilius postmodum nec si nausea interdum vel gravamine liquefiantes; ceu in ipsa etiam Laudani pilularis Massa tandem cernitur. Volatiliores insuper nonnullorum (*oleosæ vel salinæ*) partes successive hinc exhalant : Continuatioque ipsa (*uti si quis Stomachales Hepaticas , Cephalicas , (præsertim mage vegetabiles &c.) ad D. Zwelferi Mynsichtive imitationem Magnatibus delicioribus que præscribere voluerit ,*) nauseam demum secum trahit. Diaphoreticas aut Theriacales , etiam cœlestes , (*in ea Pulvisculorum Liquorumve exiguitate ,*) reliquorumque Specificorum ad hanc formam nonnullibi reductionem , uti superioribus annis ejuscemodi (*portatilium equidem Medicamentorum*) Thecæ , præci pue in Ducatu Würtembergico , aliisque inde Aulis haut infrequentes erant ,

erant, privatis authorum intentionibus oppido relinquamus.

*Ni propter consuetudinem Theriacale quoddam excipias reliquas hujus generis miscellas, vulgares ac correctiores, tanquam manducum horreant:*

Nam speciosius præ aliis Pectorale quoddam liquidis Mixturiſ revera cedit; per ſe invifcat, ſiccis (*vel applicationis ratione*) incommodius. Satyriacum inter æquivalentia noſtra minus ſaccharata, aliaque analleptica, etiam ſimplicia, delectus hic adeo non exigit.

*Cura lenientium, pulpis ſaccharoque turgentium incommoda &c. alias notoria ſint;*

Quod etiam D. Zwelferus in animadversionibus ſuper Electuarium Diacaffiae ac poſtmodum in Praefatione Classis 4. Phar. Reg. monuit. Quamvis in ejus quoque ſuccedaneis Purgantibus Cl. 4. & Alterantibus ſpleneticis, hepaticis &c. Cl. 15. quædam ſimiliter ad dimidiā & integrā unciam adſcendentia, adverſoribusque nonnullis interdum una conſtantia invenire forte poſſet curioſior. Interiorebus vero hiſce in diſtriictibus didrachmales etiam Bolos purgantes ægre deglutiri paſſim experientia docet.

*Tutioribusque & acceptioribus idem nunc obtinetur.*

Ceu ſuperiorijam ſeculo vel Fernelius, (*A Foēſio in Pharmacopœia ſua*) hic fere tum liberiori attenſior in Methodi Med. l. 5. & 7. cum perdocto Commentatore ſuo, Guil. Plantio, item Crato hinc inde, Sennertus poſtmodum l. 2. de feb. & paſſim in Praxi, P. Morellus in Materia Med. aliique

curatores Practici successive usque dum circa Fe-bres, Icterum, Flatulentias, vermes, debilitates stomachi, Pueros. Reconvalescentes &c. monue-runt; acuereque hinc talia vel accisis vegetiorum dosibus supplere, magis magisque ceperunt.

*Elective vero purgans, seu Bolus, quandocunque libet, loco tot horribilium aut tantum superva-corum magmatum habeatur, &c.*

Uti è Rhabarb. Agarico, Senna (*ipsaque olim Colocynthide*) cum Levisticō, Chelidonio, Cichorio sylv. Gratiola, Pimpinella &c. etiam in recens sub-stitutis, ipso hinc D. Zwelfero Rob. Cerasorum purgans, (*in Ph. Reg.*) Ribium ibidem, (*quo minus ad-huc reliqua Compositiones eximi posse videntur,*) præ-ferente, non potest, non oriri. Ceu, dum Juniperi-num quandoque hic est, fuerit inconvenientior, Sambucina vulgi, Cerasorum, Prunorum, in vini-feris quoque Musti est. Revera tamen v. g. Lima-tura Martis cruda vel præparata ex tempore sic, magisque adhuc in (*diuturnioris Asservationis, ingra-tioribusque hinc tandem*) Electuariis obnupta, quod etiam circa reliqua Præcipitantia, s. absorbendo vel invertendo agentia, & interdum per id genus Acidula, non sine quadam suborta prius effervescentia, jam semi-saturata haut raro percipi poterit;) ut plurimum aliquando remissius agere deprehenditur. Uti alias Pulverati tantum aliis longe est actionis modus, præ substituto in recentioribus Electuariis, per Martis saltem Vitriolum Chalybeatis. Gratiæ enim exiguæ usitatis plerisque omnibus, nonnullis quo-que superadditis, (*quo Absinthiacum Myns. de Baccis Lauri, Hepaticum calidum Phar. Reg. quispiam forte retulerit,*) in ea tamen diffusori Dosi insunt. Et quis Stypticis vel Dysentericis (*horum, aut anti-* quio-

quiorum,) eo in Affectu; item Optico Myns. Opia-  
tis insuper, Mitigativis aut Narcoticis Recentio-  
rum allegatorum, æque ac superiorum seculorum  
Confectioni Archig. Philoniis &c. ob inæqualita-  
tem mixtionis, (*quam intermoderna contractiora  
non immerito nunc veretur aliquis,*) simpliciter sem-  
perque confidat; Marmeladas interea otiosioribus  
domi, vel negotiosioribus Aulicis relinquens.

*Ita nec ullo Lochzano insanove, nec alia Eclegma-  
tum antiquorum vel recentiorum specie &c.*

Uti usitatis in frequentatioribus Dispensatoriis;  
Mynsichti saltem ac Zwelferi seu Formulas seu  
variationes fere sexdecim superadditas invenimus.

*Sive de cætero quidpiam inde profundius descen-  
dat, sive non;*

Quod pene videtur; diuturnisque, matutinis  
præcipue exscreationibus, *sive materia è profundis,  
sive è præliminaribus, varia de causa provenerit,*)  
vexati. (probe prius interea ex inanitis circumcirca  
faucium terminis acPLICaturis,) haut raro nihilominus,  
evidenter tamen, per Larygem tandem Ar-  
teriaci quidpiam, (*nam acriorum Detergentium,  
Exiccatum, vel plane in Diacodiis v. g. Dysente-  
rico ac contra Sputum sanguinis Zwelf.* Adstringen-  
tium equidem difficilior fuerit ratio,) adscendere,  
(post lentam prius insinuationem) etiam nobiscum  
quandoque percipiunt.

*Ita Linctus quoque hunc in finem præsentanei;  
jucundi facilesque, quandocumque opus fue-  
rit, promte confiunt, perfunctoria saltem.*

*Extractorum, Essentiarum, Tincturarum &c.*

Arteriacorum, & vel supernæ saltem Viscosi-  
tatis, Incisivorum & Detergentium infra relato-

rum. Quid enim è Stypticorum , ni forte Emplastica simul vel oblinentia simul fuerint , accessu si bi quis hoc modo in Hæmoptysi , magisque adhuc in Dysenteria specialiter promittat ?

*Inter se & cum sacchari (seorsim ac simplicissime, complures tamen in usus) syrupsati mixtura, &c.*

Qua ratione plurima compendiose , citra quoque coloris , ubi opus est , jacturam edulcorari , dilui , ad consistentiam suam redigi , efformari &c. queunt. De cætero & Mel Passularum Salæ modo Essentiarum instar paratum , ejuscemodi Linætibus similiter haut inconvenienter , tanquam mageleniens substituetur.

*Cui bono tot conservæ & (effæta , vel si muriam propriam reddas , maximam partem ingratiiora hinc) condita , &c.*

Etiam per contradictionem quasi , ex Amaris illis , Absinthio , Carduo bened. Centaurio min. Scordio &c. ita faccharatis propositæ ; aliterve Mixturas , præsertim sub paulo liberaliori accessu ingratas . (quod Anthos quoque Lavendula , Ruta , Fumaria , Mentha , Botrys , Veronica , Hypericum &c. solent ,) reddentes ; aut virium permultum sub ipsa Præparatione , (ceu vel inter Embammatum è Cochlearia , Piperitide , Nasturtio &c. confectione percipitur ,) perdentes. Ut secundum laboriosissimi D. Zwelferi super Classem 14. accurationem , in Enula , Calamo arom. Cichorio , Pimpinella , Melpilis , (Juglandes enim adducere nimium foret ,) deprehendetur. Quodque similiter simultanea ejusdem Incoctio haut semper quælibet , v.g. Aurantiorum Citriue cortices & Radices minus (ceu pleraque hic sunt ,)

funt,) pulposas sufficienter & pro expedita teneritate emolliat : licet etiam protractior (*at non sine subtiliorum e nonnullis particularum dispersione,*) fuerit. Vase clauso enim eas excipere, & crassamento reddere; idque sub *plerumque necessaria*) talium rectio[n]e seu incrassatione repetere, vix aliquis circa ejusmodi Bellaria voluerit.

*Efficax Medicina horum paucissimis, & vel soli forte Rosarum (quarum libet) conservæ.*

Nam & hic revera negotiosior foret Albarum, Incarnatarum, Rubrarum delectus.

*Nec, si rem paulo curatius expendimus, ullo Syruporum, Rob, Mivaram, Mellum medicatorum, oxyaccharorum, oxymelitum &c. (pro majori virium conservatione vel speciositate) correctiorum tantopere indiget.*

Ex Amaris insuper, aliasve sub Sacchari quoque tegmine Ingratiōribus, Viscidis, volatiliōribus salinis aut oleosis &c. (*cum commodior conservandi vel applicandi modus tum temporis vulgo nesciretur,*) paratorum. Chirurgis interea suo Melle rotato (*quod in Clysteribus, cum consimilibus, etiam Siroripis eo destinatis, simplici melle vel saccharo alias facile suppletur*) relicto.

*Ad precedentia adhuc referri queunt sequentia.*

Dum v. g. Myntichtianorum complurium Compositio, (*si Ingredientia haut pauca Aquoso Liquori necessarie Exhalationi conferimus, aut inutile Vini magma expendimus,*) fere inconvenientior ; Destinatio, ut in Dysentericis, infida ; Commendatio s[ecundu]m, ut in Hydragogo, Panchymagogo, nimia est. Circa recentiores vero Pharm. Reg.

variationes, (*Mynsichtianis nonnullis, Perlato, Coralino, Nephritico &c. alicubi vicinas,*) adhucdum hæsitare posset aliquis, quod Volatiliorum complurium, Menthae, Melissæ, Hyssopi, Cochleariæ, fl. Tiliæ, Aromaticorum affiniumque nonnullorum, Nymphaeæ (*refrigerii causa*) &c. seu Extracta seu Spissamenta è residuo ad Tabulati consistentiam cocta, revera tamen exhausta vel debilitata nihilo minus insint; Aromaticæ, ac vicina quædam Cephalica, carminativa &c. simpliciter & in aqua decoquantur; Succi non solum humidiorum herbarum, sed Radicum quoque sicciorum, Centaurii minoris &c. seorsim & operose collecti, minusque hunc in finem, (*etiam secundum annotationes ad Aperitivum Mundereri,*) habiles alias existimati novis Extractionibus destinentur; Cochlearia, Fœniculum &c. Acetosis extrahatur, Asthmatici ac Nephritici cœpis teneriorum plerisque adversis imbuantur, &c.

*Cum porro, (siquidem alicubi syrupale remedium omnino requiritur,) prompta seu extempora- nea competentium extractorum &c.*

Et sicca & liquida, Aquarium, Mixturarum Tinctoriarum, Essentiarumve forma: quid enim Sirupalis in Cephalicis, Cardiacis calefacentibus, Diaphoreticis, Nephriticis in specie conferat, tantisper non videmus; minusque adhuc in Spleneticis, Uterinis ac Dysentericis.

*Aut mel purius vel pro lubitu ad odoris qualem- cunque obliterationem recoctum &c.*

Ceu paulo ante notavimus. Circa Mel vero, quod jam ante Helmontium (*tract. Nutritio Infant. pro Essentia Roris cœlestis habentem*) Quercetanus in Pharm. l. I. c. 10. Saccharo prætulit; si sponte, secun-

secundum C. Cunradi pridem tract. 6. p. 1. traditum, in Apicolis passim ignotum, processum stilans, (*equidem speciosius*) defuerit, curiosiores esse nollemus; vulgari, unica tamen, Albicantioris præcipue eliquatione contenti, ob planam usque-dum, (*licet heterogenei quidpiam, non fortasse tam ex ipsa Cera atque Propoli, quam inviscatis ut plurimum Apibus errumque amarissimis excrementis arripuerit,*) Innocentiam; & inter subsequas ejus Adaptationes. vix tum evitabilem conservatarum prius tenuiorum particularum Dissipationem; quas imo Glauberus ex adverso & quasi contrarius, ne ingratu illo melleo odore, etiam stillatitio Cunradi adhærente, Hydromel Spiritumque ejus inficeret, data opera Recoctione aliqua, tantisper laboribus effectuique innocua, (*pluries enim repetitas ipsum tandem Mel, quod et am D. Zwelferus S. I. P. R. hac in materia annotavit, perquam exhaustire certum est,*) detraxit, F, 3. c. 12. & in sequoribus.

*Quæ denique (numero forte tria vel quatuor) sub alia fere forma &c.*

V.g. Violæ purp. Glycyrrhiza, Citrus, Scilla, si cruda recipitur; quibus addi forsan possent etiam Cydonia, inque diffusissimos apparatus Substitutionis aut Variationis in Refectivis caussa Rubi Idæi baccæ Fragave.

*Condensatoria scilicet colorem, liquidiora vero, (sub concepta fermentatione) saporem aliquantum mutant, &c.*

Ita parata in vaporoso Balneo Essentiarum Salæ modo, (*saccharata quoque*) Extracta, Violarum quidem, post debitam inspissationem pristini caloris equidem minimum, si caliculi una, (*nec prodestis-*

*destinatione remedii in consulto*) relicti fuerint, nil, quod nos (*secus ac laudatus modo A. Salas f. 2. c. 3.*) observare forsitan potuerimus, retinet. Liquiritia sat spissum ægre reliquis postmodo permiscetur; paulo liquidius aut mollius situm plerumque contrahit. Citri succus, (*prater Alborem, in Mixturarum variationibus interdum nonnullis quasi situm,*) per nimiam exhalationem de Acore suo, (*uti D. Zwelferius f. 1. Ph. Reg.* & jam ante eum *Heumontius de Lithias* f. 7. *non impertinenter monuit, & parile mitificationis exemplum in ipsis Liquiritia & Succaque ejus Extractis inter se collatis habemus;*) notabiliter remittit: nec intipissato Cydoniorum succo pristina adeo fere gratia inest; uti quidem (*tadis & tamen asservationis diffusorisque dispensationis*) Vino, vel ad tertias tantum evaporatae Remanentiae; gratori quidem, at (*sine saccharo quoque,*) facile, (*cum induito aliquo amarore*) fermentanti. Scilla cruda porro nobis tamdiu innoxia, in Aceto simplici, (*cum destillatum acrius modificante corpulentia destituatur,*) tandem mucilaginefecit: & si Fructuum haut acidulorum Succi complacuerint, liquidiores similiter etiam sulphurati, tandem non sine saporis immutatione aliqua fermentant; per se vero corpulentioris cuiusdam Rob instar condensati, v. gr. Fragorum, Mori, cerasi nigrorum situm vix effugient.

*Nec conservatoria talium encheirisi penitus destituuntur, uti nec aequivalentibus suis succedaneis.*

Nam in privata confirmationique praxi Color primo plerumque tanti non est: nec per fermentationem mutatus aliquantum succi Cydoniorum (*ad tertias exhalati, & pro lubitu sacchari quoque*

que particula conditi,) Sapor destinationi ejus officit, extempore insuper compendiosiusque in singulis dosibus per supradictum Sirupum immutandus. Ad præcavendum vero situm, servandam tamen interea reliquorum Subdulcium aut Acidulorum fluiditatem, post peractam ad quartæ partis remanentiam largioremve evaporationem, vel sacchari saltem, (*at alia cum ratione*) Additio, (*dum Acidulatio per Vitrioli Salisve spiritum omnibus subjectis affectibusque haut semper convenit, & nonnullorum consistentiam denuo disturbat, Sulphuratio vero quasi Helmontiana, cum odoris adversitate quadam expectationem hic interdum destituit,*) tantisper sufficit: longe sc. quam in usitata ista Syruporum diffuentia, parcior, & ut mellago tantum aliqua s. Sirupalis consistentia (*A. Sala, saccharum tamen in Saccharol. p. 2. c. 14. fere nimis accidentis imitatione quadam,*) excat: sicque Fermentatio etiam, cæteris interea, (*ratione repositionis &c.*) paribus, in condensatoribus ejus generis succis impeditur: quemadmodum & Aceti scyllitici supra noti corruptio, si vel dimidium saltem inibi dissolvatur. Acidi Berberum, Ribium, Cerasorum &c. succi ad tertias vel quartæ partis remanentiam exhalati alias per se, & citra hujuscemodi conditram durant. Plura enim in ejuscemodi Epicerasticon, Incidentium, ac Roborantium temperatorum genere, parabiliora quoque, suppetunt, quæ pro regionum tempestatumque ratione deficienti uni substituantur: v. g. tot Arteriaca è Papavere utroque, Passulis, Tragacantha, Seminibus mucilaginosis, vel (*in Emulsiones*) oleaginosis, Malvaceis &c. E Becchicis Ammoniacalia utraque, Arum, Nasturcina cum affinibus, Ireata, Hedera terrestria &c. Liquiritia vili pretio è media Germania ubi-

ubique habetur : Cydonia similiter ad Septentrionaliora usque; aut sicuti defuerint, quia cum aliis nonnullis Acidis, hique inter se soli vel accessoriis magis accommodati, vel exasperati, invicem permutentur, obstare profecto terri nil deprehendimus, minusque adhuc peculiarem Ruborum Fragorumve pro intentione nostra necessitateim.

*Sic, quamvis Extracta quædam, è simplicibus aliquot Polychrestis, Extractioni revera subjectis &c.*

De hisce primus egit distinctius ingenuaque A. Sala Anatomia Effentiarum veg. f. 1. c. 5 & f. 3. c. 3. Cum olim indifferenter tantum non omnia huc (*sive inter ea vegetabilium,*) traherentur, plane Volatilia, Aquosiora, Mucilaginosiora, Farinacea, fructus ac semina illa pingua, culinariæ, nec singularius aliquid revera præstantes vescorum Animallium partes, Lapilli, Testæ, aliaque Marina, (*in speciebus aromaticis diversimode Anodynis Purgantibusque Extractis destinatis, plus minus contenta,*) ac Mineralia ad Martem usque ejusque Solutiones. Ceu vel in Quercetano saltem, toto Pharm. dog. restitutæ c. 25. exempla habentur plurima; nec superioribus annis in Mysichtio, P. J. Fabro aliisque desunt. Nec tamen proin nonnullorum inconvenientium è Destillationis per Vesicam collatione indifferenter æstimaverimus: siquidem ut oppido satis valida est, (*D. Zwelfero quoque Phar. Reg. cl. 15: monente,*) vaporosi Balnei actio; reipsa tamen per immediatam illam coctionem magis exauriri ac separari Immersa simplicia videntur: indeque Caryophylli, Cinamominum flores Tunicæ &c. quæ prædicta, etiam remissior Destillatio effœta relinquit,

quit, de suo quidpiam vaporoso Balneo imper-tiant.

*Ac parum inter adæquati menstrui divaporatio-nem vel abstractionem &c.*

Tædiosiorem interea, alienoque sæpe sapore Vini spiritum, indeque Extractum etiam subsequum ex parte inficientem, nonnulla insuper ita debilitantem; ut nisi carissimus tunc fuerit, immorari istius collectioni nollemus. Idque non solum, cum naturæ simplicis inconvenientius fuerit Menstruum; indeque v. g. Croci, Absinthii, Rhubarbari, Senæ similiumve cum Vini spiritu parata Extra-cta, aliquanto magis debilitari partim Sala l. c. f. 3. c. 3. & 4. monuit, partim experientia (*ut ut purgan-tium horum major hinc correctio aut subtilissatio ho-die que pretendatur,*) ostendit. Verum etiam, cum adæquatus adhibitum est Menstruum: ceu colle-ctæ inter evaporationem humiditatis sapor odor-que, ac tandem ipsum coagulum, etiam in fixiori-bus quamplurimis, Vulnerariis, Adstringentibus, &c. D. Zwelferi hinc restitutioni per oleum pro-prium, difficillime quoque per M. B. prius conqui-statum, Append. p. 17. haut ita subiectis, (*si parili ratione liquidis adhuc talium infusionis gustando odoran-do que conferatur,*) quidpiam hic (*non tamen rejiculis ideo Extractis,*) deceßisse testatur. Indeque, præ-ter magis sic expansum Medicamen, fortassis in-super est, quod ejus generis infusa aliqua validius sæpe præ Extractis suis, pro ingredientium tamen ratione operentur.

*Deperdentibus in vaporoso balneo confecta.*

Vulgari saltem; si Galeatum olim, (D. Brendelio adhuc Chim. c. 3. commendatum, tardissimum tamen, & Coriandri semen aliquando nobis semet empyreumate insi-

*inficiens,) displicuerit, aut recentiori imitatione D. Zwelferi clausum præsentiusque defuerit. Patina, uti notum, pure stannea, vel pro acrioribus etiam vitrea; ceu satis commode è Recipientium vitrorum diffissorum fundis habentur seu exscinduntur. Evaporatione, (si Carbonum laborumque Compendium quandoque placeat,) hyemali tempore super Familiæ in hypocaustis (paulo amplioribus vel altioribus) Vesicam aquariam, æque celeriter ac innoxie, (ut de Opii Extracto plus vice simplici scimus,) instituenda.*

*Præsertim quæ liquida forma danda sunt, idque alias ferunt, &c.*

Uti circa Sirupos notata spissamenta Arteriaca, Rete&diva &c. V. g. modo dicta aliaque Pectoralia, Epiceraistica, succulenta Acida & Acidula, Vulneraria, moderate Adstringentia, Diuretica acceptiora quædam &c. Nam, ut in Sirupis olim, nemo forsan nunc amara illa, aliterve adversa, Absinthia-  
ca quasi, vel Opiatici saporis plurima amplius ita condierit, vel hinc è Tincturarum, Pilularum similiue competenti forma excluserit.

*Etiam si vel semiresinosa & cum Vini spiritu ex-tracta fuerint &c.*

Siquidem & hæc gummosis vel mucilaginosis pariter sociata, v. g. Ligni Aloës, (quamvis D. Zwelferus præfatione Cl. 7. Ph. Reg. diversum referat,) Acori, Hyperici, item Consolidæ maj. Altheæ &c. saccharum amplectuntur; licet plerumque minus inde diaphana, purpureis tamen (v. g. Eff. Papav. errat. succi Liquiritiæ &c.) haut difficulter obnubenda; ut laudatissimi A. Salæ percolatione (c. 4. f. 2. de Polychresto Hyperico,) vel spirituosioris liquoris nonnunquam minus convenientis additione, haut adeo

adeo hic opus sit. De cætero istius generis simul semiresinosa, jampridem & prædecessorum exemplo, citra laudatissimi D. Zwelferi particulatim inibi dispersarum Resinarum, (*intimorem equidem, vix tamen undiquaque perfectam*) separationem, in Vini spiritu solutionem, vel cum Amygdalis aut Melonum semine, (*quorum etiam rancorem subsequum D. D. Sckröckius Cl. 7. p. 117. opposuit,*) sub actionem, ac reiteratam (*quæ deno nihilominus inæqualior oriri poterit,*) conjunctionem, (*simultanea tantum ac continuationi, circa exhalationis finem permixtione, vel pilularum Cordialium, Anodynarum, ac stomachalium ejusdem imitatione, contenti,*) secure nihilominus & citra inæqualis hinc operationis perceptionem, etiam in Purgantibus, (*Agarico, Mechoacanna, Turbetho, Gutta Chambodia &c.*) adhibuimus.

### *Secundum recentiorum inventum saccharata.*

Præcipue A. Salæ jām ductu Saccharol. s. 2. c. 14. Poteriique l. 3. c. 6. postea commendatione Papaverina, Rosacea, Violacea, quæque è Liquiritia, Consolidis, (*si alluberit,*) Satyrio &c. superius sæpius allegatis habentur.

*Et quidni magis hinc expungantur, quæ majori adhuc numero è simplicibus extractioni plane non subjectis &c.*

Ceu ipsa talium Simplicia inter superflua, in principio ex parte recensuimus : exemplique esse possent, alibi forte Carlinæ, Angelicæ, Enulæ, Zedoariæ, Petasitidis, Imperatoriæ, Levistici, Dictamni albi ; alibi Fumariæ, Linguæ Cerv. Polypodii, Filicis, Cetarach, Cuscute reliquorumque (*quovis in genere minorum adhuc gentium Simplicium Extracta.* Et fallimur, an (*si experientiam spe.*

*specialemve necessitatem conferimus,) singularitatis tantum sunt, quæ (ni accessoria quid nonnullis conferant,) è bubulo vitulinoque Hepate, ac (Vulpino quoque dixerimus) Pulmone Bovis splene, Matrice, Leporis, Secundina Mulieris, Alcis Ungulis, humanis brutorumve Craneis, (gelatiniformia fere,) ipsoque Marte, sub longe latiori vocis significacione, pro seculi tunc more hoc relato, Tineturisque forsan (cum Magisterium Martis aperitivum Mynsichti Armam. s. 1. nibilominus iterum diluidetur, Vitriolum vero Martis facit. D. D. Sennerti, L. 3. Prax. c. 5. de Affect. Hypochond. imitatione, Hellebore extracto facile certiorique proportione permisceri eodem successu queat,) parantur aut proponuntur.*

*Viresque suas inibi disperdentibus adhucdum nonnullibi proponuntur? quæve numerosius adhuc &c.*

E Pipere, Cochlearia (cum vegetior pro coloratione viriditas aliter aut aliunde, certius habentur,) Liliis convall. Mentha, Melissa, &c. herbosum saltem, amaricans, aut remissimum magma, (cujus intuitu, exemplorumque per singula persecutio, talia quoque teneriorum aliorum, nec tamen plenarie adeo volatiliorum, Croci, Rosarum, Caryophyllorum hortensium &c. Extractis A. Sala l.c. interposuisse videtur,) præbentibus.

*Quæ scilicet nimiis clarificationibus, aut longioribus digestionibus debilitamus potius, quam exaltamus;*

Utrisque Poterio quoque Phar. Spagir. s. 4. l. 1. ac P. J. Fabro in Myrothecii p. 1. frequentatissimis: at ab ingenuo Sala s. 2. Escent. c. 1. 4. & s. 3. c. 4. Hydræolog. s. 1. c. 5. haut sine ratione forsan im- pro-

probatis : dum multæ simul , æque efficaces præsertim lenientes , item resinosæ , Tartareæ , similesque fixiores particulæ subtrahuntur , vinosi vel mucilaginosiores Succi quidam , v. g. Fragorum , Mororum , &c. Infusa Lysimachia spicata absorpto albuminis tantillo sæpe turbidiores redduntur ; Castorinus , in Essentia ejus , odor aut imminuitur , aut putido quopiam deturpatur , &c. Non tam ob copiosorem Liquorem , Calorem remissiorem &c. equidem declinabilia ; (*indeque Sala l.c. plures pro evaporatione Patellas recipit :*) quam ipsam Liquorum eo declinantur . Epicrasticorum vinosorum &c. naturam : antequam tales debitam consistentiam ,) *nam fluidorum saccharoque conditorum succorum aliam esse rationem tolerabiliorremque mutationem , superius Titulo de Syrupis notavimus ;*) nanciscantur. Acerbo vel Acido , destinationi Simplicis incompetente oborto (*cum effectu per quam acciso*) sapore ; præsertim in subdulcibus mucilaginosioribusque nonnullis ; uti nobis circa Senæ infusum Sambucique succum aliquando accidit.

*Quæ nimis repetitisque menstrui affusionibus ,*  
*[dum unica simultanea infusio in octuplo vel*  
*decuplo liquores sufficit ,] obruimus &c.*

Quod ipsis Zwelferianis quibusdam Extracti-  
nibus eorumque in Agarico , Jalapio &c. Paradig-  
matibus impingere fortasse posset quispiam. Cæte-  
rum à primis manualis operæ exercitiis , hac in Ma-  
teria ad planum A. Salæ ductum institutis , post  
plures usquedum variationes , Productorumque  
ponderationes , familiarem ipsi Proportionem  
plane adæquatam & sufficientissimam esse depre-  
hendimus pro Radicibus sc. Lignis &c. præcipue  
compactioribus octuplum ; levioribus , spongiosio-  
ribus ,

ribus, mucilaginosioribus, ac Herbis plerisque concisis decuplum; Floribus, præsertim teneroribus, levioribus, in mucilaginosioribus; v. g. Violis purp. Papaveris errat. &c. à decuplo usque ad duodecuplum; Succis inspissatis, Resinis ac Gummi-refinis plerumque sextuplum, aut paulo plus. Ita Recentibus, ni sponte succulenti quidam Flores (*ut Borraginis*) diffluant, Fructuive acidi aut vinosi copiam per se præstent, facile, similiter tamen cum aliqua latitudine suffecerint, Floribus quidem anatomicum pondus: ut & Herbis medio modo hic se habentibus, Plantagini sc. Cichorio, &c. Succo enim abundatioribus, Fumariæ, Acetosæ, Carduobened. &c. (*cum accedente calore externo prompte in paucō humido concidant, immediata vero talium expressio sit tædiosior,*) tantum hoc longe foret exsuperantius; Siccioribus autem, Veronicæ, Centaureo min. Hepaticæ nob. (*pro germinationis tamen & maturationis ratione*) dimidium insuper aut duplum oppido magis necessarium; præsertim levioribus mucilaginosioribusve, v. g. Pulmonariæ utrique, &c. Sicque in Radicibus etiam Liquiritiæ, Cichorii, Scorzonerae (*semisiccæ enim Salæf. 2. c. 13. equidem addit plusculum,*) Tormentillæ &c. ulterius & prout natura exuccæ fuerint, ulterius & ad triplum usque ascendendo: ceu Recentium & Arefactorum (*debitæ aſſervatorum*) inter se collatorum proportio, (*dum v. g. è Liquiritiæ Bambergensis recentis libris quatuor, ſiccæ vix ultra unam, è florū violarum purp. recentiis collectarum libris ſex post ablatos petiolos & exiccationem parum ſupra unam ſimiliter, & ſic de aliis conſequenter habentur,*) talia amplius determinaverit.

*Quæ ex aquarum extreme destillatarum reliquiis admodum jam infractis colligimus; &c.*

Inducta jam olim, Salæ tamen tum quoque (*s. 1. Hydræl. c. 5.*) improbata consuetudine; etiam ad Compositas, postmodum vero (*inconvenientiam advertentibus*) ad carum (*Cephalicarum sc. Cordialium, Alex. pharmacarum, Aperitivarum, Hysteriarum &c.*) saltem species, perquam nihilo minus inde plerumque exhaustas, extensa: ut ordinis tantum exemplique causa, tale quid è Liliis convall. meritissimus quoque D. D. Rolfincius adjecisse videatur.

*Vel vulgatissimo modo è magna seplasiarum trulla, (igne violento) profecto toleramus:*

Sic inter studiorum decursum, plus vice simpli- ci in vestibulo jam, ejus generis quid confici odo- re prius perceperimus, quam ipsi furno Anemio, similive carbonum conceptaculo appropinquare- mus. Unde nec Vesicæ A. Salæ Eff. f.c. stanno intus hunc in finem obductæ temere considerimus; incrustatione sc. pluries variabili, & per Saturni- num sæpe, tandem ad Venereum contagium ducente.

*Quæ diversimodo menstruorum reatu inconside- ratius, hodieque nonnunquam subjicimus: ut dum resinosa Aquosis &c.*

Ceu in Quercetanicis passim olim factum est, & in Poterio quoque, l. c. Schrödero l. 2. c. 57. aliisque postmodo unum alterumve exemplum inveniri posset. Ipse D. Zwelferus, qui tamen Extractum Querc. Phlegmagogum resinosa Tur- bith Agaricique parte ob Cinamomi (*haut dubio in- terea pro Officinarum more, spirituosiorem*) Aquam

adhibitam destitui in Animadv. afferit, non ea solum, sed plura insuper ejus generis, etiam Aquæ s. Succisque, (*alias saturatioribus*) pro Pilularum Panchymagogarum, Pestilentialium Splenetarum constituendis massis in Pharm. Reg. subjicit: speciosiori fere, (*dum Rob cujusdam. v. g. Juniperi, ni corpulentia sua cum aqua s. transacti, alia est ratio,*) nec Experientia adeo destituto A. Salæ Schröderique l. c. modo, qui (*licet communis quoque Vini spiritus gummosas etiam particulas haut parce simul extrahat.,*) pro facilitiori tamen certiorive utriusque obtentione hunc diversa interim proportione cum Aqua s. vel (*pro more tum quorundam*) destillata miscent, spirituosam quasi aliquam, generosiorique Vino (*ut in Mastichinis Zw. pilulis parem, ita nacti.*

*Ut dum resina Aquosis, & vice versa aquosum saltem requirentia Ardentibus liquoribus infusa tantum debilitantur, &c.*

Quemadmodum superius (*pro potiori saltem*) Absinthium, Crocum &c. è Sala; item Rhabarbari atque Senæ Debilitationem retulimus; etiam cum prima horum cum aqua s. confecta Extraactio spiritu Vini denuo, labore Draisticis, pro majori crassiorum seu (*Phar. Reg. tit de Helleb.*) vehementiorum particularum separatione convenientiore, extrahitur. Aloën ita tractataim, longe diffusiori pondere, (*dum prætensa vis confortatrix aliunde commodius petipoterit;*) dandam, in gummosa vero sui parte, exigua quoque, adeo præsentem esse, nemo nunc non novit. Non quod cum Beguini commentatore, (*c. 9.*) spiritum Vini penitus à Purgantibus, excepto Scammonio & (*aquosiori tamen*) Colocynthide adhucdum exesse velimus. Saltem & v. g. præter superius jam recensita, Calendula quoque,

que, Melissa, Mentha, Scordium, Ruta, &c. in ipsius etiam laboriosissimi D. Zwelferi binis illis, abstractionibus, & pro constituendis Pilularibus massis decoctionibus, (Ph. Reg. cl. 6. atque 7.) inconvenientior forte curiosiori posset videri.

*Dum Aqua simplici (in suo genere sufficientissima) neglecta.*

Pura quavis, (siquidem & Tophacea nonnullarum materia sub ipsa hic ferre actione digestione secedit: rigidior vero montanorum &c. vel alij quali observatione pro lubitu infringi, & ad copiosiorem Extractionem disponi poterit.) non Pluvia solum, aut Martia, Majali, Tonitruali, ex alio capite hic quoque nimium aliquibus praelata.

*Destillatis officinalibus vel sero destillato pretium solummodo, & labores nequicquam intenduntur:*

Salæ quidem etiam, (post Quercetanum, proprias præcipue amplectentem,) tum temporis, exemplo Rhabarbari f. 4. c. 2. adsumptis; ut circa D. Zwelferi mentem, præfatione Classis 7. inque Rhabarbari ac Senæ Extractis eas admittentis, in Marocostinis tamen D. D. Mindereri, ac alibi rejicientis hæsitare posset quispiam. Sapidores interea ac graviori Oleositate imbutæ equidem relinquent aliquid, (vel Rotularum Manus Christi cum aqua Ros. rum aut cinamomi exemplo,) respective tamen carius id est, & atomoides,

*Dum aqua simplici neglecta, destillatis officinalibus vel sero destillato &c.*

Vel Lacte etiam. Talia vero, acido suo incisorio perquam privata, moris similiter aut ordinis saltem gratia D. D. Brendelium quoque, Virum suo tempore haut adeo inaccuratum, c. 4. Chim.

in Art. Form. Red. inseruisse , non immerito suspicamur.

**Dum vini seu (graveolens) secum vini spiritus simpliciter & præcise exigitur.**

Vini quidem ; tantis (*etiam ad Maritima,*) è Gallico , Hispanico &c. ibi præ nostris Rhenanis Franchicisque equidem parabiliорibus , & eo ultra quartam sæpe parte in , (*de qua allegatus modo D. Brendelius l. c. p. 47. & ante eum A. Sala quoque Hydroleol. f. 4. c. 7. videatur,*) affluentioribus, impensis tamen declinandis collectus. Fecum vero , utut in modo dictis Locis , benivolentioribus annis , oppido parabiliор , & octavam earum parte in sæpe superans aut exæquans , nihilominus tamen adulterinus sæpe , intermixtis , (*uti scimus,*) etiam Cerevisiariis ; Tincturis porro , Essentiis atque Extractis , post rectificationem quoque , ingredi quid africans : item super tantillum saltem , quo vinosi quid spiret , (*cum nihilominus tantum frumentaceus sit,*) abstractus ; aut è superioribus versus nos Regionibus pro pure Rhenano Inferioribus divenditus. De cætero Abstractum medicatum , Zwelferus etiam , pro Extracto Gummi Guttæ si ve Juniperi spiritum (*ceu diu ante Sala proprium f. 2. Essent. c. de Hyperico,*) recepit , forsitan non sine aliqua quorundam circa Animadversiones hic hæsitatione : præcipue cum passim & super Extractum Diapæoniæ Mind. totum hoc in auras abire monuerit : æque ac Cinnamomi Aquam in Extracto Holagoggo A. cuius tamen parem in P.R.cl.7. dispersionem D. D. Schröckius ei postmodum opposuit; eoque quæ de Aquis destillatis f. paulo ante diximus , referri possent. Ab omni tamen phlegmate neutiquam hinc , licet lintea quoque seu

seu stuppam , dispersis tum simul restitantibus aquosis particulis , comburat , (*id ut A. Sala. s. 4. c. 12. Hydræl. monente ,*) liber ; Gummosas interea , Mucilaginosas , Salinas Tartareae particulas complurium Simplicium (*ceu jam pridem quoque Boyleus curiosissimus (Dissert. de Experim. Frustr. advertit ,)* fatis una haut attingens.

*Satisfaciente (parabiliori alicubi) frumenta-  
ceo quovis &c.*

Sive Triticeus , generosus sane , & cuivis fecuin Vini spiritui , (*post competentem dephlegmationem , A. Sala ol: m similiter c. 9. s. 4. Hydræl. Glauberoque furno 3. c. 10. annotante*) in effectu par , præ aliis insuper uberior ; sive communior Secalinus aut (*plane , super acceptioris tamen simplicis particulam , si vetustius fuerit , rectificatus*) Hordeaceus . Maltho saltem , sive omne frumentum ejuscemodi præparationi (*quod D. Kergero quoque præ simpliciter contritorum Fermentatione s. 2. c. 2. complacuit ;*) sive pars tantum ejus vulgari passim more subjiciatur , rite confecto , nec peregrino odore inquinato . Nam oryza quidem Indis , eo in negotio (*jam à part. 3. Navig. Indic. tempore*) verlatissimis , inque ea tam sementis , quam prodeuntis inde Spiritus affluentia præ nostratis caritate aptior ; ut ut sive singularis Proprietas Bontius Dialogo 2. & F. Bernier pag. 64. sive rodentia , istique Dialogo 3. & M. M. c. 3. adeo accusata Holothuria , sive demum Abusus potius (*profecto hinc in Indostanis interdicto , vel modo allegatus D. Bernier Mogolicorum parte 3.*) in causa sit , interea haut adeo sic commoda ; è Pisces , etiam post negotiosam Vesicæ (*Tract. Testimonium veritatis inscripto , Articulo 39.*) Glauberi duplicaturam , empyreumati nihilominus ex positus ; Avenaceus ve-

getus quidem, ob farinaceæ tamen substantiæ paucitatem admodum parcus est; & cum ex. gr. è Modio nostrate, quod 256. libras fecalis, hordei 220. præter propter capit, subtractis per molendinam subtrahendis, hordeacei 65. aut paulo plures libræ, fecalini vero spiritus ultra 90. sæpe habentur, hic ultra 18. se extendit rarius: ceu alibi quoque Tom. 4. Ephem. Germ. retulimus. Cerevisia per se, huic fini, ni infortunium quoddam extus, *adesque saporem odorem ve, ut in interna corruptela non mutans*) accedat (*ceu duas post Coctorum lamentabilem submersioneum clam ita insumptas meminimus*) vix à pátribus familieæ alias impenditur, curiositas minoris quantitatis robur ita probat potius; & nostra recentior atque vegetior ultra octavam sæpe partem adscendit; uti Salæ Bernburgensis Anhaltinorum, ac Megapolitanorum Knisenack sextam, inferioris vero potissimum Saxoniæ Bœulhan (*cujus tamen magna est, sentiturque bibentibus in robore diversitas,*) vix 15. spiritus ardantis rectif. partem scilicet 4. Hydræ l.c. 7. dedit. Laboriosior insuper ob continuatiorem ebullitionem talium obvenit Destillatio; ut Fecibus potius, licet haut minus desidibus, plerumque tamen (*quamvis pro Regionum frumenti, tractationisque diversitate,*) ditionibus, & eas, quas Mustum (*cæteris tamen paribus*) deponit, in proventu ad minimum exequantibus, solis, aut denuo Maltho novove Frumento sociatis, hoc in negotio occupari, præcipue hisce in tractibus, acquieverint. E Lentibus sat bonum superioribus annis privatos in usus destillari curabat Medicus nominatissimus. Qui vero priori tricennali bello sub ea tum annonæ caritate, è Loliaceis rejectamentis, viciis, similive farragine, (*æque ac ex Anisi quisquiliis pro Spiritu Oleoque hic locorum quibusdam solet*) imo præter Cynosbati

nosbati acceptiores fructus prunaque sylv. autumnalia, è Rhamno insuper cathartico, Virga sanguinea Matth. &c. parabatur, vulgoque nihilominus bibebatur, ingratiior erat & faucibus plerumque aduersior; Præsertim si Mecereo (*ut Piper quoque nunc loco Granorum Paradisi,*) malitiose nonnunquam acuisserent. Pomacei etiam Pyra complectentis spiritus, dum ad fructus quoque ita devenimus, è selectioribus (*uti notum*) satis vegetus ac copiosus est. Cæterum ex expressorum quoque remanentia, (*ceu succi haut parum adhuc retinente,*) post fermentationem haut incommode colligi poterit: quemadmodum & ex semiputridis, aut gelu aliquo usque tactis, (*per immersionem vero hinc pro more liberatis,*) confractis saltem aut concisis, fermentationi per fecum partem in loco tepido, indeque destillationi (*adjectis etiam pro lubitu, & ad majorem facilitationem novis fecibus,*) submissis: uti præcedente anno quispiam, ne quid periret, experimentum cum emolumento faciebat. Sed hæc diffusioris Familiæ sunt.

# I N D E X.

## A.

	Radicatum	264
	Rhizoticum	140
<b>A</b>	ex Rhodano	53
Bietis strobuli	Rubi Ideæ	392
Abominabilia	256 rutaceum 128. 129. 140. 263	
Abrotanum	269 Scylliticum 275. 294. 483	
fœmina	269 Acetum therebinthinatum 264	
Abrotani oleum	266 Theriacale 140. 483	
Absinthium	266 vini, in coque Crystalli 264	
Absinthii aqua	Extractum vomitorium ib.	
Extractum	146. 267 Acida fixiora 40	
Essentia 146. 259. 267. 473	Oleum destill. Acidulæ artificiales 289	
Oleum destill.	267 Acorus 323	
Ol. externum	267 conditus ib.	
Spiritus	ibid. Acovistica aqua 321	
Sal	408 Aëtes tinctura 135	
Absorbentia	426 Tragea ib.	
Acacia vera	254. 426 Acuti morbi 54	
Acaciæ fl. aqua	426 Adianthum 273. 276	
Extractum	ibid. Adstringentia 46	
Muscus	432 vide Adstringentia,	
Acanthus vera	253. 254 Aëneum instrumentum 36	
Acetosa	255 Aëris squamma 107. 108	
Acetosæ sal	253 Aërugo 295	
Acetosella	261. 262 Aëruginis spiritus 17. 27. 264.	
Acetum	262 293	
Accidentarium	ib. Aëtites 441	
cerevisarium	ib. Agaricus 67	
melleum	ib. trochiscatus ib.	
pomaceum	ib. Agarici trochiscati extractum 78. 470	
saccharinum	vini 140 Ageratum 256	
vini	ib. Agninum sebum 363. 385	
Aceta Alexiphar.	262 Agnus castus 399	
Diaphoretica	à Sale Agresta 391	
infusa varia	Tartari 264 Agrestæ Rob ib.	
Acetum abstractum à	Bezoardicum 140 Syrup. ib.	
Tartari	destillatum 263 Agyrtæ 495	
Bezoardicum	Hystericum ib. 328 Alabastrum 442	
destillatum	Mithridaticum 140 ejus unguentum ibid.	
Hystericum	Mori 392 Alcahest 25	
Mithridaticum		
Mori		

I N D E X.

<b>Alcahestina.</b>	<i>ibid.</i>	<b>Alumen</b>	438. 439
<b>Alcahestinus liquor.</b>	26. 51. 231	<b>Rupeum</b>	438
<b>Alcali</b>	14. 15	<b>mitificatum in febribus</b>	150
<b>diaphoreticum</b>	466	<b>Aluminis caput mortuum</b>	237
<b>tartareum &amp; nitrosum</b>	206	<b>coagulum tinctum</b>	438
<b>Alcalia</b>	43	<b>dulcificatum</b>	440
<b>ex Hedera terrest.</b>	280	<b>liquor acidulus</b>	439
<b>Nicotiana</b>	<i>ib.</i>	<b>magisterium sicc.</b>	440
<b>Scabiosa</b>	<i>ib.</i>	<b>ustum</b>	439
<b>Veronica</b>	<i>ib.</i>	<b>Aluminosa</b>	206
<b>purgantibus cum incommodo miscentur</b>		<b>Amara dulcis</b>	128
<b>Alice</b>	79	<b>Amaranthus</b>	425
<b>eius unguia</b>	353	<b>Amarcantia alexiph.</b>	129
<b>Alcea</b>	353	<b>Amaraci semen</b>	338. 339
<b>Alcea</b>	384	<b>Ambra</b>	358. 359. 454
<b>Alchermes confectio</b>	394. 481	<b>Ambræ Essentia</b>	359
<b>Alchymilla</b>	423	<b>siccæ essent.</b>	<i>ib.</i>
<b>Alembrot sal</b>	240	<b>moschata</b>	<i>ib.</i>
<b>Alexipharmacæ</b>	21. 56. 122	<b>Ambrosia</b>	276
<b>externa</b>	47	<b>Amethystus</b>	172
<b>mineralia</b>	168	<b>Amianthus</b>	442
<b>Alhandal trochisc.</b>	78	<b>Ammi verum</b>	221
<b>Alipta moschata</b>	280	<b>Ammoniacum gummiz</b>	261. 350
<b>Alkekengia aqua extractum liquid.</b>	218	<b>ejus essentia</b>	261
<i>ib.</i>		<b>extractum</b>	<i>ib.</i>
<b>Allium &amp; alliata</b>	128	<b>oleum</b>	<i>ib.</i>
<b>Aloë</b>	62	<b>Ammoniacum sal</b>	206. 310
<b>Epatica</b>	<i>ib.</i>	<b>ejus spiritus</b>	164
<b>Soccotrina</b>	<i>ib.</i>	<b>Amomum</b>	316
<b>Aloës extractum vis infringitur alcalibus</b>	471	<b>Amygdala</b>	378. 454
<i>ib.</i>	79	<b>amara</b>	222. 378
<b>Aloëtica</b>	261	<b>Amygdalinum oleum</b>	222. 361
<b>Aloëticæ pilulæ</b>	87	<b>Amylum</b>	379
<b>Epilepsia à lacteo coagulo profunt</b>	283	<b>Anacardi</b>	343
<i>ib.</i>		<b>Anagallis</b>	<i>ib.</i>
<b>Aloës lignum</b>	316	<b>Analeptica</b>	56. 360. 388. 405
<b>Alfine</b>	399	<b>Analepticus pulvis</b>	394
<b>Alterans</b>	21	<b>Anatron sal</b>	240
<b>mixtura</b>	15	<b>Anethi aqua</b>	324
<b>Altheæ aqua</b>	381	<b>oleum destill.</b>	<i>ibid.</i>
<b>Effentia</b>	<i>ib.</i>	<b>semen</b>	<i>ibid.</i>
<b>Radix</b>	384	<b>Umbellæ</b>	<i>ibid.</i>
<b>Semen</b>	<i>ib.</i>	<b>Infallitritzen.</b>	20

I N D E X.

Angelica	125	Antimonium	101.443
ejus spiritus	127	crudum antepilepticum	102
Anguillæ hepar in partu diffici- li	285. 313	Antimonium diaphoreticum	105
Anodyna	46.61. 367		123. 172. 457
Anodynæ pilulæ	370	Joviale	190
Anodynum mineral.	457	Lunare	375
Anodynus pulvis liquor	370 371. 372	Martiale cacheoticum	189
Anserculor. sterlus	281	Solare diaphoretic.	175. 193
Anserina	400	Antimonii annuli	108
Anserum cuticulæ pedum	435	butyrum	183.456.457
Antepilept. aqua	183	Cinnabaris	183.456
Elixir	301	Clyclus	172. 182
spiritus	164	flores	102. 172. 173. 467
Anticolicus liquor	234	fixi	174
Antidysenterica	427. 428	purpurei	175
Antifebrile	440	minera	26. 182
Antifebriles pulver.	150	Acetosus liquor	ib.
Antifebrilia empl.	159. 348	Antimonii regulus	ib.
Anhaltina aqua	480	Antimonii reguli globuli	103
Antihecticæ aquæ	581	Sal	181
Antihecticum	191	sulphur	108. 110. 176. 177
Antidypochondriaca	Essentia	sulphur cum Mercurio mis- cendo sublimatur	189
Anima vitrioli	309	sulphur auratum diaphoreti- cum	174. 175
Animæ gummæ	353	Tinctura	157. 181
pennarum	167	vitrum	102.103
Aniūm	318. 324	solare	105.179
Anisi aqua	324	Antimonio incrustati calices	108
herba	ibid.		
oleum	274.324	Antiphthisica	380
Anthophylli	316	uīque ad	383
Anthora	133	Antipodagrici liquores &c mix-	
Anthos conserva	340	turæ	152
mel	ibid.	Anthirrinum	343
oleum	ibid.	Antiscorbutica	248.259.260
Antimoniale	52	Antivenereum	316
Antimon. sulphur.	52	Emplasti.	444
Antimonialia	8. 56	Anus	495
Diaphoretica	151	Aperiens sal	54
num parari possint ut infra Aperientia seqq.			30.248
solum purgent	109. 110	Aperitiva	61
		Ele-	

I N D E X.

Electuaria	260	Aqua Hirundinum	337
Apes	386	Hordei	402
Apii radix	221	Hyssopi spirituosa	273. 274
semen	ib.	Hysterica	323
succus inspissatus	222	Liliorum alb.	381
Apoplectica	480	Lil. convallium. cinnamo-	
aqua amara	338	misata	342
Apoplexiæ non semper prosumt		Lithargyrii	420
odorifera	317	magnanimitatis	405
Apozemata	75	Mastichina	352
abominabilia	91	Melissæ	331
Asthmaticorum	280	Menthæ cum acoro	323
Apri dentes	453	Namphæ	332
Aqua acovistica	321	Nasturtii utriusque	251
alterans	34	omnium flor.	282
Anagallidis	251	Otallica	321
Anhaltina	321	Panacis Heraclii	342
Antiscorbut.	251	Perficorum nucl.	210
Apoplectica	37. 342	Picarum	337
amara	263. 338	pulmonum vituli	404
Aromatic.	37. 321	Regia	41. 461
Benedicta	108	<i>vide</i> Aquæ Chrysulæ	
Caponum	404	Rubi Idæi	392
Carbunculi	320. 359	sanguinis Scrophæ	404
Card. benedict.	135	Sapphirina calcis vivæ	296
Castitatis	599	simplex	28
catarhalis	320. 321. 339	sperm. ranarum	480
Cerasorum	388	temperata	239. 335
<i>vide</i> Cerasorum aqua		typhorum cervi	151. 480
nucleorum	222	verbasci	384
Aqua Chelidonii min.	251	vermicularis	251
Cinnamom.	477	Veronicaæ	256. 273
Cochlearum	404	viridis	295
Cordis cervi	151	virtutum	320
hirci	ibid.	vitæ alba	ibid.
Cortic. citr.	331	vitæ antipestilentialis	136
Dominarum	272	vitæ citri	330
Epileptic.	342	Zedoarieæ	133
Fabarum.	222	anti-hisic. & antihect.	225.
Fontana	34. 37		226. 381
Fortis	14. 235. 299. 461	Antipodagricæ	387
Fragorum	218	Antiscorbut.	259. 480
Fumariæ	135	aromatic.	37. 44. 321

## I N D E X.

Aqua asthmaticæ	480	Aristolochia longa	270
Bezoardic.	127	Aristol. rotunda	ibid.
Carminativæ	480	vulgaris	ibid.
Chrysulicæ	235	Armeniacorum nuclei	222
Compositæ	37. 258. 321	Armoniaci spiritus	164
Cordiales	37. 322	Aromatica	4. 19
Destillataæ	34. 218. 219. 254	Aron <i>vide Arum.</i>	
	256. 479	Aroph	247
Diaxyloaloës	317	Arsenicalia	365
Epilepticæ	37. 389	Arsenicalis magnes	366
pro Epithemate cordis	322	Artemisia alba	269
Gradatoriaæ	235	rubra	ibid.
Hystericæ	37	Artemisiæ aqua	ibid.
Laxativaæ	76	decoctum	ibid.
Lithontripticæ	219	extractum	ibid.
Nephriticæ	ibid.	sal fixum	ibid.
Odoriferorum	37	syrupus,	ibid.
Ophthalmicæ	35	Arteriaca	36
Pugillatoriaæ	235	Arthritica	42
purgantes	77. 86	Arthritidivagæ	188
refrigerantes	35	Arum vel Aron , Ariaqua	266
spirituosaæ variaæ	320	Ari fecula	266. 470
theriacales	127	radix	266. 453
vino destillataæ	36	Afa dulcis <i>vide Benzoe foetida.</i>	
vitæ mulier.	328		350
Aquila	185	Afatum	99
Aquilegiæ aqua	256	ejus extractum	ibid.
flores	ibid.	Afcites	291
herba	ibid.	confirmatus	117
Aranearium ictus	159	Afelli	227. 453
Arbores vitæ	49	Afinina unguula	554
Arcana	30. 58	Alparagi radix	222
Arcanum corallin.	11;	femen	ibid.
corroborativum & mundifi-		turiones	ib. 402
cativum	56	Asphaltum	365
duplicatum	150. 220. 232	Aflaireth	90
Tartariæ 211. 212. 213. 216. 224	Asthmatici	236. 271. 274	
Vitrioli	51	Asthmaticorum apozemata	280
Argenteum catarcticum	117	confectiones	ibid.
Argentum rude rubrum	55.	Loch	275. 280
Tincturam Solis adoritur	56	Astra	185
vivum	184	Astringentia	424
Arillarum Sambuci oleum	70	Atriplex	402
		ejus	

I N D E X.

<i>ejussemen &amp; radix</i>	100	Balsamine	425
<i>Avellanarum membranæ</i>	426	Balsamorum corpus	315
<i>Avenatum</i>	402	Balsamum antiparalitic.	345
<i>Avicula Hermetica</i>	53	antipodagric.	360
<i>Avicularum ossiculi &amp; pedes</i>	435	apoplectic.	315. 345. 152
		cephalic.	345
<i>Aurantia</i>	231	Embryon	480
<i>Aurantiorum conserva</i>	391	Liquor huicæquans	321
<i>cortices</i>	331	Hypnoticum	373
<i>Aurantiorum Elæosaccharum</i>	<i>ibid.</i>	Peruan.	333
	<i>ibid.</i>	sulphuris	478
<i>Effentia</i>	<i>ibid.</i>	anisatus	203
<i>flores</i>	332	externus	204
<i>syrupus</i>	<i>ibid.</i>	foeniculatus	203
<i>Aurata</i>	56	Juniperinus	<i>ibid.</i>
<i>num agant ut aurata</i>	197	succineus	<i>ibid.</i>
<i>Aureum vellus è rore</i>	194	Balsamum Therebinthinatum	ibid.
<i>Auricula</i>	343	Syriacum	333
<i>muris</i>	424	Tartari	211
<i>Auripigmentina</i>	365	Tolutanum	333
<i>Aurium affectus</i>	165	vitæ mnemonic.	345
<i>Aurum fulminans</i>	116. 192	Bange	401
<i>potabile</i>	53. 56	Barbi pīscis ova	100
<i>vitæ</i>	116	Bardauæ radix	128
<i>Axungia</i>	387	Bartsch	432
<i>vide Pinguedo</i>		Basilicum	333
<i>Azoth</i>	49. 52	Bdellium	256
		Beccabunga	251. 252
		<i>eius succus</i>	250
<b>B.</b>			
<b>B</b> accæ alkekengi	218	Behen utrumque	426
<i>Hederæ</i>	221	Bellis	253
<i>Juniperi</i>	132	Benzoe	278. 352
<i>Paridis, vide Uva versæ</i>		<i>Effentia</i>	278
<i>Baculi pectorales</i>	383	Flores	<i>ibid.</i> 470
<i>Balaustia</i>	426	Magisterium	278
<i>Balneum Mariæ</i>	35	Berber condit.	389
<i>roris galeatum</i>	36	Rotulæ	<i>ibid.</i>
<i>Balsama alexipharm.</i>	141	Siccata.	<i>ibid.</i>
<i>destillata</i>	44	Succus	388
<i>externa</i>	45	Syrup.	<i>ibid.</i>
<i>stomachalia</i>	268	Beta alba	432
<i>varia</i>	346. 478	Betula	222
<i>Balsamica resinosa</i>	45	<i>eius cortices</i>	<i>ibid.</i>
			geln-

## I N D E X.

gemmæ	222	Bufonius lapis	261
Betula succus	223	Bufonum conspurcationes	159
Ezoar Occident.	454	Buglossa <i>vid.</i> Borago.	
Orientalis	454	Burfa pastoris	
Ezoardicum	15	Buttlerius lapis	425
album sive simplex	355	Buttyrum	57
animale simpl.	157	antimonii	244. 416
antimonii simpl.	174. 175	cancrorum	225
cervinum aur.	193	Buxeus spiritus	121. 474
corallinum	409	Buxus	119
Joviale	175. 190		
Lunare	198		
Martiale	176		C.
Minerale	173. 183. 188.	C Acheistica	116. 287
	457. 458	Cachexiaæ	176. 177. 179.
solare	175. 193.		191. 192
venereum	176	Martialia prosunt	107
Bifolium	424	Cadmia ferruginea	443
Bismuthum	26	nativa	443
Bistorta	428	Calamentha quælibet	322
Blattæ Bizantinæ	166	cattaria	322
Bolaris terra rubr.	286	Calamorum scriptoriorum in-	
Boli	371	teriora	167
Bolus	170. 260	Calaminaris lapis	442. 453
Bolus armena	168. 169	eius flores	442
purgans	21. 83	Liquores	442
Borraginis & Buglossæ aqua	397	Magisterium	442
conservæ	ibid.	Calamita	352
flores	ibid.	Calamus	323
folia	ibid.	Calcatrippa	270
radices	397	eius aqua	270
fal	397	conserua	270
succus	397	Extractum	270
Syrup.	397	Calcinationes	6
Borax	312. 313	Calembac lignum	316
Botryoides	342	Calendula	333
Botrys	276	Calices antimonio incrustati	
Branca urfina	432	Galx viva	108
Brasilense lignum	397	eius aqua sulphure saturata	17. 242
Brassica	276. 402		
Bronchiorum infarctu	202	Cremor	205
Bryonia	270	Lixivium	16. 243
eius fecula	270	Cambodia gutta	243
succus	70	Camphora	68
Syrpus	270	eius essentia	123. 124
Bufones	230	Oleum.	124.
			Cam-

## I N D E X.

Camphorata quibus noceant		conservæ	396
	122	essentia	396
Cancamum	353	svrup.	396
Cancrorum aquæ analeptica		Ciseus recens	387
	225	Cassia	315
Butyrum	225	Cassia flores	91. 93.
Lapilli	224	Castanearum putamina	426
Morsuli	225	Castitatis medicamenta	399.
Spiritus	225	Castoreum	285. 357
Candelæ pro fumo	20	ejus essentia	313. 357. 467
Canella alba	316	Extractum	467
Cantarelli	227	Tinctura	124
Cantharides	227. 228	Cataplasmata	46. 49.
Cantharidum magisterium	227	Cataplasm. contra cruores	429.
Capparum cortices	257	Domestica	349.
fructus	257	Emollient.	98
oleum	257	ad hernias	431
Caprifolium	273. 276	Catechu terra	169
Capillum stercus	281	Catellorum balsam.	361
Caput mortuum vitrioli	459	Catarralis aqua	321
Caranna	353	Cathartica	61
Carbones	26	vid. Purgantia	
fossiles	365	Cathartic. cæsareum sive re-	
Cardamomum	515	gium	78
Cardui benedict. aqua	135	argenteum	117
Pulvis	129	nuclei	76
Semen	129	pulvis	80. 81
Spiritus	129	Therebinthinatum	94
Carlina	125	vegetabilium	88
Carminativa	313. 322. 323	quid præfreat in intermitten-	
Carminativum vinum	322	tibus	88
decoctum	322	Catholica medicina	58
Carpionum lapis	353. 354	Catholicum	50
Carpobalsamum	316	Sal	13
Carthami semen	71	Cauterium	243. 244
Carvi aqua simpl.	324	Centaurium	131. 256
Herba	324	Cepæ	274
Oleum	324	Cephalalgia maligna	144
Semen	324	Cephalicæ pilulæ	352
Caryophyllata	398	Cera	45
Caryophyllorum	314	alba	362
Aqua	477	flava	362
Balsamus	314	virginea	362.
Oleum	314. 476. 477	Cera oleum	362. 467
Caryop. ylli hortenses	396	Cera accid. siccata	389
corym acetum	356	corum succus acidus	388
		Cera-	

## I N D E X.

Cerasorum dulcium lapa	389	Aqua	271
Cerasor. aqua	389	Essentia	271
Essentia	389	Extractum	271
Nuclei	222	Chelidonium majus	296
spiritus	341	minus	251
Cerata <i>vide</i> Cerota		Chelidon. aqua	225
Cerebella animalium per ex-		Chermes Essentia	394
pressionem plus olei dant		Chermesini fili	395
quam per destillationem	152	flocci	395
Cerebrum cervinum	354	panni	395
leporinum	167	Chilositas plures hectice con-	
Cerberus triceps	81	fumit	399
Cerefolium	425	China	119
eius aqua	425	China Chinæ	131. 146
semen	425	Chocolata	401
sal	425	Chronici morbi	54
Cerevisia cum succo betulae	co-	Chrysocolla	443
cta	223	Chymica	513
Ceroneum	349	Cicadæ	226
Cerota vel Cerata	48. 349	Cicer	222. 269
Cerotum de Ammoniaco	349	Ciconiæ caro	161
Cerotum de santalo	398	cruor	161
Cervaria	128	spiritus	161
Cervina	7. 56	de Ciconia alexipharmac.	161
quid præstent	156	Cichorii conditum	255
Cervinum cerebrum	355	radix	252
cranium	153. 354	Cicuta	373
Cervin. cornu	152. 354	Cicutaria	373
Cervina unguia	354	Cinæ confectiones	433
Cervi oculorum sordes	152	Cineres	43
Cerussa	415. 416	Cingulum corii humani	284
antimonii	173	Cinnabaris 181. 182. 188. 444	
Chalybeata vina	288	antimonii 52. 183. 185. 189	299. 456. 457
Chamæ Norwagicæ rubi	252	Cinnabaris minere mercur. 299	
Chamædrys	255. 273	nativa 52. 175. 185. 188	
eja; extractum saccharatum	273	Cinnabarina	56
Chamæpytis	255	Cinnamomum	313. 314
Chambodia gummi	61	Cinnamomi aqua 271. 314. 477	
Chamomilla	322. 325	buglosiflata	314
Romana	325	cydoniata	314
Chamomillæ extractum	325	rosacea	314
oleum	325. 326	oleum	314. 476. 477
stillatit.	325	sal	314
Syrupus	325	tinctura	314
Cheiri flores	271	Citrum	330
		Ci-	

I N D E X.

Citri aqua	391	Colubri utriusque sexus	157
aciditas	390	Colubrinus pulvis	453
eius consistentia	syrupalis	Columbinum stercus	226
	ibid.	Coluthea	63
Balsamum	330	Commixta	8
condit.	390	Composita	8.44.59.60
conserua	ibid.	quæ simplicibus accedunt	
cortices	330	propius	7
elæosaccharum	331	Conchæ vulgar.	7.453
elixier	330	Concharum pulv.	150.165
essentiaæ	331	Condita	22.255
flores	330	Conditum pro familia	145
Gelatinæ	390	rad. Angelica	127
liquor oleosus	331	Confœcta cum & sine tabulatis	
Citri morsuli	391		318
oleum	330	Confœctio acori	323
syrupus	331	Alchermes	394
Claretum laxativum	75	Angelic. rad.	127
Clarificatio	45	Enulæ	ibid.
Clifflus	29.458	Anisi	324
antimonii	172.185	Antiscorbut.	260
Clissiformes liquores	27.233	Carvi	324
Clyster tabacinus	98	Communes & candif.	19
Clysteres	49.96.97	Cordiales	147.148
acriores	97	Coriandri	324
anodyn.	ibid.	Fœniculi	ibid.
emollientes	ibid.	Hepaticæ	260
lenientes	ibid.	Pectorales	280
Clysterisationes	87	Spleneticæ	260
Coagula	387	Confœctræ	19
falis	240	Conservæ	22.255
Cochleæ	161.404.405	Enulæ	127
earum domunculæ	166	Hederæ terr. comp.	143
magisterium	ibid.	Malvæ flor.	381
Cochlearia	250.252	Lil. alb.	ibid.
eius elæosaccharum	252	Rosarum	482
essentia	ibid.	Symphyti flor.	428
spiritus	259	Consolida farac.	423
Cocta	5	Contraëctræ	47
Colchis recens	66	Contrayerva	131
Colchotar vel Colcotar	34.309	Copal	353
Colicæ	188	Cor leporinum	167
Collegium med.	515	Corallia	7.78
Colocynthis	66.72	febrientibus non semper pro-	
eius extractum	471	funt	407.408
Colophonia	217.474	Corallia alba	407
		ruerq	

I N D E X.

rubra	407	452	Cranium human.	354. 453
Corallina	51. 56. 165.	433.	ejus Galreda	355
		434	spiritus	354. 355
magister.		433	cervinum	153
Corallinum muscum		414	Cremor calciformis	17
Coralliorum calcinatio		413	calcis vivæ	243
flores		408	Tartari	208. 209. 318
liquor restans		464	Creta	170
magisterium	408.	464	Crocus	313. 332. 472
rosatum		409	ejus essentia	332
sal dulce		410	Croci extractum	332
solutiones	409. 410.	411.	oleum	ib.
		414. 464	tinctura	ib.
pulvis vitriolatus		409	Crocus martis adstring.	436
spiritus		411. 412	aperitivus	437
sulphur		412	cacheticus	287
tincturæ	157.	411. 412.	faccharinus	288
		414. 465	sulphuratus	285
Syrpus		414	metallorum	103. 458
Coriandri aqua		324	absinthiacus	310
confectio		ib.	spiritu salis saturatus	ib.
Corna immatura olivas	sup-		Cruores talparum	435
plent		386	Crystallus	240. 415. 453
Corni fructus		426	ejus solutio-	415
Cornu bovinum		165	magisterium	ibid.
Cornu cervi immatur.	151		Crystalli aceti vini	264
Cornu cervi 152. 153.	434.	484	lunares	117
Gelatina	153.	466	Saturni	416
oleum foetid.		465	Tartari	15. 208. 209
Philosoph. calcinat.	153.	466	Cubebæ	315
raspatum		153	earum oleum	ib.
sal volatile		465	Cucumerum semen	378
spiritus		ibid.	Cucurbita	47
vitriolatum		156	ejus semen	378
ustum	154.	453. 466	Cuminum	318
Cornu hircinum		165	Cupressi oleum	347
Rhinocerotis		153	Curcuma	257
Rupi caprarum		ib.	Cuscuta	71. 257
Corona viperina		161	Cutanei affectus	188
Corvi cerebrum		355	Cyani flor.	396
Coryli spiritus	121.	474	aqua	397
Cosmetica		20.	essentia	ib.
Costus		316	Syrup.	396
			Cya-	

## I N D E X.

<b>Cyathi desides</b>	9	Detergentia	46. 47. 248. 421.
<b>Cyclamen</b>	269		432
ejus radix	100	Diacodium	77. 372
<b>Cydoniorum marmelata</b>	390	Diacodia contr. Dysenter.	428
miva	389	sputum sang.	ib.
<b>Cydoniorum Rob.</b>	ibid.	Diacurcumæ species	256. 333
semina	390	Diacydonia	390
siccatorum frusta	ib.	Diaësulæ species	99
spiritus	ib.	Diagridium	72. 484
succus	389	Dialtheæ ung.	385
<b>Cygni plumæ</b>	191	Diamoron	392
<b>Cynoglossa</b>	373	Diamoschi spec.	358
<b>Cynosbati arilli</b>	221	Dianæ liquor	306
Fungi	223	Diaphoretica	12. 13. 61. 118.
Rob	222		122
Spongia	394	quid pro sint	88
<b>Cyprii pulveres</b>	279	Venerea	118
<b>Cyperus longus</b>	316	Diaphoret. alcali	466
rotundus.	ib.	animale	151
		minerali	168
		Diaphoreticus pulvis ex talco	170
<b>D</b> Actyli	376	Diaphryges pulvis	296
eor. officuli	221	Diaplantaginis spec.	423
Daucum	221	Diarrhodon	402
Daura Paracelsi	65	Diasarum	99
Decocta	9. 33	Diasatyrion elect.	401
purgantia	92	Diascordium	130. 481
Phthisicis parum juvant	380	Diasulphuris empl.	205
	380	Diatrion Piperaon.	268
Decoctum florum & fructuum		santali	395
	383	Diazingerberis	268
contra calculum	381	Dictamnus	133
nigrum	426	Digestiva	46. 79. 261
Pectorale	277. 380	Dipsacum	222
Tabaci	100	ejus vermiculi	ib.
Decomposita	7	Discutientia	46
Dentali	166	Dispensatio privata	6. 489
Dentes apri	453	Dispensatoria	1
Castoris	167	Diuretica	12. 13. 15. 61. 208
Lupini	ibid.	& seqq. 220. 221	
Dentium doloribus	188	composita	244. 245. 246
Detergens sal	54	Doronicum	133
			Dra-

## I N D E X.

Dracunculus esculentus	251	Diabelzemer.	79
Driff.	57	Diacori	323
Dulech	156. 227	Diaphoretic.	141. 142. 143
Burrband	429	nucum	146
Dysenteria	168. 427. 428	de ovo	143
prodest etiam tragea sambuci	135	Papæ	ibid.
		rosat. purgans	85
E		Elemi	353
Beni decoctum	119	Elias artista	25. 50
Ebur	153. 165. 453	Elixier antepilept.	301
Philos. calcinatum	165	antipestilentiale	136
Uftum	ibid.	cephalicum	31. 363
Ebuli gemmæ	100	calidum	31
Echini Dipsaci	222	emeticum	99
Eclegmata	22	frigidum	31
Elæosacchara	17. 319. 327	hyæticum	124
Elæosaccharum Alexipharmacum	141	ophthalmicum	31
Angelica	125	pestilentiale	138. 141
Citri	531	pneumonicum	31
Cochlearia	252	nephriticum	363
Cort. Aurantior.	331	stomachale	321
Extemporaneum	278	vitæ vulgare	321. 326
Majoranæ	338	Matthioli	480
Elaterium	70	Elixier proptietatis	256. 265
Electricæ mixtura	105	Elixier acidulatum	264. 265.
Electra	49	album	265
Electrum minerale	55	cephalicum	265. 306
Electuaria	21. 72. 74. 75. 371. 382. 481. 482	pectorale	265
antifebrilia	105	purgans	ibid.
antimonialia	ibid.	Solis	195
Antiphthisica	282	sulphuratum	265
Aperitiva	260	uterinum	328
Arteriaca	382	Elixieria	31. 312
Bezoardica	85	aloëtica	63
Cathartica	83. 84	hyætic.	329
Dysenterica	428	pectoralia	277
Pectoralia	382	stomachalia	326
Purgantia	93	sulphurata	ibid.
Stiptica	428	tartarifata	ibid.
Elektuaria theriacal.	126	vitriolata	ibid.
Electuarium è baccis lauri	325	Elleborus albus	99
		niger	ibid.
		vide Hellebrus	
		Elutriatio	6
		Emetica	202
		Eme-	

I N D E X.

Emeticum elixier	99	de ranis	407
extra&rum	ibid.	saturninum	430
oxy saccharum	107	semiv esicatorium	350
Emeticici pulveres	106	de sperm. Ceti	563
Syrupi	208	ranarum	420
Emeticus Tertarus	104	spleneticum	348
Emissarii	52	sticticum	420
Emollientia	46	vesicatorium	228
cataplasmata	98	ad toplos	349
Empirici	515	viride tractiv.	296.373
Emplastra	48.486	Empyreuma	44
antifebrilia	160. 348	Empyrici <i>vide Empirici</i>	
antipodagrifica	ibid.	Emulsio	34.35.49
arthritica	ibid.	Scammonii	85
emollientia	349	Emulsiones arillarum Sambuci	
hydropica	ibid.	& Ebuli	76
ischiatrica	348	Emulsiones nephriticæ	222
martialia	441	Papaveris	373
maturantia	48	Endivia	253
nervina	348	ejus succus	254
resolventia	347	Entali	166
stiptica	432	Enula	125
Emplastrum antivenereum	444	Enulæ conserva	127
de Arietis pelle	432	essentia	128
de baccis Lauri	325	Epar gallinarum	405
Basilicum majus & minus	430	lupi	405
de cicuta	373	vitulorum	ibid.
de crusta panis	325	Epatica <i>vide Hepatica.</i>	
defensivum	296	Eparicum	21
diachalciteos	430	rubrum	209
diachylum.	349. 385	Epiceraica	367.374
diasulphuris	205. 348	Epileptica	355.356
digestiv.	48	Epileptici pulveres	344
fœtid.	350	Epilepticis fel catulorum	nil
ad fracturas	429	prodest	283
ad hernias	431	Epithymum	71.257
de Hyosciamo	949.385	Equisetum	424
incognitum	398	Equorum testiculi	284
Isidis	296	Errores Pharmacopoliorum	
ex Lithargyrio	419	498 499. 500 & seqq.	
matricale	350	Erucæ semen	251
de Meliloto	347.349.	Erygerum utrumlibet	400
Opodeltoch	373	Eryngium	401
Oxycroceum	431	ejus radix	221
	ibid.	Erysimon	276
		Eryspelatodes pulvis	376
		Essen-	

## I N D E X.

Essent. Absinth.	131. 145. 259.	Cholagoga	82
	473	Effœta	24
Alexipharmacæ	136	Hydragoga	82. 85
Altheæ	381	Hysterica	329
Ambræ	359	languidiora	24
Antihypochondr.	250	Panchymagoga	82. 85
Bellidis	301	Purgant.	85
Camphoræ	124. 329	Vulneraria	423
capit. papaver. err.	372	Extractiones	53
Castorei	313 329	Extr. Absinthii	473
Cochleariaæ	250	Extractum Acetosæ	254
Lignorum	120	Agarici	470
Nicotianæ	275	Aloës	471. 485
Saturni	416	Alhandal.	78
Stomachalis	326	Angelicæ	472
Succini	313. 329	Catholicum	79
Viperarum	158	Cichorii	253
Essentiæ	12. 30. 32. 33	Cochleariaæ	250
Diureticæ	247	Colocynth.	471
Essentiæ è floribus Antimonii		Croci	472
vomitoriaæ	108	Dictamni	133
Liquidæ	472	Emeticum	99
Martis	290. 291	Enulæ	472
Officinarum	259	Eupatorii	253
Purgantes	11. 77	Hederæ terrestr.	218
Esula	70. 453	Hellebri	65. 471
Correcta	70	Holagogum	78
Cruda	70	Hyperici	472
Esulina	68	ligni Aloës	473
Eupatorium	253	Matrisylvæ	253
ejus succus	253	Nasturtii	250
Euphorbium	69	Ononidis	220
Euphrasia	343	Opii	473
Euporista	2. 58	Panchymagogum	471
Excreta nephritica	226	Rhabarber.	471
Exoleta	5	Sennæ fol.	63. 471
Exotica	4	Sympthiti	473
tot cui bono	4	Taraxici	253
Exoticæ plantæ	47	Theriæ	473
Expectorantia	294	Turpethinum	470
Experientia practica	5	Veronicæ	218
Extracta	23. 24. 343	Exulcerationes	47
Alexipharmacæ	126		
antifebrilia	146	F.	
Cathartica	84	Fabaria	134. 399
Extracta Catholica	82. 343	Fabarium flor. Aqua	222
		farina	

I N D E X

farina	222	Flores ammon.	206
fructus	222	Astimonii	102
Falatala	54	Benzoës	470
Farinæ	402	Hæmatitini	206.207
avenæ	402	Martiales	206.207
fabarum	222.402	Mercurii argent.	113
glandium	426	sulphuris albific.	202
hordei	402	Florificationes	31
lentium	426	Florum succi	35
fecalis	402	Fœniculum	318
tritici	402	Fœniculi extract.	324
rinacei pulveres	46	oleum	274.324
Fabres continuæ & malignæ	149	radix	324
Fecurandæ quomodo	149	femen	324
depascentes	19	Fœnigraci farina	385
intermittentes	157	semen	385
malignæ	157	Fomenta	49.547
extreme	160	Fonticuli	47
quartanæ	145.150	Formicarum massæ	351
quotidianæ	146.150	ova	100.405
tertianæ	45. 150	spiritus	405
Ungaricæ exquisit.	150	Formulæ remediorum	10
Febribus externa	159.160	Fossilia	363
Febrifugum	116	Fraga	219
Febris continua	56	siccata	219
Feces vini	214.215	Fragorum aqua	218
Feculæ	10.76	Essentia	219
Fecula aronis	470	Syrpus	219
Fel aprorum	283	Fragaria	253
Bovis	283	Frangulæ cortex	70
carpionis	283	Fraxinus	119.258
catulorum	283	Fraxini cinis	258
gallinarum	283	lignum	258
Lucii	283	Sal	258
Perdicum	283	feminis oleum	258
Suis	283	spiritus	121
Fermentatio	38.39	Fruetuum succi	28.262
Fermentum pro cataplasmate	525	Fuliginis oleum	140
Ferrum sine Mars	285	spiritus	139
Filipendula	221	Fumaria	71.257
Filix	257	bulbosæ semen	270
Femina	257	Fungi saligni	383
Mas	257	sambuci vid. Sambuc.	
Flacciditates	47	Furni	41
Flocci chermesini	395	Furores sine febre, spiritu Urinæ & salis armon. sopiuntur	386
		Gag-	

## I N D E X.

G.		Granatorum cortices	426
<b>Gagates</b>	365	Syrupus	391
<b>Gala&amp;tites</b>	169	Vinum	ibid.
<b>Galanga</b>	315.322.323	Gratia Dei	340
<b>Galbanum</b>	256.350.357	Gratiola	73
<b>Galbanata emplastr.</b>	351	Guajacum	120
<b>Galega</b>	134.135	Guajaci Decoctum	ibid.
<b>Galenismus</b>	9	Extractum	ibid.
<b>Gallæ turcicæ</b>	426	Oleum	121
<b>Gallia moschata</b>	358	fœtidum	474
<b>Gallinarum stercus</b>	281	Spiritus	121.471
guttur	436	Guajaci sal	121
ventriculi membranæ	282.405	Gummata	454
<b>Gelatina corn.cerv.</b>	153	Gummi Arabicum	379
<b>Gehennæ ignis</b>	235	cerasorum	ibid.
<b>Gemma vitæ</b>	195.240	gutta sive de Peru	76
<b>Gemmæ</b>	7	magisterium	68.470
Occidental.	171. seqq.	rosatum	68
Orientales	ibid. seqq.	Gum. Myrmeciorum	217
<b>Gemmar. tincturæ</b>	ibid.	Prunorum	379
<b>Genista</b>	221	Gutta Cambodia	61.68
<b>Gentiana</b>	131.146	Guttur. gallinac.	436
<b>Geode</b>	441		H.
<b>Geranii genera</b>	425	<b>Hæmatites</b>	58.440
<b>Gilla venerea</b>	106.108	<b>Hæmatitini flores</b>	206.207.
<b>Glacies Mariæ</b>	313		
<b>Glandium capuli</b>	426	spiritus	441
farina	221.426	Hæmorrhagiis	425
<b>Glaura</b>	55	Hæmorrhoidales Scarabæi	436
<b>Globuli emaculator.</b>	362	Hæmorrhoidibus dolentib.	432
Odoriferi	ibid.	Hepticæ	19.225
<b>Glomi in capris repertibiles</b>	156	Hederæ	423
in Rupicapris	ibid.	Heder. terrestris	273
in vaccis	ibid.	Hellebr. ferulaceus albus	99
<b>Glossopetræ</b>	242	Hortensis	65
<b>Glutinantia</b>	46.47	Hellebr niger	65.453
<b>Glycirrhiza</b>	375.376	Hellebri extractum	65
<b>Gnaphalia</b>	425	Hepar sulphuris	203.204
<b>Gonorrhœa</b>	399	Hepatica	248.395
<b>Gossipii semen</b>	276	Hepatica fontana	753
<b>Graminis radix</b>	253	pratensis	ibid.
<b>Grana paradisi</b>	316	Heraclin. spiritus	121
<b>Granatilli</b>	70	Herba cocta	253
<b>Grapatus</b>	172	Herbarum succi	35
		Hermetica avicula	53
		Her-	

I N D E X.

Hermodactyli pulv.	66	Hypocistis	426
Heruiaria	424	Hyssopi aqua spirituosa	273.274
Herniis	431.441.442	conserva	275
Hieræ	62	oleum	274
Hierichuntica rosa	398	summitates	275
Hippocratici potus	34	Hysterica	42
Hippolappathum	76	Hysterice affectioni	188.357
Hircinus sanguis	167.226.453	Hysteric. acerum	328
quomodo colligendus	167	Aqua	ibid.
Hispidula	422	condita	329
Holagogum extract.	78	emplastræ	350
Hosippæ	72	extracta	329
Homo	162	Marmeladæ	ibid.
Horminum	327	Pilulæ	330
Humani corii cingulum	159	species	329
Hyacinthus	171	syrupi	ibid.
Hydragogum extract.	85	trageæ	ibid.
Hydromel	34	unguenta	350
purgans	ibid.		
simplex	93	J. Alapium	61.66.67
spirituofum	386	convenit hypochondriacis	
Tartarisatum	75	cum tartaro	61.62
Hydrofaccharum	378	Jalapii extract.	117
Hyoscyamus	134. 370.	magisterium	470
Hyoscyami Empl.	372	Jasminum	ibid.
oleum	385	Ictero	332
semen	373	sordid. remed.	176.291
unguentum	ibid.	Idæus rubus	281
Hypericum	385	ejus Syrupus	93.292
Hyperici Aqua	422	Ignis gehennæ	ibid.
extractum saccharat.	422.423	Veneris	26
extracta vulner.	425	Imperatoria radix	57
oleum	ibid.	Incidentia	125
fal	ibid.	Inefficacia	248 seqq.
Syrpus	ibid.	Infantes quomodo laxantur	5
Tinctura	ibid.	Infantibus quænam proficit	94.95
Hypnotica	367	Infantibus febribus saccharina no-	148
Hypochondriaca præfocatio	274	cent	94
Hypochondriacis	43. 158. 210.	Infrigidantia	46
	248. 285. 291. 293	Infusa	9. 33. 37. 135
Hypochondriacis olea destillata		officinarum acetæ	262
& sulphurea non profunt	43.	purgantia	92.93
	317. 318. 359	Infusa per venas	98
Jalapium convenit	61.62	Insulsum pectorale	277
purgans conveniens	81	Gg	Ta.
Hypochondriaci plethoric.	165.		

I N D E X.

Tabaci		100	Ladanum	352
Infusiones		6	ejus oleum	353
Ingritoria		43	Lamium	424
Intolaciones		6	Lapathi folia	434
Insuccationes.		6.7	radices	ibid.
Inunctiones nonnunquam	su-		Semen	421
pervacua		160	Lapilli atramentosi in argillis	
Jovis liquor clissiform.	191. 192			368
Magisterium		191	Lap. Alburnorum	225
Sal		ibid	Apri è vesica	226
Tinctura		ibid.	Armenus	118
Iris florentina	99. 278		Bezoar	56. 78. 156
Illyrica		278	Occident.	156. 454
Iridis Extractum		ibid.	Oriental.	ibid.
Fecula		76	in Bovis vesica	226
succus		70	Buttleri	57
Ischuriæ		226	Calaminaris magisterium	117
Judaicus lapis		242	Cancrorum	223. 224. 225
Juglandis cortices		100	Carpionum	224. 353. 354
Juli		ibid.	Ceraunius	242
Putamina		426	Cervinus	156. 161
Jujubæ		376	Equinus è ventric.	156
Julebus de vino communi		336	Hirundinum	354
Juniperina		218	Humanus	156. 226. 354
Juniperi aqua		132	Judaicus	242
Juniperi baccæ		ibid.	Lazuli	118. 198
escentia		ibid.	Lyncis	242
lignum		119	medicamentosus	443
oleum	132. 274		mirabilis	ibid.
Rob		132	nephriticus	240
spiritus	121. 132		Lapis Percarum	225
fermentatitius		132	Prunellæ	231. 457. 460
spiritus acidus ex ligno	ibid.		Rupicaprarum	156
Juvencularum Zenith	284		salutis	443
			specularis	442
			spongiaz	242
			tincarum	225
L				
L Ac		387	Urogallorum	282. 354
Afininum		355	Lappa radix	221
Caprillum		ibid.	Lathyris	70
Hurhanum		ibid.	Laudana	473
Lunæ		169	non semper tuta	144. 145
Sulphuris	202. 460		mineralia	312
Virginis		420	Laudanum opiatum	369
Lacca		256	Lauri baccæ	324
Lacertarum oleum		436	cortices	ibid.
Lactuca		399	folia	ibid.
			oleum	

I N D E X

oleum destillat.	324	Liquor epaticus	259
express.	324.486	moschatus	359
Laxantia	88	nephriticus	243.247
Laxativum minerale	105-165	purgans	84
Lens palustris	399	silicum	241
Lepores	435	solaris	195
Leporis cerebrum	167.405	sperma ranarum	406
cor	167	spleneticus	250
Martii oculus	284	sulphureus	205
Renes	405	oleosus	204
sanguis	167.226	Tartari tartaris.	211
testes	405	tartarisatus mart.	289
Uterus	ibid.	terræ foliatæ	14
Lepra	157	tutixæ	297.420
Leviathan priapus	166	Liquores	42
Levisticum	125	aciduli	27
Ligatio	14	ardentes	42
Lignorum spiritus acid.	39	cum antimonio vel mercurio	
Lignum Aloës	316		56
Ligustri aqua	424	lithontriptici	224
folia	ibid.	mixti	42
Lili secretum	55	nephriticæ	224.226
Liliorum alb. antheræ	384	Hystarici.	328
oleum	ibid.	Lithontriptica	208 seqq.
radices	ibid.	composit.	244 seqq.
Lilium convallium	336	Lixivia medicata	43
eorum aqua spirituosa	337	Lixivium calcis vivæ	243
oleum	ibid.	diureticum	248
Limacum liquor	387	Loch sive lohoch	277
Limonom aciditas	390	de caulibus	276
Syrupi	ibid.	de farfara	422
Linaria	222.384	de papavere	373
Linctus	22	de passulis	277.375
Linguæ truttærum	166	de pino	379
Linimenta	432	de prassio	277
Linimentum contra scabiem		de pulmone vulpis	282.482
	434	sanum & expeit.	277
Linimentum Saturni	418	sanum intanumve	22
Liquidambra	353	Lotiones mineralium	6.7
Liquiritiæ pulvis	376	terrarium	6.7
syrup.	ibid.	Lucius piscis	166
Liquor alterans & figens	371	Lucii mandibula	266.226.434
anodynus	ibid.	Ludus	26
arcani Tartari	216	Ludus fossilis	241
de cerussa	420	Lumbrici	114.229.453
Dianæ	306	Lumbricor. oleum	485

I N D E X.

Lumbricor. Spiritus	229	Matris perlarum	166.465
Luna	26	Metallicorum	12
Lunæ flores	200	Mineralium	ibid.
magisterium	175. 199	perlarum	402.403.465
oleum	200	plumacea	12.262
sal	ibid.	Vegetabilium	10.11
spiritus	ibid.	Secretiora	12
Tinctura sicca	199	Magisteria solaria	193
Lunaria	366. 415	terræ sigill.	169
botryoides	424	ungula Alcis & cornu ejus	
Lunares crystall.	117		
Lunaris minera	55	Magnes præparatus	441
Tartarus vitriol.	200	Majorana	338.339
Lupi crepitus	429	ejus aqua	339
Lupini	269. 432	Elæosacchar.	ibid.
Lupulus	258	oleum	ibid.
ejus aqua	ibid.	Malabatrum	316
turiones	ibid.	Malignæ febr.	122.123.154
Lycium sive pyxacantha	426	Malvæ	384
Lyncis lapis	242	Malvæ aqua	381
lingua	355	Mandibulæ lucii	166.434
unguis	353	Mandragora	373
Lychnachia	425	Manna	92
Lytargyrium	415	tartarifata	ibid.
Lythospermum	221	benedicta vomitor.	106
		Mannus Christi	19.377
M.		Marcasita	443
		Marcasitæ magist.	421
<b>M</b> acerata	5	Margæ	159
Macis	315	Margaritæ	78
aqua	ibid.	Orient.	454
oleum	315.477.478	Perlæ	vide
Magisteria animatorum	11	Mariæ Balneum	35
Aromaticor.	11.13	glacies	313
Magister. cochl.	166	Marina	6.16.363
corallior.	464	Marmeladæ diuret.	246
rosatum	409	Marrubium	273.275.276
cornu cervi	236.466	Mars	285.436
diagrydii	64	Ferrum it. Chalybs.	vide
gemmarum	171	Martiale antimonium diapho-	
gummi de Peru sive guttæ	69.	ret.	231
Guttæ cambodiæ	470	Martialas flores	206.207.462
Jalappæ	85	Tincturæ	206
Lunæ	62.470	Martialia	7.51.56.165.260
Marinorum	175.199	Martii panes	19
	11	Mattis Balsamum	290
		Mar-	

## I N D E X.

Martis crocus	436.437	aperientia	30
cachecticus	286.287	aurata	56
aperitivus	462	cervina	ibidi
astringens	462.463	cinnabarina	ibid.
saccharinus	462	corallina	ibid.
sulphuratus	285	opiata	ibid.
essentia	290	Medicamentum ægritudine	
tartarisata	ibid.	molestius	9
limatura	286.437.462	Medicæ materiaæ classes	60
sulphurata	463	Medici	1
liquor	437	Medicina catholica	58
tartaratus	289	Medicus exercitatus	9
minera	285	Medicorum aversatores autor-	
Martis oleum	437	tas	in præf.
fal purgans	117	libertas	in præf.
tinctoræ	289.290.437.438.	myrothecium	1
vitriolum	463	Medicum collegium	515
Maslach	405	Medulla bovis	362
Massæ pilul. purg.	20	cervina	361
saponiformes	45	hircina	362
Masticatorii pulv.	433	vitulina	ibid.
Masticatorium	318	Mel	386.434
Mastichis	351	depuratum	ibid.
aqua	252	Lithuanicum	386
lignum	ibid.	Medicatum	22
liquor	ibid.	Rosar. solutiv.	395
spiritus	ibid	Violatum	383
Mater perlrum	78.452	Virgineum	386
eius magisterium	166	Melicratum	ibid.
Materia medica	1	Mellis acetum	337
perlata	55	Elixier	ibid.
Materialistæ	447	Essentia	ibid.
Matricaria	271	Spiritus ardens	ibid.
Matrisylva	253	Melissa	327
Meehoacanna	61	Melissæ aquæ	ibid.
Mechoacannæ exrractum	66	Conserua	ibid.
. fecula	76	Extractum	ibid.
. infusum	65	Oleum	328
Meconium	373	Sol	329
Medicamenta alexipharmacæ	56	Syrpus	327
ammoniacalia	ibid.	Ad menses decoctum	269
analeptica	ibid.	Menstruum ab arcano tartarium	
antimonialia	ibid.	abtract.	213.26.
		Mentha	323.
		Crispa	322

I N D E X.

Mentha Palustris	322	Methodus comptior	F	9
Saracenica	ibid.	Meu	32	4
Mercuriale	52	Mezereigrana	0	7
Vomitorum	99. 114	Micleta	8	42
Mercurialis	8. 443. 444	Millefolium	42	4
Mercurialis	432	Millefolii sal	469	
Terra	27	Minera lunaris	55	
Mercurii	54	saturate tincta	ib.	
Philosophorum	25	siccans & refriгер.	47	
Mercurii amalgama	444	Mineralia	16. 60.	61
Aqua	ibid.	cathartica	101. 102.	103.
Flores argentei	113			seqq.
ligatio	444	diaphoretica & alexipharm.		
Liquor	27. 444		168	seqq.
purificatio	51. 52	Minium	415.	+ 19
Sublimati deliq.	444	Miscellæ ingratisimæ	9	
Sublimatus	ibid.	Misochymici	ib.	
Mercurius	26. 111. 112	Mithridatum	130.	144. 145
cinnabarinæ nat.	52			481
corallatus	112	Mivæ	22.	29
crudus	114. 444	Mixtura alterans	15.	301
dulcis.	18. 112. 113. 444.	salubrior julebis	29	
	463	simplex	123. 127. 137.	225
Fixatus	32			469
Taxativus	113	in pleuritide	148.	149
contra Lumbricos	114	spiritus corn. cerv. & vitrioli-		
Luteus	ib.	ci		508
Philosophorum	49	tartarisata		307
Præcipitatus	52	Mixturæ	33.	38. 40
Regulinus	104	curiosorum		5
Splendens	55	Diureticæ		247
Sublimatus	244	Electricæ		105
dulcis	115	ad partum		272
Virgo	26	Morbi acuti		54
vitæ 102. 103. 105. 110. 115.		Chronici		ibid.
174. 183. 456. 457		mortis lictores		58
vitæ cum sale utroque tritus		Morbilli		122. 188
	110	Moreta		428
Vivus	183. 443. 463	Morsuli	74. 82. 83.	146. 318.
vivus antimonii	456			383. 485
Mespili fructus	426	Anisi		83
Mespilorum arilli	221	carminativi		327
Metallum masculum	55	ex caudis cancer.		225
			Mor-	

## INDEX.

Morsuli de Citro	391	Napus	402
stomach.	327	Nasalia	433
pectorales	279	Nafturtium	250. 251. 252
venerei	401	Navigantium malaciæ	327
Morus	392	Nephriticum	212
Mori folia	392	lignum	223
Moschardina	19. 20	Nephritica	220. 221. 381
Moschata	358	Nephritici liquores	163. 241.
Moschati saponis globul.	20		247
Moschata nux	315	Nephriticus pulvis	245
condita	ibid.	Nervina	360
oleum express. & stillat.	ibid.	Nervorum puncturis	159
Moschatellina vina ficta	134	Nicotiana Essentia	275
	327	infusum	70
Moschus	358. 359.	oleum	275
Mumia	162	Nidushirundinum	281
exotica	ibid.	Nigella	343
Mumiæ tinctura	ib.	Nihil album	296
Muscæ	386	Nitrosa	11. 206
Muscerda	282	Nitrum	26. 230. 231
Musci clavati semen	223	depuratum	460
Muscus	426	fixum	231. 232
acacia.	ib.	fix ammoniacale	297
pulmonarius	253	fix. antimoniat.	267. 457.
è queru	426		458
Mustelæ epatis liq.	159	Nitrum cacheoticum chalybeatum, five martiale	231. 233
Myrmecior. infessus	406		
Myrobalanorum genera	70	tinctum	231
Myrothecium contractius	1. 2	Nitti destillationes	233. 234
Myrrha	129. 256	spiritus	14. 233. 234. 235
Myrræ extract.	129		460
oleum	16	Nucista oleum	45. 477. 482
Myrti baccæ	426	Nuclei Armeniac.	222
folia	ib.	cerasorum	219. 222
syrup.	428	Perficorum	ib.
Myrtinus syr. compos.	428	Nummularia	399
Myrtilli nostrates	391	Nutrita	5
ficci	ib.	Nux moschata	315
		Nucis moschatæ condit.	ibid.
N.		Nymphaea	398
		Nymph. Flor. albi & lutei	398
N Ambu Guacu	76	oleum	400
Namphæ aqua	332	syrupus	398

## I N D E X.

O.		Oleum Capparum	257
<b>O</b> Chria	170	Caravatinum	160
Oculi canceror.	26.78. 223. 224. 245. + 25. 434. 453	carvi	475
Oculorum cancer. magisterium	467	caryophyll.	476. 477
solutio	ibid.	ceræ	362. 365. 467
Oculorum pustulis	159	citri	476. 477
fugillationes	167	Chamomillæ	476. 478
Odores movent nauseam	98	cinnamom.	476. 477
Odorifera	36	Cupressi	347
Odoramenta purgantia	77	cydoniorum	429
Odoriferum compositum	263	faginum	385
Oesipus	361	fœniculi	274. 476
Olea & oleosa camphorata &		fœtid. cervini sang.	152
alexiphar.	140. 141	formicarum	405
communia	361	fuliginis	340
composita	44	Galbani	351
destillanda quomodo	44. 45	Guajaci	121
expressa	331	Hyosciami	222. 275. 373.
destillata	43. 44 361. 474. 475. 476		432
pectoralia	278	Hyssopi	274
limica	141	Jasmini	325
officinalia	46	Irini	ibid.
subtiliora	32	Juniperin.	274. 365
varia	486	Lacertarum	436
<b>Oleum Abiegum</b>	217	Lauri	486
è semimaturis conis.	217	Ligustri	325
Absinthii	474. 478	Lil. alb.	384
Alexipharmacum	125	Lini	385
Amygdalarum	22, 361 378. 48;	Lumbricorum	485
Anethi	325	Macis	476. 477
Anisi	274. 476	Majoranæ	476. 477
Anthos	340	Mandragoræ	373
Antifebrile	160	Menthæ	474. 476. 478
Aranearum	ibid.	Myrtillorum	429
Aurantiorum	476. 477	Myrtinum	429
Balaninum	379	Nicotianæ	277
Bufoninum	160	Nucistæ	476. 476
Butyraceum	362	Nucum	222
Cannabinum	385	Olivarum	47. 379. 385
		Omphacinum	385
		Opopanaxis	351
		Ovorum	406
		Papaverinum	222. 373
		Oleum	

I N D E X.

Oleum Philosophicum	385	crudum	368
pinearum	379	Opii extractum	368. 369
piperis	269	Opiata	6. 7. 51. 56. 71. 72
pistac.	379	Opopanax	350. 351
pulegii	476	Oiganum	339. 340
rapistrinum	385	Orphites	170
rhodinum	476	Ovietanum	143
rofarum simpl	396	Os de corde cervi	152
ronifmarini	476. 478	Sepiae	435
ruta	125. 329. 476. 478	Osteocolla	443
sagapeni	351	Ostracoderma	6. 17. 260
salviae	476	Ostreæ	405
sambuci	70. 325	Ostrearum testæ	166
saponis	365	Otalgica	321
è septem flor.	326. 384	Ova coturnicum	355
scorpionum magn.	160	struthionis	225
simpl.	159. 160. 485	Ovi albumen	406
stomachale comp.	268	vitelli oleum	16.
succini	125. 329. 364	Ovorum testæ	225
tartari c. amygdalino	205	Oxycrocca	319
fætid.	140. 216	Oxymel	22. 263
templinum	217	Oxymel compositum	246
terræ	365	Helleboratum	72
therebinthin.	217. 475	de Peto	99
verbasci	257	Scylliticum	275
vini	32. 38. 335	Oxyfaccharum	22. 246. 263
violarum	380	Emeticum	107. 108. 483
viperinum	159. 160	Oxysal diaphoretic.	14
vitrioli	307		
Olibanum	351		P.
Olivæ	386		
has supplant corna immatura-			
ra	ibid.	Almea rudicula	376
Olivum oleum	360	Panacea	49. 52
Onobrichis	134	antimonii	189
Ononidis extractum	220	butyri	180
Ophites	442	sulphuris	177
Ophthalmica	406. 416	Cinnabarina	55
Ophthalmica aqua	225. 393	Mercurii	189
Ophthalmicis crocus metallo-		purgans	116
rum annumeratus	103	folis	53. 180
Ophyoglossum	424	calciformis	54
Opium	367	Panchymagogum extractum	
			85. 471

## I N D E X.

Pancratium	274	Perlæ	402. 403
Panis	401. 402	Occidentales	403
- Aceto humectatus	401	Orientales	ibid.
destillatus	402	Foratae	ibid.
Martius	19. 379	Perlarium lac	404
purgans	74	liquores	ibid.
Pantagogus, syrpus	78	flores	ibid.
Panthaeion	19	olea	ibid.
Papaver album	374	syrupi	ibid.
Nigrum	ibid.	Perlata materia	55
Papaveris aqua	375	Persicaria	424
Capita	ibid.	Persicorum nuclei	222
extraictum	374	Pervinca	423. 424
flores	375	Peruvianum liquidum pretio-	
semen	ibid.	sum	78
syrpus	374	Pestis	157
Papaver erratic.	375	Petasites	125
Pap. erratic. aqua	ibid.	Petechiis	188
conserva	ibid.	Petroleum	365. 486
flores	ibid.	Petroselini folia	222
syrpus	ibid.	magisterium	ibid.
tinctoria	ibid.	radix	ibid.
Paradisi grana	316	Petum	373
Parietaria	432	Peucedanum	276
ad Partum mixturæ	272	Phalaja	54
Partus difficilis	284. 313	Phantasiaz vitiis	188
Parturientium defecctionibus		Pharmacopœa contraria	1. 2
	358	Pharmacopolæ	495
Passulæ majores	375	Pharmacopolia	I
minores	ibid.	Pharmacopoliorum errores	498.
purgantes	84	499. 500. 501. seqq.	
spiritus arillarum	375	visitationes	500
Pastæ pro suffumigijs	20	Phaseli	402
Pastilli	256	Philosophorum aroma	247
Pastinaca alba	402	Philtra	167
lutea	ibid.	Magnes non attingit	441
Pavonum speculæ	167	Phlegmata mineralium	37
Pectoralia	9. 248. 272. 276.	Phthisis	225
380. 381. 382	383. 384	Plantago	421
destillata	274	Alpina	421
Pectorales rotulæ	279. 280	Plantaginis extract.	425
Pennæ pavonum & perdicum		Aqua	421
	357	Semen	422
Perfoliata	424	Succus	421
Periaptum in haemorrhagijs	440	Syrup.	ibid.
Periclinenes	424	Pleuriticæ species	148
		Pleu-	

I N D E X.

Pleuritis	122. 226	Pilulae de Mezereo	70
Quomodo curanda	148. 149	de octo rebus	72
Pleuritidis remedia	166. 167.	Opopanax	71
	224	Panchymagogæ	82
Pleuriticus liquor	234	pestorales	383
Plumbago	416	pestilentiales	90
Plumbum	ibid.	podagrictæ	261
Pluviaæ aquinoctiales	26	polychrestæ	82
Martiales & tonitruales	53	de quinque generibus	72
Piceæ strobuli	347	regiæ	53
Pila marina	242	de Rhabarbaro	90
Pilosella	425	rosatæ	82. 90
Pilulae	88. 89. 90. 261	de Sagapeno	72
de Agarico	485	de Sarcocolla	ibid.
Aggregativæ maiores	72	sine quibus	82
Aloëticæ	87. 88. 89. 90	de Turbith	71
fragatæ	63	Pilular. masla purgant.	20
rofatæ	ibid.	Peruvianaæ	82
violatæ	ibid.	Pimpinella	398
Aggregativæ	82. 90	Pimpinellæ aqua	ibid.
alterantes	21	conserva	ibid.
anodyn.	ibid.	extractum	ibid.
antipestilentiales	127	radix	221
antiquarticæ	71	syrup.	398
Arabicæ	75. 82	Pineolatum	379
Arthriticæ	71	Pinguedines	45. 346
aureæ	73. 82	Pinguedo Anatis	361
de Bdellio	429	anguillæ	ibid.
benedict. laxativ.	71	anseris	ibid.
Cephalicæ	352	aprugna	ibid.
Cochiæ	82	ardeæ	ibid.
de Colocynthid.	71	ascii	ibid.
de Cynoglossa	370	canina	ib.
de Eupatorio	90	caponum	ib.
de Euphorbio	70	castroris	ib.
Fœtidæ majores	ibid.	catifylvestr.	ib.
de fumaria	73	coturnicum	ib.
Hydroticæ	70	erinacei	ib.
Hystericæ	21. 370	gallinarum	ib.
de Hieracum Agarico	90	humana	ib.
Indarum	73. 82	leporis	ib.
laxativæ	21	Lucii pisc.	ib.
Lazuli	72	muris alpinæ	ib.
lucis	74. 82	mustelina	225
Mastichinæ	90	oloris	361
Martiales	21	serpentina	225. 361
		Gg 6	Finis

## INDEX.

Pinguedo simplex	47	Fruna Damascena	376
<i>suilla</i>	361	Ungarica	<i>ibid.</i>
<i>taxis</i>	<i>sb.</i>	Purgantia	84
<i>ursina</i>	<i>ib.</i>	Prunella	424
<i>vulpina</i>	<i>ib.</i>	Prunellæ Aqua	422
Piper	268	Lapis	231
<i>liperis oleum</i>	269	Pflora	157
<i>Pix communis</i>	217	Psyllium	579
Podagraria pilulæ	261	Ptarmicæ Aqua	432
Tœonia extractum	341	Ptisanæ	50.439
<i>secula</i>	<i>ibid.</i>	Ptyalismus	47
<i>flores</i>	<i>ibid.</i>	Puerperæ qua ratione purgandæ	
<i>radix</i>	<i>ibid.</i>		96
<i>femen</i>	342	Pulegium	271
<i>tinctura</i>	341	Pulegii Aqua	<i>ibid.</i>
Polychresta	211	Conserua	272
<i>pretiosa</i>	454	Extractum	<i>ibid.</i>
Polygonatum	424.434	Oleum	271
Tolygonum	425	Pulmonaria	422
Polygoniaqua	422	Arborea	<i>ibid.</i>
Polypodium	71.257	Maculosa	<i>ibid.</i>
Polytrichum	276	Pulmone erinacei	282
Poma	391	Vulpis	282.453
<i>ambræ</i>	20	Pulmoniaca	42
Pomorum syrup.	391	Pulverisatio	6
Pomatum	385	Pulvis Alexipharmac.	201
Portulac.	399	Analepticus	394
<i>syrup.</i>	<i>ibid.</i>	Anodynus	358.370
Fotulenta domestica	37	Anonymi	382
Potus Hippocratici	34	Antiepilepticus	356
Fræstica intimior	19	Antiphthisic.	382
Præsticus	59	Bezoardicus simplex	344
Præcipitantes pulveres	327	Arthriticus	73
Præcipitantia	6.88	Cæsar's rubeus	147
Præcipitatum Diaphor. 55.189		Caryocostinus	73
Præcipitatus Solaris	116	ad catum	162.484
Prægnantes quomodo purgan-		Cartharrhal.	382
<i>tur</i>	95.95	Catholicus	73
Præparata	5	Cholagogus	<i>ibid.</i>
<i>præstantissima</i>	6	Diasennæ	72.73
Praxis contractior	4	Diatartari	73
Priapus ceti	166	Digestivus	209
<i>Leviathan</i>	<i>ibid.</i>	Erysipelatodes	376
<i>Verris aut Apri</i>	67	Haly	382
Primula veris	341	Hermodastyli	66
Privilegia pharmacopolior. 490		Hydragogus	73
		Pul-	

I N D E X.

Pulvis laxans pro infantibus	95	Pulveres pestilentiales	147
Magistris	72. 73	phlegmagogi	81
Methionis	484	Præcipitantes	327
Melanagogus	73	præservatorii	344
Panchymagogus	ibid	Pungarium	434
Fanconicus	148	Stegnotici	429
Pectoralis	382	stictici	425
pro 1. sanguibus	275	triptici	429
Phlegmagogus	73	Stomachales	326
Fuerorum	483	ad sanguis	435
Turgans	80. 81	vegetables	260. 453
Polyctrefus	64	Punex	241
Saxonicus	134	Purgans bolus	21
Senæ	63	pro tenerioribus	81
Solutivus de tribus	72. 73	Hypochondriacis	ibid.
Stomachalis	266 484	Purgantia	4. 11. 18. 61
Pulveres & trageæ		78 usque ad	86
contra abortum	371	vide cathartica.	
alexipharmac.	429	effœta exoleta ingrata	70. 71
de Alkekengi	147	externa	96
Aloëticci	98	Oleo Cinnamomi mixta	78
antimoniat pro clysteribusib.		Purgantium usus	87
Antidysenteric.	429	Pyra moschatellina condita &	
Antipleuritici	148	canthis.	392
Apoplectic.	345	Pyrorum succus	392
Attingentes	419	Pyrethrum	432
Bezoardici majores & mino-		Pyrola	423
res	148		
contra calc.	245. 247		
carabe	371	<b>Q.</b>	
ad casum	425	Urtanæ febres	146. 150
catharales	279. 353	Quercus locustæ	426. 428
cephalic.	318. 345	Quernorum tuberculæ	426
cholagogi	81	Quinquefolium	425
colocynthini	98	Quintæ essentiaæ	30. 32. 334
Cyprii	279	Quintæ essent. vener.	49
emetici	106	Quotidianæ febr.	146
épileptici	344		
diacorallii	371	<b>R.</b>	
diaphoretici	146. 147	<b>R.</b> Ad. Aronis	453
diaspermaton	371	Diaphoreticæ	325
diataitari	81	Ranæ	406
Hellebotati	98	Ranarum caro	19
Mnemoniaci	345	Epar	355
officinales	17	Spermatis aquæ	406
Panchymagogi	81	Oleum	407

## I N D E X.

Raphanus uterque	222	Infusum	ibid.
rusticus	251	Roris salina substantia	25. 26
Raphani semen	100. 222	Ros	53
succus	100	majalis	301
Rapistrum	76. 402	mineralis	300. 459
Rapum	402	vitrioli	182
Rectificatio supervacua	44	Rosa Hierichuntica	398
Refectiva	19. 29	Rosæ	393
Refrigerantia	388	Albæ	ibid.
Regne tria	60	Damascenæ	ibid.
Regulus antimonii	182	Hortenses	ibid.
Martis	ibid.	Incarataæ	ibid.
Remediorum dispensatio pri-		Luteæ	ibid.
vata	489	Rubræ	ibid.
selectus	1	Sylvestres	ibid.
Resinosa	11	Rosarum aqua	ibid.
Resolventia	30. 46. 313	acetum	ibid.
Retortæ	42	conserva	22. 394
trirostres	41	vitriolata	ibid.
Rhabarbarata purgantia	71	essentia	ibid.
Rhabarbatum	67. 68. 426	mel	ibid.
monachorum	67	oleum	393. 396
Rhabarbari extract.	471	placentæ	393
Tinctura	68	spiritus	ibid.
Rhaponticum	256	syrpus	394
Rhinocerotis cornu	153. 484	tinctura	ibid.
Rhodia radix.	223. 394	unguentum	396
Rhodium lignum	394	Rosatum Saccharum	395
Rhodii ligni oleum	ibid.	Rosmarinus hortens.	340
Rhodii spiritus	ibid.	sylvestris	340
Ribium succus	388	Rotulæ	74. 383. 485
Syrup.	ibid.	berberum succo imbut.	389
Ricinus vulgaris	70	manus Christi	280
Rob	22. 29	carminativæ	327
Baccar. rhamni	76	pectorales	279. 280
Diamorum	482	stomachales	327
Dianucum	428. 482	variæ	318
Juniperi	132	Rubia	269
Roborantia	313	Rubinus	172
temperata	388	Rubinus solaris	195
Rorella	273	Rubrica	170
Rorellæ essentia	ibid.	Rubi folia	392
Extractum	ibid.	fructus	ibid.
		Rubi	

## I N D E X.

Rubi essentia	392	Sal Catholicum	13
Rubus idaeus	ibid.	Circulatus	26
Rubi idæi succus	393	Corn. Cerv. sicc.	155
Rupicaptiarum Cornu	153	Corn. cerv. volat.	158
Glomi sive Pilæ	156. 313	Culinare	236
Ruscus	221	Essentiale saccharin.	92
Ruta	128	Tartari	212
Ruta acetum	129	Fontanum	236
aqua simpl.	ib.	Fossile	ibid.
oleum	128	Fuliginis volatil.	28
syrup.	129	Gemmeum	236
 S.			
Sabina	272	Hypochondr.	163
Sabinæ aqua destillata	ibid.	Jovis	191
decocta	ibid.	Lunæ	200
extractum	ibid.	contra Malaciam	navigan-
oleum	ibid.	tium	327
sal	ibid.	Marinum	236
Saccharum canthium	377	Martis purgans	117. 207
finum	ibid.	mirabile	27
penidium	ibid.	neutrale	206
refinatum	ibid.	nitri fixi deliq.	27
Rosatum	395	Pluviaæ	54
Rubrum	373	Polychrestum	461
Saturni	416. 464	Sacerdotale	327
Syrupisatum	22	Sarmentitum	209
Sacchari Oleum	378	Tartari	ib. 210. 211
Spiritus	ibid.	volatile	26. 213. 214. 215
Saccharina nocent nonnun-		vitrioli	106
quam infantibus	94. 148	volatile vegetabile	39
Sacculi	347	Urinæ	162
cephalici	340	fixatum	27
Sagapenum	71. 350	terræ cœmeteriorum	53
Sal acerrimum	163	profundioris	ib.
Alembrot	240	virginæ	54
Amarescens	14. 54	Salia vegetabilia	130. 131
Ammoniac.	310. 461	Essentialia	15
Ejus Flores	462	fixa	16
spirit. volatil.	ib.	volatilia	15. 16
Fixatum	163	Sal Absinthii	130. 267. 469
Anatron	240	Artemisia	267. 130. 469
Antimonii	184	Card. bened.	469
		Catholicum	220
		Centaurii	469
		Che-	

I N D E X.

Sal Chelidoniæ		469 Sambuci Fungi	424
Fabarum	220.	469 Gemmæ	120. 125
Fraxini		ibid. Medullæ infusum	76
volatile		258 Rob	135
Genistæ		220 Spiritus è baccis	125
Hederæ terrestr.		ibid. è floribus	135
Juniperinum		ibid. Trigeæ	135
Matricariæ		329 Sandricha	352
melissæ		ibid. Sanguis agninus	157
Millefolii	267.	469 Anatis	ibid.
Ononidis	220.	469 Anferis	ibid.
Petroselinii	220.	Asininus	ibid.
Pimpinellæ	220.	Bovinus	ibid.
Sambuci	ibid.	Cervinus	ibid.
Tamarisci	ibid.	Ciconiæ	ibid.
Urticæ	ibid.	Columbinus	ibid.
Silia	9	Draconis	425
animalium fixa	16	Hirci	167. 226. 434. 453
volatilia	ibid.	Leporis	167
Cephalic.	344	Suillus.	ib.
è Croco metallorum	110. 111	Sanicula	423. 424
mirabilia	25	Santal species	397
Sulphurata vegetabil.	232	Santonicum	433
Theriacalia		Sapo	45. 362
Salium fixorum deliquium	43	ejus Balsam.	362
Salina coagula	185	Saponeæ	19
Salinæ particulæ	40	Saponis frustum pro vomitorio	
Salis ammoniaci spir.	14. 15. 386		100
decrepitatio	236	Moschati globuli	20
Flores	239	Sapphirus	174
fusio	236	Sarcocolla	72. 351
purificatio	ibid.	Sarcotica	46. 47
Salis martii spiritus	57	Sarsaparilla	120
Spiritus	14. 235. 236. 237.	Sartoria costa	435
tinctus	238	Saslafras	119
Tartari deliquium	27	ejus extractum	ibid.
Salix	399	Oleum	ibid.
ejus Aqua	ibid.	Spiritus	ibid.
Juli	ibid.	pro Tinctoris catarrhalibusib.	
Salvia	340. 341	Saturnus, vide plumbum	
Salviæ oleum	340	Saturni balsam.	417
Sambuci aqua simplex.	135	Cremor	418
arillarum oleum	98. 100	Crystalli	416
Cortices	ibid.	Essentia	417
Flores	ibid.	Magisterium	454
		Minera	26
		Sa-	

I N D E X.

Saturni Oleum	418	Senna	63. 86. 91
Sacchar. sal	415. 420. 464	Sennæ extractum	63. 91
Saturnina	418	Folliculi	71
Saturatio	14	infusum	86. 91
Saxifragia alb.	220	pulvis	63
Alpina	221	Serpentum exuvia	284
Scabiei remed.	176. 179. 434	Linguæ	ibid.
Scabiosa	255. 271. 273	pinguedo	283
conservæ	272	pulvis, vide colubrinus	
Scabiosæ extractum	ibid.	Serpillum	339
Syrupus	ib.	Serum lactis laxativ.	76
Scammonium	64	Sesamum	379
Sulphuratum	484	Sefeli Æthiopic.	128
Scammonii emulsio	64. 86	Sevum agnininum	361. 385
Magisterium	64. 470. 484	bovinum.	361
Scarabæi stercorei	436	cervinum	ibid.
Scariola	253	hircinum	ibid.
Scincus	405	Sideritis	434
Schloder	235	Sief	20
Schœnanthum	339	album	351
Scolopendrium	258	de thure	429
Scolymus	402	Siler	318
Scordium	129. 130. 131. 137	Silices	241
Scorpionum oleum	159. 160.	Silicum liquor seu tinctura	241
	227. 485. 486	Siliquæ	376
Scorzonera	134. 135. 252	Simplicia	49. 59
Scrophularia	434	Simplicistæ	448
Scutum testudinis	165	Sinapi semen	251. 276
Scylla	274	Sisarum	222. 402
Scyllæ acetum	274. 294. 483	Smaragdus	172
Fecula	275	Smechtis	170
Extractum	275	Solcum cornu cervi	193
Sebesten	376	Solanum	329
Sebum, vide sevum	376	Solaria	8. 56. 366. 415
Secundinæ	284	Solatis regulinus pulvis præci-	
Sedum minus	252	pitatus	194
Semen citrulli	378	Soldanella	71
Cucumerum	ibid.	Solutiones	17
Cucurbitæ	ibid.	Solis fusio per antimon.	197
Melonum	ibid.	Crocus	193
Semina calida quatuor maj.	326	Sorbi fructus	426
carminativa	324	Sordes è canthis ocul. cervi	152
frigida quatuor	454	Sofra parcissima	in præf.
Sempervivum majus	399	Sparadrapus	432
minus, vide sedum		Species	260. 316. 317. 484
		Aromaticæ	484
		Spec-	

## I N D E X.

Species Aromat.rosat.	317	Spiritus	9.15
benedicti laxativi	72	absinthii	259.474
carminativæ	326	Æruginis	17.264
diacalaminthæ	ibid.	Ammoniaci salis, <i>vide infra</i>	
diacarthami	72	armon. sal.	
diacinæ	433	Angelicæ	127
diacoralli	414	Anisatus	273.324.474.475
diacubebæ	315	Antepilepticus	164
diacumini	326	Aperitivus	306
diaëfulæ	99	Ardentes	28.33.36.38. 40.
diahyslop.	280		472
diajalapii	81	Armoniaci salis	14.15.164.
diaireos	279.280		386.476
Diamargarit.calid.	403	Beccabungæ	251
frigid.	ib.	Buxi	474
Diambræ	359	Calami	ib.
Diamercurii	433	Cancrorum	225
Diamumiæ	162	Cephal. & Alex.	155
Dianisi	12.79.280.320	Cerasorum nigr.	341
Dianthos	340	Cerebri humani	152
Diaolibani	351	è cerevisiæ fecibus	334
Diapenidii	279.280	Cochleariæ	259.474
Diaphæniconis	72	Concentrati	40
Diaprasii	279	Corylinus	121
Diasulphuris	201	Cornu cervi	154.284.465
Diathain.iron	279	& vitriolici mixtura	308
Diatragacant,	16.383	Fœniculi	474.476
Eleoscoph	72	Fraxineus	121
Febris fugæ	150	Frumentaceus	24.334
de Gemmis	11	Fuliginis	28.139
de Hyacintho	147	Guajaci	121.474
Imperatoris	484	Hæmatites	57.207
sine moscho.	317	Heraclinus	121
Indi	72	hydromelinus	24.334
Liberantis	147	Juniperin.	121.474.475.476
Officinales	17	Juglandium	121
Rosatæ	72. 395	Liliorum convallium	474.
Specificæ	5		475
Sperma ceti	362	Martis flavens	207
ejus Empl.	363	Matricaris	328
Ranarum	406	Menthæ	475
Spica celtica	336.337	Mineræ martis	191
indica	337	Nasturtii	251
nostra	336	Nitri	41.233.476
Spina alba	221	cum addit. aluminis	461
Spinachia	432	compos.	41.235.
			Spir.

I N D E X.

Spir. Salis	14.29.41.57.236.	Stan neum instrum.	36
	237.461.462	Staphisagria	432
caput mort.	461	Stercora animalium varia	100
coagulatus	239.462	Stercus anserculor.	281
dulcis	238	caninum	ib.
fixatus	239	caprillum	ib.
vitriolatus	ib.	equinum	282
Salis martii	57	gallinaceum	281
Tartari	140.213	Hirundinum	ib.
Hæle Tart. & vitro Saturni	417	Humanum	ib.
Sassafras	119	Lupinum	ib.
secundinarum	284	Stercus martis	282
sulphuris	205.460	murium	ib.
Tartari	138.139.468	passerum	ib.
Tartarisatus	468	pavonis	281
Tartari vitriolique crudi	412	tuillum	282
Tartari antimon.	184	vaccinum	ib.
Therebinthinæ	317.475	Stictica	8
Theriacalis	136.137.474	Stimmi	172
vegetabil. fermentatitii	474	Stiptica	425
veneris	293	Stoechas	339
veronicæ	474	Stomachi ardoribus	259
Spir. vini	24.333.344	Stomachalia	266
Spirit. vini alcolisat.	335	Stomachalis pulvis	265
dephlegmatus	ib.	Stomachicum	21
rectificatus	ib.	Stomatica	425
vitrioli	15.41.240.301.302.	Strumis	435
	303.305.306.308.	Struthionis ova	225
	309.412.413.458.459.476	Styrax liquida	353
Spir. vitriol. cephaiclus	306	Suber	426
cordialis	307	Sublimationes	31
concentratus	244	Succinum 7.171.313.356.363	
Spirit. vitrioli martis	291.306	Album	363
philosophic.	27.183.184.	Flavum	ib.
	224.237.457	Fossile	ib.
vitrioli viridis	308	Præparatum	453
volatilis	39	Succini Bals.	364.464
Urinæ	386	Caput mortuum	364
Urinosus	242.243.318	Eslentia	313.329
Splen asininum	281	Magisterium	363
bovis	ib.	Oleum	364.464
suillum	ib.	Sal fixum	364
vitulinum	ib.	volatile	364.464
Splenetica	36.212.248	Tinctura	125.363
Spongialapis	242.435	Succisa	133.255
Squammaria	342	Succi acidi	29
Squilla vide Scylla		Fructuum	28.37.262
Stannum	420	Succi	

I N D E X.

Succi Florum		35	Syrup. Carthami	75
Herbarum	ibid.		Cichorii	255
Subacidi	29		Dialtheæ	381
Succorum condituras	ib.		Diuretic.	246. 247
Succus Berber.	262. 388		Ellebori	77
Cerasorum acid.	388		Emetic.	108
Citri	262		Hyslopi	276
Mori	392		Jujubis	375
Ribium	262. 388		Liquiritiaz	276. 376
Rubi Idæi	393		Mercurialis	77
Sudoriferum maximum	190		Nephro cathart.	246
Suffimenta	353		Pantagogus	78
Sulphur	200. 201. 459		Pectoralis	276
Antimonii	108. 110. 174.		Perfitorum flor.	77
	176. 177		de Peto	275
Vitrioli anodyn.	310		de Prassio	277
foliatum	ibid.		Purgantes	93
Narcoticum	388		Rhabarbar.	72. 75
Sulphurea	265. 366		Rosar. composit.	75
Sulphur Balsam. vide Balsa-			Solutiv.	395
mum.			Helleboratus	72
Balsamus extern.	201		Sceletyribicus	250
Flores	202. 459		de tribus	75
Hepar.	203. 204. 205		T.	
Lac	202. 460		T Abaci decoctum & infu-	
Liquoroleosus	204		sum	100
Spiritus	460		Tabacinus clyster	98
Tincturae	203		Tabidi	19
Sumach succus	426		Tabularum series	18
Sumen terræ	54		Tacamahaca	353
Suppositoria	97. 98		Tali Bovis	166
Symbolizantia	5		Cervi	ibid.
Symphitum	427		Leporis	ibid.
Symphit. conserva	428		Suis	ib.
Mucilago	427		ibid. Talciformis panacea	54
Radix.	ibid.		Talcum	442
Syrup.	428		Rubrum	170
Syrupi	22. 29. 377. 482. 483		Talci Liquor.	442
Syr. Acetosæ	254		oleum	ib.
Antiheat.	381		ibid. Talparum cruentes	435
Antiphthis.	ibid.		Tamarindi	84. 86. 91
Aperitiv.	251		Tamarisci cortices	257
Capilli veneris	276		Tana-	

I N D E X.

Tanacetum	433	Terræ sumen	54
Tartarus	92. 208. 209. 336	foliatæ liquor	14
Aluminosus	209. 440	Tertianæ febres	146
Chalybeatus	209	Testæ marinorum	224
Emeticus	104	ovorum	225
Nitratus	211. 232	Testes apri	405
Tartarus tartarisatus	210. 211	cervi	405
Vitriolatus	77. 210. 211. 318.	leporis	ib.
	468	Testudinis scutum	166
Tartari vitriolati simile	15	Testudinum caro	19
Tartarus vitriolat. Lunaris	200	Teucrium	255
Solaris	195	Therebinthina	94. 216
Tartari Arcanum	224	cocta	453
Balsamus	211	Therebinthinæ aqua	217. 218
Cremor	209. 318	oleum	217. 475
Crystalli	15. 269	Spiritus 217. 218. 365. 453. 453	
Oleum	140. 210. 468	Tinctura	218
fœtidum	468	Theriacale Electuarium 21. 126	
Sal	209. 468	Theriaca	130
essentiale	208. 209. 211. 212	andromachi	144. 145
volatile	213. 214. 215	antimon. chym.	144
spiritus	138. 139. 468	articulorum	66
tinctura	211. 212. 241. 468	cœlestis	127. 131
Tarraxacum	253	communis	143
Taxarum moderatio	446.	diateffaron.	142. 481
	447. & seqq.	romana	143
Taxus animal	361	Thlaspi	251
Teredines	402	Thurbith 115. vide Turbith.	
Terra bolaris rubr.	286	Thuris manna	351
catechu	169	olibani oleum	ibid.
foliata 216. vide Arcan. Tar-	Thymiana	ibid.	
tari.	Thymus	339	
lemnia	168	Tibiarum ulcera	443
melitea	169	Tilia	379
samia	ibid.	Tilia flores	339. 341
sancta	103. 110	Tincturæ 9. 12. 17. 30. 31. 32	
Tera sigillata	7. 169	33. 40. 260	
strigoniensis	168	Tinctur. actes	135
germanica	168. 169	Antimonii 53. 157. 177. 178.	
rubra	168	179. 181. 193	
Terræ sigil. magisterium	169	antiphthisic.	417
spiritus	ibid.	aperitiva	248
tinctura	ibid.	bezoardic. 127. 136. 137. 469	
Terra virginea	54	calorei	124
Vitrioli	459	coralliorum	157. 465
Terræ Oleum	365	diaphoretic.	124
		Tin-	

I N D E X.

Tinctur. lunæ		199	Trochisci ramich.	429
martial.	207.289.463	de rosis		389
minerales		294	de scylla	274
nephritica		248	de spedio	429
pectoralis	265.277	sublinguales		20.146
silicum		241	de terra sigill.	429
solares	195.197	Troglotides tostus		226
spirit. nitri		234	Truttarum lingua	166
succini		124	Tubuli uterini	165
sulphuris	203	Turbith è mercurio sublim.	115.	
tartari	211.241			444
tartarisat.	224.145	minerale		453
vitrioli		309	vulgare	ibid.
vitrioli cliffiform.		56	Turbethinum extract.	470
Tithymallina	69.70	Turtures		470
Extracta		68	Tussilago	434
Tonfores		495	Tussilagin. extractum	422
Topazius		172	syrup.	ibid.
Topica	45.47.421	Tutia		296.297.453
contra vermes		434	Tymanitis	116
Torfa		365	Typhæ cervorum	151
Tomentilla	427.428	V.		
Tosta		5	<b>V</b> aleriana	125
Tragacanta	379		Varioli	122
Trageæ grossæ	19.318		Vasa operculata	41.42
hystericæ		329	Stannea	14
stomachales		327	Vegetabilia	26.60
Transmutator		58	Venæsectiones quibus proflunt	
Tribuli aquatici	222			87
Trichomanes	276		Venerea	400.401
Trifolium	252		Lues	118.119
nobile	253		Veneris capilli	276
Tripheræ	319		conserva	ibid.
Tripolitana terra	170		decoctum	ibid.
Trochisci	20.72.256.371.383		Veneris ignis	57.293
de absinthio	485		spiritus	1293
alhandal.	267		sulphur	ibid.
antipestilentiales	78		vitriolum	293.298
bechici	146		Verbasci flores	384
de Benzoë	383		folia	ibid.
de carabe	280		liquor	ibid.
diacapparum	429		radix	ibid.
diacorallii	325.414.429		Verbena	343
dianisi	326		Vermiculi in sanguine	175
gordonii	400		vegetabilium	355
			Vermibus	423
			Ver-	

I N D E X.

Vernacula		5	Viri Urina	284
Veronica	255.256.273	Viscus è Corylo, Cynosbato,		
Veronicæ Aqua		273 pomo, quercu, Tilia, Salice	342	
Extractum		218 Visitationes Pharmacopolior.		
Vertigines		188		500
Vesica Apri		435 Vitis folia		400
Hirci		ibid. Vitri cineres		240
Ovis		ibid. Vitriolum		298.299
Suis		ibid. album		106
Vesicæforme instr.	36	dulce philosoph.		298
Vesicatoria	47.228	Hermaphroditic.		303
Vesiculæ calami scriptorii	226	Lunare		106.303
Halecum	ibid.	Martis	106.117.207.285	
Victorialis	126		303.304.305.311	
Vincetoxicum	133.435	Regeneratum		304.306
Vina fructuum	29	Rofatum		263
Vinum	333	Rubrum		307
Chalybeat.	288.289	Saturninum		106
Hispanicum	333	Veneris	57.298.303.310	
Malvaticum	ibid.	Vomitivum		106
medicat. sulphur. antimonii	108	Vitriolata		51
moschate. fist.	134	Vitrioli anima		309
Neccarinum	333	caput mortuum		459
Rhenanum	ibid.	Colcotar.		304.309
vini feces	214.215	Crocus		309
violaria	400	Effentia		311
violæ purpureæ	379	minera		55
Violarum Aqua	380	Vitrioli Ochra		311
conservæ	380	Oleum		307
Effentiæ	ibid.	Sal		106.459
Mel	ib.	Vitriol. Spiritus	240.301.302.	
Oleum	ib.	ib.	303.305.306.308.309	458
Semen	222.380	Spiritus concentratus		244
Syrupus	380	Vitrioli Spiritus super vitrum		
Tincturæ	ibid.	antimonii vel crocum metal-		
Viperæ nostrates	157	lorum digestus		110
morsus	134	Vitrioli terra	309.310.459	
Viperarum Effent.	158	Tinctura		309
Oleum	159.160	Vitrum antimonii	102.103.	
pinguedo	159.453	Ulcera Tibiarum		104.105
pulvis 157.	vide Colubri-	Ulmaria		443
	nus pulv.	Umbilici marini		133
Viperina	134	Unguenta	47.346.347.486.	360
corona	161	Unguentarii		353
Virga aurea	423.424	Unguent. Ægyptiac.		295


U -


## N D E X.


Unguent. Agrippæ	98	Vomitoria Antimoniata	98
Alabastrin.	442	Liquida	107. 108
Album. saturn.	418. 419	mercurial.	114. 115
Anodyn.	47. 379	mineral.	101
Apostolic.	296	vegetabilia	98
de Arthanit.	98	Urina Embrionis	226
Aureum	430	Hirci.	220
Camphoratum	419	Viri	284
Comitissæ	430	Urinæ Spiritus	162. 164. 386
Clysmaticum	285	Urogallilapid	282
Dialtheæ	ibid.	Uromantia maledicta, in præf.	
diapompholigos	297	Urtica	221
Emollient.	47	Urticæ semen	275. 276
fuscum	430	Usnea	426
ad Hernias	431	Usta	5
Hysterica	350	Ustulatio marinorum & mine-	
nihilis	297	ralium	31
pomat.	385	Uterina	248. 269. 283. 284
pectoral.	379	Uterini tubuli	165
potabilia	48. 423	Uva versa	134
purpureum	295	Vulneraria	9. 421
resumpti v.	37.	Vulpis pulmones	453
rosaceum	297	Uvularia	424
rosatum	596		
rubrum	419		
septem florum	432		
contra yermes	334	Waldzauch	217
violatum	384	Wendzusen	214. 216
Unguium rasura	100		
Ungula alce	353. 354		X
asinina	354	X Ylobalfamum	316
cervina	ibid.		
equatum	357		Z.
Unicornu	26. 153	Z Enith juvencularum	284
fossile	170	Zibebæ	376
minerale	51	Zibetha	359. 454
solare	194	Occidental.	282
Unifolium	424	Zibethina	359
Universalia	49	Ziuckum	163. 421
Vomitoria	98. 99	Zingiber	268
Animalia	100	conditum	269

F I N I S.

F. Justinianus Flug.







u

u

u



93-810912



